1

I a 43 f 20 P 1

M.



ROLANDI A VALLE
EQVITIS, ET PRIMARII SENATORIS MONTISFERRATI PATRITII CASALENSIS,

QVAESTIONES CXI. PERVTILES *quotinianæq́; ſuper Statuto de lucro Dotis*:

Ad communem omnium utilitatem editæ, & copioſiſsimo Indice inſtructa.






VENETIIS,
Apud Franciſcum Laurentinum, de Turino.
M D LXI.

ILLSTRISS. AC ECCELL. PRINCIPI GVIELMO GONZAGAE, DVCI MANTVAE, MARCHIONI MONTISFERRATI.

Rolandus à Valle Marchionalis eius Senator.



NNVS *iam ferè agitur*, Dux *Illustriß. quòd non modico cum labore ac uigilijs Quæstiones has de lucro dotis instruxi, quibus dum in uenerando Casalensi tuo consilio & ipse sederem, me accinxeram. Cuius facti cum (sicut omnium quæ agimus) probabilis aliqua ratio hominibus à me esset reddenda, ne sine delectu ac consilio oleum & operam effudisse uiderer*, Ità *libri portiunculam arctioribus quibusdam ac eiusdem martis amicis prælegendam exposui, certior ab his futurus, tantum ne commoditatis uel utilitatis in successiuis hisce lucubrationibus esse iudicarent, ut lucem aliquando perferre tutò possent. qui quidem maxima ac nimia ferè cum efflagitatione publicæ utilitati (ut ipsi asserebant) quamplurimis additis persuasionibus adeò me commouerunt, ut contra salutare illud carmen, nonum promantur in annum, opus ipsum nullo pumice (ut dicitur) adhuc expolitum, typis tradere sim coactus*. Q*uod permagni non facerem, cum amicorum meorum uoluntati, cui non obtemperare religio esset, consultum prospiciam, nisi in ea prolapsi essemus tempora, quibus permulti ingenio plusquam intemperanti quorumcunque scripta unico naso ita reuolunt, ut nihil tam solidum sit, quod eorum nefarios morsus euitare poßit*. V*erùm*, Dux *amplißime, cum in omni officio tribuendo inter cætera duo hæc primùm sint consideranda, ut ei munera largiamur, cui & plurimum debere, & illo quàm dignißimum esse cognoscimus, tuque solus, cuius autoritas tam latè uagatur, ut quibuscunque scriptoribus facilè patrocinari poßit,*

cum de opere (quale id cunque esset) ut moris est, dedicando cogitarem, statim occurreris, qui iure proprio tibi id uendicares: uires animumque sumpsi; ac in amicorum instituto me confirmaui. Nam per uniuersam Italiam ea de te circunfertur fama, ut animi, & Fortunæ dotibus quoscunqe præcellere, ac rarissimum nostræ tempestatis exẽplum te omnes prædicent. Nemo enim est qui expressam non habeat humanitatem illam singularem. qua latissimæ ditionis tuæ subditos omnes foues, Morum integritatem qua quoscunque ad te conuertis, Eximiam doctrinam, qua omnia diligenter regis ac iustè iudicas, Facundiam inæstimabilem, qua neminem non ad te allicis, ut multa alia de te, quæ integrum uolumen magis quàm lininari hac epistola perstringi, efflagitarent, de industria omittam, quæ longè iuueniles annos tuos excedunt, adeò ut de te meritò dici possit,

Magnæ spes altera Romæ.

Quod autem tibi debeam, & quid debeam omnes planè sciunt, nam ex quo in Casalensi tuo Senatorio ordine uiginti nouem annis iam elapsius accitus fui, ab Illustrissimis munificentissimisq; maioribus tuis ita assiduè dignitas mea ornata & aucta fuit, ut me, non solum mea omnia tibi debere fatendum sit. Quare, Dux Ducum optime, istis Vallis meæ primarios fructus, omni iure tibi debitos, hilari qua soles omnia fronte suscipe, & protege, ut alacriorem ad maiora (si prouenerit commoditas) prosequenda animum meum reddas. Viue igitur, ut regnes.

INDEX AVREVS QVAESTIONVM in hoc opere a clarissimo Rolando a Valle, miro ordine in maximam omnium utilitatem discussarum,

Nouissime cum suo Alphabetico, & numeris copiose & fideliter ordinatus.



B

D

Decla-

non

dotis

bet in

 Sed

FINIS.



ROLANDI A VALLE IVRISCONS. CASALENSIS quæſtiones de lucro Dotis.

SVMMARIVM.



1 *Vs vnũ ciuile poteſt tolle re aliud.*

2 *Statuta diſponẽtia ſup ſucceſſiõe filiorũ vel filiarum valent.*

3 *Legitima debita matri in bonis filij, cum ſit de Iure poſitiuo, poteſt ſecundum magis receptam ſententiam, per ſtatutum tolli.*

4 *Solemnitates in teſtando introductę de iure ciuili poſſunt per ſtatutum derogari, & abrogari, augeri vel minui.*

5 *Statutum diſponens quòd teſtamentum coram tribus vel quattuor teſtibus fieri poſſit, ſecundum communem doctorum ſententiam, valet.*

6 *Dos ſoluto matrimonio per mortẽ uxoris reuerti debet ad patrem dotantem vel ad hæredes ipſius uxoris.*

7 *Argumentum de pacto ad ſtatutum affirmatiuè valet.*

8 *Pacto poteſt fieri, ſtatutoq; ſimiliter diſponi, quòd in contractu requiratur ſcriptura.*

9 *Pactum initum inter uirum & vxorem de dote lucranda ſi vxor præmoriatur ſine liberis, valet.*

10 *Pactum & lex ſtatutaria quoad lucra dotalia æquiparantur.*

11 *Statutum de dote lucranda per mortem vxoris ſine liberis valet.*

12 *Quod ampliatur procedere etiam ſi eſſet in præiudicium filiorum primi matrimonij.*

13 *Conſuetudo de dote lucranda ſoluto matrimonio ſicut valet: fortius valere debet ſtatutum, cum expreſſum habeat conſenſum, & conſuetudo tacitum.*

Quæstio Prima.



N Statutũ disponẽs, quòd vxore ꝓmoriente sine liberis, maritus lucretur dotẽ, valeat. Et dicas quòd sic. Nam vnũ
1 ius ciuile potest tollere aliud. §.fi. Insti.de iur.nat. gent.& ciui.& per Bald.in l. lege duodecim tabularũ, colum 2.C.de legit. hæred.vbi dicit, quòd cum omne ius ciuile sit mutabile. Ideo valent statuta,quę disponunt super successione filiorum vel filiarum. alibi uoluit idem Bald. in l.j.§.ius naturale. colum. fin.ff. de iust. & iure. quòd legiti-
3 ma matri debita in bonis filij. cum sit de iure positiuo potest per statutum tolli, & hanc esse communem opinionem attestantur Io. de Imo. in l.quod de bonis. §. fin. ff. ad l.fal.& Alex. in consil. 168. colum.j.in fin.uol.7 Dec. in consil. 372.colum.2.& Paris in consil.23.
4 colum.2.volu.2. Hinc etiam uidemus quòd solemnitates in testando introductæ, & ipsa testandi facultas, quæ sunt de iure ciuili possunt per statutum derogari, & abrogari,augeri vel minui,ut per Angel.in consil.88. col.j. & in consil. 126. colum. j. & ideo dicunt Alexand.in l.si non speciali. colum.2. C.de testa.& Dec. in c.2. col.9. in princ.de probat. communem esse opinionem, quòd statutum disponens,quod testamentum coram tribus vel quatuor testibus possit fieri, valet. Vnde licet de iure ciui-
6 li introductum fuerit, quòd dos soluto matrimonio reuertatur ad patrem dotantem l.dos à patre C. solu.matri.l. si ab hostibus, in princ. ff.eod.titu.& per Alexan. in consi. 150.colum.j.versi. præterea,uolu. 2.vel ad mulieris hæredes, ut in c. fin.§.sanè,& ibi per Abba.ac alios, de donat. inter vir.& vxo. Tamen contrario iure ciuili, & sic statutario tolli potest l.omnes populi, ubi Doct.o.ff. de iusti.& iur.l. de quibus ff.de legib.
7 Secundò hoc probatur. Nã quòd potest fieri per pactum affirmatiuè, id etiam statuto fieri potest,ita arguit Bart.in l fin.per illum text. C.de fideiuss.& Doct. in l. non impossibile ff.de pac.Dec.in l.nec ex prætorio ff.de regul.iur. Idem uo-
8 luit Alexan.in conf.50.col.j. uolu. 5.vbi sicut per pactum potest fieri, quòd in contractu requiratur scriptura l.contractus C. de fide instr. & per Doct. in c.si diligenti,de foro compet. Ita & per statutum & per Bart.in l.fin.colum.3.versicul. & quòd in casu prędicto C.de pact. vbi id quod potest fieri per pactũ iuramento firmatum potest etiam
9 fieri per statutum : Sed pactum factum per maritum, cum uxore in contractu matrimonij de dote lucranda per mortem ipsius si præmoriatur sine liberis valet & tenet ut per gloss.& Bart.in l.j.ff.de dot. prælega. in princip. & per text. in l.2.iuncta.glos.ff.de pact dot.& in l. licet iuncta gloss. in verbo, iure C.de iur.dot.& per Bald.in l.j.columm.j. C. si aduer. dot. in 2. nota. ubi dicit, nota quòd inter virum & vxorem potest apponi pactum de tota dote lucranda si uxor præmoriatur.& ..g.in consi.158.colum

lum. 2. Alexan. in l. si socer in §. lucius, colum. 4. & in l. si cum dotem, in princ. col. 7. ff. solu. matr. Boer. in decis. 208. in 2. colū. & in decis. 244. col. j. ergo & statutum valere debet: ita in terminis arguit Bald. in consi. 467. col. 2. vol. 4.

Pro qua opinione facit qđ not. Bald. in l. deo nobis, per illum tex. in vlt. not. C. de episc. & cler. quem sequitur Cur. Sen. in consi. 78. col. 4. in fi. ubi pactum & lex statutaria quoad lucra dotalia æquiparantur.

11 Tertiò quòd tale statutum ualeat probatur autoritate Bar. ac aliorum in l. hac edictali C. de secure nup. in l. exigere dotē ff. de iud. & per Bald. in dicto consi. 467. col. 2. & in consil. 496. volumi. 5. Fulgos. in consil. 203. colū. 2. Cremen. in singu. 154. vbi dicit quòd talia statuta valent & sunt multum honesta ꝑpter onera infinita quæ sustinentur à marito. Alex. in consil. 57. columi. penul. versic. ad quartū, volumi. j. Ias. in l. si donaturus. §. fin. ff. de cond. ob cau. Socy. in con sil. 52. colum. i. uolum. 3. ubi dicit, non esse dubitandum de validitate

12 talis statuti: quia etiam valet in prçiudicium filiorum primi matrimonii. Quod an sit verum infra demonstrabimus. in q. 24. Dec. in consil. 19. colum. 2. & in consi. 195. colum. 2. Idem uult, & Paris in consi. 62. col. 3. volu. 4.

Et ad hoc bene facit quod scribit Abba. quem omnes sequuntur in c. fi. in §. sanè, in vlt. not. de don.

13 inter vir. & vxo. vbi firmat, quòd sicut ualet consuetudo de lucranda dote vel donatione propter nuptias soluto matrimonio, fortius valebit statutum, cum habeat expressum consensum, & consuetudo tacitum per l. de quibus ff. de legib.

SVMMARIVM.

1 *Verba statuti de lucro dotis propriè ac strictè sunt intelligenda, & interpretanda.*

2 *Statutumq; prædictum directè est cōtra Ius commune.*

3 *Et trahi non debet extra casum suum ad aliquam cōsequentiam.*

4 *Est quoque pœnale, quia diminuit patrimonium mulieris. & num. 8.*

5 *Pariter & odiosum quatenus deuiat dispositione iuris communis, secū dum quod nihil lucratur maritus mortua vxore.*

6 *Tollit & quoque in parte vxori liberam facultatem disponendi de rebus suis & nume. 9.*

7 *Estq; ad vnguem & contextum seruandum, & à verbis eius minime recedendum ex quo est præcisi fori & stricti Iuris.*

Quæstio II.

1 QVAERO, An tale statutum sit correctorium iuris communis: & eius verba propriè ac strictè intelligenda & interprætanda sint: non insistendo in uerbis, cum soleant apponi ornatus causa, vt inquit Aret. in consil. 6. col. j. Concludo quòd sic, vt per Bald. in l. 2. C. de dot. promis. vbi dicit, quòd in lucris, quç proueniunt ex forma statuti, uerba eiusdem debent intelligi propriè & strictè interpretari, cum sint præter ius commune.

2 Imo. Angel. in consil. 158. colum. i. scribit, tale statutum esse directè contra ius commune. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & l. dos à patre. C. solut. matri. & strictè ac propriè intelligendum l. constitutionibus ff.

ad municip. Doct. in l. omnes popu li. ff. de iust. & iur. & extra casum
3 suum & in eo statutum nō esse tra hendum ad aliquam consequentiā l. quod verò ff. de legib. c. quæ à iu re, de reg. iur. in 6. Quod & uoluit Abb. in consi. j. colum. 2. uol. i. & in
4 consi. 79. colum. i. vol. 2. vbi inquit quod tale statutum, cum sit pœnale, quia diminuit patrimonium mulieris l. 3. ff. de damn. infec. notat
5 Ioan. And. in c. fi. de elect. in 6. & odiosum quatenus deuiat à dispositione iuris communis, secundum quam nihil lucratur maritus mortua vxore c. i. c. nuper de dona. int. vir & vxo. quòd verba eius debent strictissimè interpretari, ut minus lædatur dispositio iuris, communis quàm sit possibile. Idem tenuit Deci. in consi. 353. colum. 1. Ias. in consil. 58 col. i. & in consi. 115. col. i. & in consil. 135. col. i. uol. primo Paris. in consi. 127. colum. 3. in princ. uol. primo & in consi. 34. col. 2. vol. 3. ubi inquit tale statutum, ex quo nō continet in se aliquam rationem scriptam, esse ualde exorbitans, & contrariari iuri communi, cum tollat in parte vxori liberam faculta-
6 tem disponendi de rebus suis. Quò
7 fit ut ad unguem & contextum seruandum ueniat, & à verbis ipsius minime sit recedendum, ex quo est præcisi fori & stricti iuris l. quod cō stitutum ff. de test. milit. idque placuit ipsi Paris in consil. suo 62. nu. 26. vol. 4 necnon domino meo Rui. in consi. 131. colum. 2. vol. 4. magisquàm Soci. iun. in consi. 27. colum. penult. vol. i. ubi dixit, quòd statutum supra citatum, cum auferat hæredibus mulieris dimidiam par-
8 tem dotis, necnon & facultatem v-
9 xori disponendi de illa dimidia, dicitur exorbitans, & contra regulas iuris communis: atque ideo quòd debet strictè in casu suo, in quo loquitur, intelligi, & non trahi ad aliū casum iuxta tradita per Doct. in l. si uerò. §. de uiro ff. solu. matr. & in l. 2. C. de noxal. & in c. cum dilectus, de consuet. subdens hoc dictum commune, & tritissimum esse apud nostros Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis conditum à supremo Principe, vt à Papa vel Imperatore dicitur ius ciuile.*

2 *Idem si ab inferioribus non recognoscentibus supremum Principem de iure vel de facto.*

3 *Populus vel Reges & Principes superiorem recognoscentes licet non possint quem restituere famæ respectu infamiæ quæ irrogatur à iure communi, secus tamen est in populo Regibus & Principibus non recognoscentibus superiorem.*

4 *Lex bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. secundum communem opinionem locū habet in ciuitatibus non recognoscētibus superiorem prout aliàs in Repub. Florentina.*

5 *Ciuitas non recognoscens superiorē potest exercere reseruata Principi.*

6 *Appellatio sicut tolli potest per Pontificem, ac Imperatorem: ita & per non recognoscentem superiorem, quia de eo iudicatur ut de Principe.*

7 *Vectigalia noua licet Decreto Ciuitatis constitui non possint: id etenim non procedit in ciuitatibus non recognoscē tibus superiorem.*

8 *Statutum verò de quo supra conditum à Ducibus Marchionibus, & Vicarijs perpetuis, & dignitatem perpetuā habentibus, secundum communem opinionem, erit ius ciuile.*

9 *Lex q. dicta bene à Zenone, locum habet similiter in talibus Principibus.*

10 *Pos-*

10 *Possuntq; & ipsi tollere appellationẽ.*
11 *Statutum quoque id ipsum conditum ab inferioribus recognoscentibus superiorem, & qui non sunt Vicarij perpetui Ius prętorium erit.*
12 *Statuta præsidis vel inferioris à Principe, vel Ducis aut Marchionis si defferant hæreditatem, vel successionem aliquo casu, cum sint ius prætorium, non possunt facere quem directo hæredem, sed bonorum possessorem, & erit necessaria agnitio possessionis corã Iudice: secus si defferatur ex forma statuti, vel Principis autoritate, quia tũc deffertur Iure directo.*
13 *Constitutio annalis inducta per episcopum, Comitem, Marchionem, vel Ducem, cum dicatur ius prætorium, ut interrumpat præscriptionem annalem requirit litis contestationem.*
14 *Decreta seu statuta Illustrissimi Ducis Mantuæ & Marchionis Montisferrati sunt Ius ciuile.*

Quæstio III.

QVAERITVR & tertiò, An tale statutum dicatur, ius ciuile vel Prætorium. In hac equidem quæstione, sequendo receptam Doctorum sententiam, sic distinguendum
1 fore arbitramur. Aut huiusmodi statutum conditum fuit à supremo Principe, ut à Papa, uel Imperatore: & tunc dicetur ius ciuile, ut per scriben. communiter in l. 5. in prin. de verbo. oblig. & per Nat. in tract. de statu. exclus. fœmi. in 2. col. uers. secundo quæro. & Brun. in tract. ex clus. fœmi. ĩ 13. art. principia. in 2. q.
2 Aut ab inferioribus à supremo Principe non recognoscentibus eũ de iure vel de facto: & tunc, ex quo habent uim suprẽmi Principis: huiusmodi statutum ius ciuile appellabitur. ita scriben. in d. l. 5. & istam esse magis communem opĩn. testatur Brun. in loco de quo supra. Quod & uoluit Socy. in consi. 153. colum. 6. uolum. 2. ubi inquit quòd statuta Illustrissimi Marchionis Mãtuę sunt ius ciuile & non prætoriũ: ex quo in suo Dominio nemine recognoscit: & facit statuta iure pro
3 prio. Nec mirum, quia etiam uidemus quòd licet populus non possit per statutum quẽ restituere famæ respectu infamiæ quæ irrogatur à iure communi: & pariter Reges & Principes, qui recognoscunt Imperatorem secus tamen est in Regibus, Principibus, & populo non recognoscentibus superiorem: quia tunc quoad eos restitutio famæ valeret. Cum talis populus liber appelletur, & apud eosdem met dicatur esse Imperium sui ipsius ut per Bart. in l. i. §. de qua re ff. de postul. Pro quo facit etiam quod scribit Dec. in consi. 357. colum. 2. ubi concludit quòd dispositio l. bene à Zenone. C. de quadr. pręscrip. secundũ commune opinionem habet locum in ciuitatibus nõ recognoscentibus superiorẽ ut in Repub. Florentina,
5 quę superiorem nõ recognoscit, & Iura Principis habet. Pariter videmus reseruata Principi per ipsas ciuitates non recognoscentes superiorem exerceri posse, ut de Luca-
6 na ciuitate loquitur, Dec. in consil. 403. col. 2. & etiam quòd sicut Pontifex & Imperator possunt tollere appellationem: Ita & non recognoscentes superiorem, ut per Bart. in l. i. §. interdum ff. à quib. appella. nõ lic. quem refert & sequitur Deci. alios citando in c. pastoralis. col. 2. de appellat. Hinc dixit idem Dec. in consi. 649. colum. j. quòd & si no-
7 ua vectigalia Decreto ciuitatis constitui non possint l. uectigalia C. noua uectigal. &c. Tamen id procedit

in ciuitatibus superiorem recognoscentibus, & quòd ita intelligitur d.l.uectigalia. Secus in nõ recognoscentibus, quæ habent Iura Principis prout est Ianuæ, quæ in eius territoriis utitur iuribus supręmi Principis, quia de illa debet iudicari, ut de Principe, ut per Barto. in l.infamem.in fi.ff.de publ.iud. & Abba.in consi.107.in princi. uolu.j. & ideo ex hoc concludit quòd ipsa ciuitas Ianuę potuit concedere communitati. Vezani ius percipiendi Pedagia in eius Territorio.

8 Aut à Ducibus vel Marchionibus, uicariis perpetuis & habentibus perpetuam dignitatem, & istud pariter erit ius ciuile ut per Nat. & Brun.ubi supra, post Docto. in d. l. 5.& Io.de Amic.in consil.110. col. 3. Purpura.in l. quęcunque nume. 244.ff.de offic.eius cui mand.est Iurisd. Nec quoque hoc absonum est, cum videamus in huiusmodi Prin-
9 cipibus locum habere dispositionē dictæ l.bene à Zenone, ut dicit Ias. in consil.227. colum. 10. uolum.2. Iacobi de sanc. Georg. in Inuest. sua feudali.in uersic. Sed An Princeps.& Bald.in Tracta. præscrip. in 2 parte, quintę par.principa.uersi. 8. quæro, in prima limitatione: & ipsi similiter possunt exercere reseruata Principi, vt scribit Dec.in con
10 sil. 403. colum. 2. Necnon & tollere appellationem, ut idem Dec. firmat in d.c.pastoralis col. 2.

11 Si uerò conditum fuerit à recognoscentibus superiorem, & ab iis, qui non sunt Vicarii perpetui, nec qui habeant perpetuam dignitatē: tunc erit ius prætorium, quia quicquid statuitur ab istis inferioribus ius prætorium appellatur l. ius autem ciuile.§ j.ff.de iust. & iur. notant Bart.& alii in d.l.5.in prin. de verb.obli.& pro hac opinione adducitur decisio Bart.ab omnibus recepta iu l.j.in fin.de bon. possess. vbi si qua hæreditas defertur alicui ex
12 constitutione Præsidis, vel inferioris à Principe vel Ducis, aut Marchionis: Tunc ipsa hæreditas non potest deferri, ut quis fiat hæres, sed ut bonorum possessor, & necesse est, quod agnoscatur ipsa bonorum possessio coram Iudice, iuxta l.fin. C. qui admit. Item petit spacio centum dierum vel anni l. 2. l. emancipata C. qui admit. Sed hæreditas, quę defertur ex forma statuti vel Principis autoritate bene defertur iure directo. Idem uoluit Bald. in rubric. C. qui admit. q. 6. versicul. item si statutum, & in l. certum.columna 3.versicul. sequitur uidere C. vnd. cogna. Hinc etiam dixit Barto. in l. 2. §. fin.ff.de
13 vsucap.quòd cõstitutio annalis inducta per episcopum, Comitem, Marchionem, vel Ducem, cum dicatur ius prætorium, ad hoc ut interrumpat talem præscriptionē annalem, requirit litis contestationē l.1.& 2. C. qui admit. & ideo ex istis infero quòd, cum Illustrissimi & excellentissimi Duces Mantuæ, & Marchiones Montisferrati Domini mei, sint hodie Vicarii perpetui, & possint omnia in eorum territoriis quæ possit Imperator in toto orbe, ut de Duce Mantuæ, & tunc Marchione dixit Cur. iunio.in consil.61.colum.4. versicul. succedit, & de Marchione Montisferrati inquit Ias.in consil. 235.
14 col.2.vol.2.Paris.in consi. 17.col. 2.volu.j. eorum Decreta seu statuta condita & condenda sunt & erunt ius ciuile.

SVMMARIVM.

1 *Ratio in statuto consideratur vt anima, verba autem vt corpus & superficies.*

2 *Rationes quare concedatur lucrũ dotis in totum vel in parte per statutum marito, & de earum veritate, & nume 5. ac 10.*

3 *Successio filij per Senatusconsultũ Tertullianum conceditur matri in solatium amissi filij.*

4 *Vir & vxor in lucris nuptialibus non debent ad imparia iudicari.*

6 *Lucrum dotis non datur in recompensationem onerũ sed fructus dotis. Sed contrarium uide sub num. 11. 12. & 15. & vbi communis est in contrarium.*

7 *Statutum de lucro dotis locum habet in sponsa de præsenti & si traducta nõ sit ad domum mariti, & num. 17. vbi declaratur.*

8 *Statutum, de quo proximè, locum & habet in matrimonio, quod momento durauit, & sub nume. 18. pro declaratione.*

9 *Lucrum dotis est merè lucrum & de veritate, num. 19.*

13 *Maritus si non sustinet onera matrimonij non lucratur dotem.*

14 *Causa mediata siue remota quando talis est, quòd sint ea immediata & propinqua nullum effectum productura est pro immediata habetur.*

16 *Lucrum quando trahit originem à damno, de eo idem iudicamus quod de damno, licet nunc lucrum sit & econtrario.*

Quæstio IIII.

1 Quoniam in statuto ratio ipsa consideratur ut anima, uerba autẽ corpus & superficies, ut per Abba. in consi.i.colum. pen. in prin. uolu.j. Paris in consi.16.col.4. vol.3.& Socy. Iun.in consi.15.col.5.uol.i.Ideo quæritur quæ nam sit ratio, qua inductum est à statuentibus, quòd uxore præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem. Cum ratio quæ est anima ipsius legis in ipso statuto scripta non comperiatur.

2 Tres enim recitantur opiniones, de quarum ueritate disputare contingit. Prima etenim ea est, quæ adducitur per Bald. nouel. in tract. dot. in 6.par. speciali.37. col fi. de qua mentionem facit Dec. in consi. 67. col..2.uersi.4. mouetur. Quòd statuentes moti sint ad concedendum tale lucrum marito in solatium dilectissimæ coniugis mortuæ: ut alias in simili dicitur de matre, cui

3 Senatusconsultum Tertullianũ concessit successionem filii ut eam subleuaret in solatium amissi filij. Institu.ad Tertul. in prin. & in l. iure succursum.ff.de iur.dot. Hæc enim ratio à dotibus non recipitur, ut per Dec.in d.consi.67. in fi. quia si statutum habuisset talem rationem uel hũc respectum, et ex morte mariti detulisset hoc lucrum uxori uel quid simile, quod tamen non facit, & ista responsio fuit Abb.in consi. j.col.pen.volu.i.& in consi.79.col. 2.volu.2. licet de eo mẽtionem nõ faciat Dec. dum dicit quòd in casu huius statuti non porest præsumi, quòd causa lucri fuerit affectus coniugii seu reliquiæ matrimonii soluti: quia eadem ratione porrexisset consimile lucrũ ad mulierem: quia

4 uir & uxor non debent in istis ad imparia iudicari c. gaudemus, de diuor.c.fin.de donat. post diuor.restitu.l.fi.§.penul. C.de dona. ante nup. ubi lex nõ uult ualere pactum inter coniuges de lucro captando,

Cum sit utrique commune.

5 Alia & secunda fuit opinio Bal. in authen.ex testamẽto,col.pen.uers. decimum tertium capitulum C. de collat.& in authen. ex testamento, col.pen.C.de secun.nup.quòd causa finalis & immediata huius lucri, quæ attendi debet,iux.not. in l. sed & si plures.§.in arrogato.ff.de vul. & pupil. in l.fi.C.de usuf. est fœdus matrimonii & istam partem tenuit Bal.nouel.in d.traacta.dot. in loco de quo supra.Pau.de Cas.in l.si donaturus.§.fi.de cond.cau.dat. & in consil.154.col. i. uol.i. Dec.in l.eo quod ff.de reg.iur.in authen.si qua mulier, col.pen.C. de secun.nup.in l.reprehenda, col.fi.C. de instit. & substi.in consi.260.col. penul.& in consi. 577. col.fi.Sozi. in consi.22. in fi.volu.3.& in consi.223. col.fin. vol.2.Ias. in consi.58.col.i.uol.i.& in consi.115.colum.prima. eo.vol.

Et pro fundamento huius rationis adducunt tex.in l. cum quis. ff. de dot. prælega.ibi, quia matrimonii causa id lucratus est, ubi de lucro dotis dicitur quòd matrimonii causa illud lucrum procedit, & ita etiam per illum tex. tradidit Rom. in l.si cum dotem.§. transgrediamur.ff.solu.mat.

Nec habet obstare,secundum eos, si dicatur quòd imò tale lucrum datur propter onera matrimonii,iux. glo.in d.l. si donaturus. §.fi. quia respondetur secundum Ang. in.§.

6 ascriptitio,in authen.de nupt.quòd in recompensationem onerum maritus retinet fructus dotis, sed non ipsum lucrum statuti: quia istud est lucrum & non recompensatio onerum, & Ang.sequuntur Dec. & & Ias.In locis supra citatis.

Et quòd ratio onerum non sit causa huius lucri demonstratur. ex nota.per Bar.in l.nihil.ff.de rer. amota.ubi statutum de lucro dotis locum habet in sponsa de præsenti antequam traducta sit ad domum mariti,& tamen antequam ducatur nõ suffert maritus aliqua onera matrimonii ergo datur intelligi, quòd tale lucrum à statuto non defertur propter onera matrimonii.

Confirmatur etiam ista sententia ex decisione Bal. in l.non tantum. C.de lega. ubi etiam huiusmodi statutum locum habet in matrimonio quod momento durauit, ergo pariter infertur quòd propter onera matrimonii tale lucrum non defertur, sed propter ipsum matrimonium.

Vltimò facit quod notat Sozi.in d. consi.223.col.fi.vbi dicit,quòd immediata causa lucri est matrimonium, non autem onera matrimonii, & quamuis ratio expensarum fuerit in consideratione: tamen cũ sit incerta & remota & non proxima, ut matrimonium, quòd ipsa prima causa attendenda est. Pro quo accedat quod dixit & ipse Soz. in d.consil.ubi inquit, quòd id qd maritus lucratur uigore talis statuti est lucrum, ut dicit Bal.in l. hac edictali.C.de secun.nup.Si ergo est lucrum non debemus dicere quòd concedatur propter onera & expensas, quia non esset lucrum si daretur ex causa onerosa, & ideo ex hoc concludit esse dicendum, istud lucrum dari propter matrimoniũ, & quòd ita per istam rationem tenuit elegans doctor & legum interpres optimus dominus Ioan. de monte Sperello in authen. ex testamento.C.de collatio.

Verum quia suprascripta ratio apud Doct.non recipitur. Ideo subnectitur & tertia, qua recitata, respondebitur rationibus pro parte dictæ secundæ rationis adductis. De scen-

scendēdo igitur ad tertiā rationem dico, statuentes motos fuisse tribuere uiro dictum lucrum propter onera matrimonii, ut est glo. in d.l. si donaturus, in uerbo duntaxat, ubi Alex. firmat hanc esse communem opinionem, & pariter testatur ibi Ias. omnes Doctot. cum hac sententia glo. pertransire. Bald. idem tenet in l. non fine, in princip. & ibi Fulg. C. de bon. quæ liber. in l. si cū dotem. §. si pater, in fi. ff. sol. matr. in c. super litteris. col. 7. uers. sed quid dies, de rescrip. in l. hac edict. in princ. col. 2. uers. modo statim emergit. C. de secun. nup. in cōsi. 79. col. 2. uol. i. consi. 110. col. i. uol. 2. in consi. 184. col. fi. uol. 3. & in cōs. 467. col. 2. uol. 4. & in consi. 55. col. i. & sequen. uolu. 5. Paul. Cast. in consi. 232. col. 2. secundū antiquam impressionem, & 333. in secundo dubio, uolu. i. Abba. in d. cōsi. i. col. penul. & in citato consi. 79. col. 2. ubi expresse dicit quod nulla alia ratio assignari potest nisi quia maritus sustinendo onera matrimonii incurrit multa damna, & licet ad supportanda onera habeat dotem l. si constante. ff. solut. matri. tamen ut plurimum non sufficit dos ad hęc onera, quinnimò fiunt tot sumptus in uestibus & ornamentis, ꝙ dos in illis consumitur. Cuma. in l. si cum dotem. §. transgrediamur, in fi. ff. solu. matrimo. & in cons. 48. col. 2. Roma. in consil. 471. in prin. Salyce. in l. cū te, in 2. col. C. de donat. ante nup. & in consi. incipiente, circa examinationem dubiorum uertentium. Sozin. in l. diuisione. col. 2. solu. matr. in l. cui fuerit. col. pen. & fi. ff. de condit. & demonst. & consi. 8. in fin. uolu. 3. ubi dicit hoc esse de mente omnium Fely. in Rubr. de sponsal. col. 3. Aret. in l. si ante nuptias, col fin. sol. matri. ubi attestatur hanc communiorem. Corne. in consi. 248. col. 4. uolu. 2. & in consi. i. col. 11. uolu. 4. Crot. in l si constante. in secunda lectura, colum. 46. uer. secundo ampliatur si solut. matrimo. Camp. in tract. dot. in. 5. parte. q. 13. Alexan. in consil. 122. col. 3. in fin. uolu. 7. & in consi. 129. colum. i. in fin. uolu. eo. ubi concludit rationem finalem huius statuti fuisse, quòd maritus lucretur ipsam dotem in recompensationem onerum & expensarum, quæ plerunq; per maritos supportātur & qđ nulla alia rō reddi potest, & qui uult aliam allegare debet illam probare iuxta gl. in l. cum de lege. ff. de probatio. Idem Alex. in consi. 162. colum. 2. in fin. uolu. 6 per glo. in d. l. si donaturus. §. fin. quam dicit notabilem & approbatam. Ias. in l. emancipata, in princ. C. de iur. & fac. ignor. in l. nesennius. ff. de re iudica. & in authen. prætrea. colū. 6. C. unde uir & ux. in l. non tantū. colum. 2. C. de lega. in consi. 135. col. penul. in fi. volu. i. & in consi. 171. col. 6. in fi. vo. 4. Moder. in rub. de don. inter uir. & uxor. §. 55. col. 4. Purpu. ī l. 2. §. creditū. col. 2. si cer. petat. Mantua in consi. 69. vbi dicit in iudicando non esse recedendum ab ista sententia. Dec. in d. l. in eo quod ipsam etiam recitat communem & istam partē sequitur in consi. 67. col. 2. & in consil. 353. col. 2. & & in consi. 402. col. 4. Paris. in cons. 127. in prin. uolu. i. citat hanc esse communem, & idem in consil. 62. col. 4. uolu. i. ubi inquit, quòd licet nonnulli Docto. ibi per eum citati uelint quòd ratio statuti prædicti non sit illa sola, propter onera matrimonii, sed alia & secundo loco relata, tamen ipsi non inficiantur ꝙ potissima causa & ratio inductiua non fuerit propter onera matrimonii,

nii,quinnimmo à communiter con
12 tingentibus Docto. communiter
concludunt quòd ratio lucri sunt
onera matrimonii, licet in statuto
non fuerit expressa ipsa ratio.& hāc
etiam partem amplectitur consum
matissimus præceptor meus Rui.in
consi.199.col.fi.uolu.i.& in consi.
101.col.4. uolu.eo. ubi dicit ipsam
communem. & in consil.11. col.3.
uolu.5. & pro hac etiam parte facit
quod not.Bal.in authen. dos data,
col.i.C.de secun.nup. quem sequi-
tur Ioā.de Ana. in c.salubriter, col.
penul.de usur. Alex. consi.122.col.
4.uolu.7. Felyn.in Rubri.de spon-
sa.col.3. in princi.Ias. in consil.35.
13 col.fi.uolu.i.ubi si maritus non su
stinet onera matrimonii non debet
consequi lucrum sibi ex pacto uel
statuto delatum: ergo ex his appa-
ret onera esse causam huius lucri.

Non obstant modo adducta in con
trarium, & primo quòd Bal.in au-
thent.ex testamento. C. de colla.
& i auth.ex testamēto. C.de secūd.
nup.Paul.de Cast. Soz.Dec. & Ias
in locis de quibus supra teneant cō
trarium: quoniam ultra quòd ipse
Bal.in pluribus locis tam in lectu-
ris quàm in consiliis de quibus su-
pra tenuerit oppositum prout & fe
cerunt Paul.de Cas.Soz. ac Dec.&
Ias.ut patet ex autoritatibus ipso-
rum et supra citatis: Tamen constat
hanc esse magis communem opi-
nionem a qua durum esset tam in
iudicando quàm in consulendo, ut
dixi recedere.

Non obstat secundò tex. in d.l.cū
quis, quia respondetur ex mente
Aret.in d.l.si ante,col. fi. quòd ibi
uerum,causa, potest exponi nō pro
causa omnino immediata sed pro
causa mediata non tamen titulum
remota, quæ accipitur tanquam
causa immediata l. uxori quis.ff. de
auro & argen.lega.quam ad hoc ad
adducit Bar.i l.ambitiosa, circa me
dium.ff.de decre. ab. ord. facien.
Quam responsionem acceptat Ti-
raquel.in re pe.l.si.in uerbo largi-
14 tus,nu.189. C.de reuo. dona. ubi
subdit præsertim hoc procedere
quādo huiusmodi causa immediata
siue remota talis est, ꝙ sine ea im-
mediata & propinqua nullo mō es
set producenda effectū ut in hoc ca
su, Nam tunc haud dubiè ea habe-
tur pro immediata, ut dicit Bar. in
in l.sed & si plures. §. in arrogato.
ff. de uulg.& pupil.

Secundo respondetur: quòd licet
matrimonium sit causa proxima &
immediata huius lucri prouientis
ex statuto uel pacto, non tamen ex
eo confestim sequitur, quòd onera
matrimonii non sint etiam eius rei
causa æquè proxima. Nam unum
aliud nō excludit,quin potius unū
in alio insit, ex eoque sequitur, ut
dicit Dec.in consi.67.col. fi.uersic.
non obstat text.& Tiraquel. ubi su-
pra, nume. 188. Nam si onera ma-
trimonii sunt causa huius lucri,cer-
tè matrimonium etiam causa est,ut
in dote uidemus, quæ datur pro-
pter matrimonium, & quæ sine eo
consistere non potest l.3.ff. de iur.
dot.& ob matrimonium etiam tan
tum fauoris sibi conciliauit lex.i.
ff.solu.matri.tanquam sit causa pro
xima dotis ut uerè est, & tamen si-
ne dubio dos ipsa datur propter o-
nera eiusdem matrimonii, & est ti-
tulus onerosus, Igitur & idem di-
15 cere debemus de accessione dotis.
Pariter non obstant not. per Ang.
in §.ascriptitio,quia illud dictum si
est uerum,non refragatur huic sen-
tentiæ,quia dicit Ang. quòd cessan
te pacto aut statuto uir non debet
lucrari dotem, sed eam reddere hæ-
redibus uxoris soluto matrimonio
&

& ideo statutum id deferēs est contra ius commune & strictè interpretandum. Nec obstat, inquit, l. pen. in fin. ff. quod fal. tu to. acto, quia concedo quòd uir retinet fructus dotis in compensationem onerum, sed non lucratur dotem, quia istud est lucrum & non compensatio onerum, & sic apparet ꝙ Ange. loquitur de iure communi cessante pacto aut statuto. At si pactum uel statutum factum sit, uidetur factū ad augendam illam compensationem onerū matrimonii, & cum id lucrum, si lucrum dici meretur, originem traxerit à dote, certe pro onere accipi debet. ex eo quod uoluit gl. sing. in l. si duo, in uerbo sci-
16 re potuit. ff. de acquir. hæredi. ubi quando lucrum trahit originem à damno, de eo iudicamus quod de damno licet nunc sit lucrum, & econtrario indicamus de damno qđ à lucro trahit originem ut de lucro. & ad hoc illam glo. sequuntur ibi scriben. & illam notabilem dixit Ias. in l. si emancipata, in princ. C. de iur. & fac. igno. quam infert ad propositum quæstionis lucri dotis, quòd ex quo trahit originem à causa onerosa de eo iudicatur non prout de lucro sed prout de onere. Idem dixit ipse Ias. in l. nesennius de re iudi. Dec. in consi. 402. col. 4. Sozy. in consi. 5. col. 3. uolu. 4.
17 Minimeq; faciunt not. per Bar. in d. l. nihil, quia doctrina Bart. nō ita ruditer intelligi debet, quando maritus nullus fecit expēsas, sed quando eas iam cœpit facere, ut in specie dixit Abb. in d. consi. i. col. pen. prout quotidie fit, quia statim celebrato matrimonio & antequam uxor ducatur ad domum uiri solent fieri multæ expensæ, ut dicit Ange. in. §. fuerat. col. 15. uersic. quero de quæstione quotidiana, circa fi. insti. de actio. quem sequūtur Moder. in repet. rubr. de dona. int. uir. & uxo. §. 55. col. 4. Idē dixit Camp. in tract. dot. in 5. parte. q. 13. & de cuius qōnis ueritate latius dicet ī. ī q. 106.

Penultimo decisio Bal. in d. l. non tantum, non meruit ad hoc allega-
18 ri, quoniam ea demum tunc procedit, quando maritus cœpit supportare onera matrimonii, quæ ut experientia docet, quæ est rerum magistra, instit. de satisda. §. fin. antequā matrimonia celebrentur statim post solent fieri multæ expensæ & quidem magnæ ut in annulis, iocalibus, & aliis rebus, quæ tempore matrimonii contracti dantur uxori, & eius causa fiunt, adeo ꝙ cum in matrimonio quod momento durauit ueniant & onera ac expensæ, sequitur ꝙ militat ratio onerum & expensarum ꝑ nos allegata.

Vltimo non obstant quæ dicuntur per Sozin. in d. consil. 223. columna fina. quòd istud est lucrum, & si quòd est lucrum nō debemus dicere, quòd concedatur propter onera matrimonii, aliàs non esset lucrum quia, & si ex supradictis satis pateat responsum. Tamen respondetur ꝙ non est merè lucrum, ut in specie dixit Bal. in d. l. non sine. C. de bon. quæ liber. in l. si cum dotem. §. si pater, in fi. sol. mat. in d. authen. præterea, col. fi. in l. cum multę. C. de do nat. ante nup. ubi dicit quòd titulus dotis non est titulus donationis & etiam si apponatur pactum de lucrando ipsam dotem non dicitur mera donatio. Alexan. idem tenuit in consi. 162. col. 2. in fin. uolu. 6. & in consi. 129. col. i. uolu. 7. & Rui. in d. consi. 1 1. col. pen. uolu. 5. & sic ex istis remanet defensata hæc ultima ratio communiter admissa per scribentes quam teneas, & ab ea nullo modo in iudicando discedas.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis non habet locum in dote promissa, communis tamen est in contrarium, ut in nume. 4.& 11.*
2 *Diffinitio dotis Bar.ponitur, qua tamen communiter reprobatur, ut in nume.12.*
3 *Statutum de quo supra tanquam exorbitans & strictè intelligendum non habet locum in dote promissa sed data, quod declarat, ut in numero 16.*
5 *Filia ueniens ad successionem una cum fratribus ex dispositione iuris quod primitus introduxit filiam dotem debere conferre non tantum dotem datam uerum etiam & promissam conferre debet.*
6 *Dos sine traditione dicitur dos,& sub nume.13.*
7 *Pactum de dote lucranda trahitur ad dotem promissam.*
8 *Dispositio l. dos a patre C.de sol. ma. militat in dote promissa.*
9 *Consuetudo Martini communiter approbata de qua per glo. in d.l.dos a patre trahitur etiam ad dotem promissam.*
10 *Vir qui lucratur dotem ex adulterio uxoris, ita consequitur lucrum dotis promissæ sicut traditæ.*
14 *Dos promissa de propria significatione uocabuli continetur appellatione dotis.*
15 *Stipulatio de dote lucranda, quę strictè intelligi debet, uerificatur & in promissa.*
17 *Ratio legis adeo inhæret legi, ut ea cessante cesset & ipsa lex.*
18 *Statum etiam in materia stricta comprahendit casum ad quem potest extendi, largè sumpto uocabulo subsistente eadem ratione.*

Quæstio V.

1 VERTITVR & quæstio, An statutum de quo supra locum habeat in dot. promissa. Primò quidem aspectu uideretur dicendum quòd nõ: quia non conuenit diffinitio dotis
2 posita per Bar.in Rubri.ff.sol.mat. qui dicit,quòd dos est quodam Ius in se continens, quod à muliere & eius patre marito uel eius patri traditum est,uel pro tradito habetur propter onera matrimonii supportanda. Igitur, cum diffinitio Dotis loquatur in dote data & non promissa,dicendum uidetur quòd tale statutum locum sibi non uendicat 1 in dote promissa, quia statutum de dote data non habet locum in promissa,ut per Bar.& alios in l. iubemus,la.2.in.§.sanè C.de sacro sanctis eccle.

Secundo facit:Nam dotis contractus perficitur traditione, ut per Bar.in l.iurisgentium, in principio de pact. & ante traditionem contractus dotis non est contractus nominatus secundum Doctor. in Rubri. ff.solut. matri. ergo non est dicendum quod dos promissa sit dos.

Tertio facit tex.in l.pater mulieris.ff.de iur. dot.ubi dos promissa, quæ nondum tradita est, cum onera matrimonii non sustineat dos dici non potest. 2

3 Quartò accedit. Nam hoc statutũ est exorbitans,ut supradictum fuit q.2.ergo non debet locum habere in dote promissa, sed strictè intelligi debet in dote data & non in promissa,arg.l. quicquid astringendæ, ff.de uerb.oblig.

His verò non obstantibus contrariam partem uti ueriorem & cõmunem amplectere,quòd imò tale

le

le statutum militet in dote promissa. Quod probatur, lege, ratione, & autoritatibs. & primo lege per tex. in l.i.2.& 3. & in l. ad exactionem. C.de dot.promis. ubi dos dicitur ēt illa, quæ promissa uel pollicita est. Ad idem est tex. in l.i. de collatio. dot. in l.filię dotem, & in authent.
5 quod locum C. de colla. in quibus dicitur, quòd filia ad successionem ueniens una cum fratribus ex dispositione iuris, quod primitus introduxit filiam dotem debere conferre non tātum dotem datam conferre debet, sed etiam promissam, & ita per istæ iura tenet Augel.in consi.180.col.1.& 2.

Secundo probatur ista opinio p text.in l.de diuisione.ff.sol. matri.,
6 ubi dos sine traditione dicitur dos & illum tex.ad terminos quæstionis nostræ ponderat.ibi Sozi.

Tertiò allegatur text. in l.cum post.§.sed de his.ff.de admi.tu.ubi mulier habet dotem, ex eo quòd uir habet prumissionem & ad hoc illum tex.allegat.Soly. in l.si constante,col.2.C. de don.an.nup.

Quarto facit gl.in l.i.§. accedit C.de rei uxo act.in uerbo fecerit, vbi ex promissione fit dos,& ita gl. istam ad quæstionem nostram ibi ponderant Saly. & Calcan.in cons. 31.colum.2.Moder.in trac.de legi. nup.lib.3.nu.8.

Quintò ad hoc est tex. iuncta gl, in l.si mulier.ff.de cond.inst.ubi pa
7 ctum de dote lucrāda locum habet in dote promissa, & ibi eam ad hoc notant Bal.Ang.& Paul.de Cast.
8 Sextò pro ista etiam opinione facit quod not. Soz.iun. in consi. 35. nu.16.cum seq.uol.i.ubi dicit quòd dispositio.l.dos à patre.C.solu.ma. ita locum habet in dote promissa,
9 sicut in data, & similiter consuetudo Marrini communiter approbata in glo. dictæ l.dos à patre, disponens quòd dos mortua muliere trāseat ad filios, ita etiam locū habet in promissa, sicut in data.

Septimò facit quod no. Zenzel in c.plerunque, & in fin.de do.iut. uir.& uxo.& ibi Mod.in Rub.§.20.
10 in princip. ubi uir qui lucrutur dotem propter adulterium uxoris, ita lucratur promissam sicut datam p text.notabilem in d.l. mulier.ff.de cond.inst.
11 Vltimò probatur autoritate Bal. in d.l.mulier, de cond.inst. & Ang. ibi,& in consi.75.& iu consi. 180. col.i.cum seq.Saly.in l. cum in te, colum.i.& in l.si constante, colū.2. C.de donat.ante nup.Pau. de Cast. in l.mulier. §. cum proponeretur, col.2.ff.ad Trebel. in l. sed hoc ita in fin.quam legit cum l. non tantū ff.de re iud.in l.marito. §.si pater, in prin.ff.solu.matri & in l.si donaturus.§.fi.dol. fi.& Ias. col.2. ff.de cond.cau. dat.gl.Bar. & Cuma. in d.l.marito.§.i.Math.no.76. Cemp. in trac. dot. in 5.par.q. 14.Calca. consi.32.col.3.Paris. consi.62. col. 5.uol. 4. Dominus meus Ruin. in consi.133.col.pen.uolu.4.& in cōs. 110.col.i.uolu.5. & in consil. 151. colum.2.eo.uol.5. Purpu. in dicta Rub.solu.matri.col. pen.Boer. decis.22.col.2.3.& 4. Tiraquel.in tra. de retrac.car.978.num.33. Affli. in constitu regn. in uerbo licentiam, col.2. & hanc esse magis communē dicit Alex. in dicta l.si donaturus. § fin.quamuis eam uti communem iam sequuti fuerint Soc. in d.l.de diuisione, colum.2.ff.solut. matri. colū.6.& ibi Crot.col.pen. & Cur. iun.in consil. 129.col.pen. Brun.in trac. exclus. fœmi. in sexto articu. principa.in 7.q. quarti membri, ac Nat.in tract.exclus.fœmi. in secundo artic. princip.in secunda limita.

Non

Non obstant modò allegata in contrarium, & in primis quòd non
12 conuenit diffinitio dotis Bar. quia respondetur quòd contra Barto. est communis opinio; quod imò in diffinitione dotis uenit dos promissa, ut per Doct. in Rub. ff. solu. marri. Ang. in. d. consi. 180. col. 2. & magis communem esse contra Bar. attestatus est Brun. in dicta. q. 7. supra allegata.

Ad secundum argumentum, ꝙ dos perficit traditione, & ante traditionem contractus dotis non est
13 nominatus, Respondetur secundũ Reip. in Rub. sol. matr. nu. 59. quòd licet promissio dotis non sit contractus nominatus nisi secuta traditione, non tamen uidetur sequi, ꝙ dos promissa non sit dos, quia secundũ eũ de iure digestorũ promissio dotis si erat uallata stipulatione ꝓducebat actionem ad dotem, licet hodie ex pacto nudo agatur l. ad exactionẽ. C. de dot. promis. ergo, erat dos. Itẽ dicũt Mode. in dicto tra. de legi. nup. vbi supra, quod licet dos ab executione nomen acceperit, ut per. Bar. in d. l. iurisgentium, dosque dicatur, quãdo dota est, tamen dos promissa quãuis non tradita dos dicenda est per gl. in d. l. i. §. accedit. ubi lex, eam, quę dotem promissam habet, dotem habe re dicit. d. l. cum post. §. gener, & ideo infert quòd stipulatio uel statutum, de quo in quæstione nostra, locum habet in dote promissa.

Nõ obstat & tertio tex. in l. si pater mulieris quia respõdetur ad eũ per Soz. in rub. ff. sol. mat. ubi dicit quod aliquando dos non seruit oneribus matrimonii nec est destinata est vt deseruiat, & tunc propriè nõ dicitur dos, & ita loquitur d. l. si pater mulieris. Sed si debetur dos marito ex promissione, tunc licet actu non deseruiat, tamen ex quo destinata est ut deseruiat post matrimonium contractum dicitur dos l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. cau. & istam responsionem Sozy. refert, & sequitur Ripa in dicta Rub. & dominus meus Rui. in cons. 151. colum. 2. uol. 5.

Ad ultimum quòd istud statutũ, cum sit exorbitans strictè & propriè debet intelligi in dote data & non promissa. Respondetur, duobus-
14 modis. Et primò quòd dictum statutum debet intelligi de dote promissa uel tradita, quia de propria significatione uocabuli dotis appellatione cõtinetur promissum & datum nomine dotis, ut in l. si pater mulieris. & in l. dotis promissio quia traditio non facit dotem sed constitutio interueniente matrimonio l. 3. ff. de iu. dot. Ita respondet Ange. in consil. 76. & ita tenet Camp. in trac. dot. q. 2. in prin. & ꝙ sit propriè dos hoc etiam tenet Ias. in Rub. ff. sol. mat. col. 6. in uers. inquantum D. Alex. & Paris. in cons. nu. 32. uol. 4. ubi dicit quòd si consideremus nomen dotis positum in statuto, quòd propriè non potest uerificari nisi in dote data, uel tradita, uel promissa, ut dicunt omnes Doct. in Rub. ff. sol. ma. Idem tenet Ripa in dicta Rub. col. pen. & Rui. in cons. 151. col. 2. uolu. 5. & quòd dos promissa ueniat etiam ubi strictè uerba debent intelligi demonstratur. Nam stipulatio de dote lucranda habet locum nedum in dote data. sed etiam promissa l. ex morte in fi. C. de pac. conuen. quem. tex. pro singulari allegat Aret. in dicta Rub. sol, mat. & Ias. ibi, & hoc uolũt Moder. in d. trac. de legit. nup. in loco de quo supra, & tamen stipulatio strictè intelligi debet l, quicquid astringendæ. ff. de uerb, oblig.

Confirmatur & hęc opinio. Nam dicunt Doc. quòd si bona quæ sunt subiecta restitutioni fideicommissi, & quæ possunt alienari & obligari pro dote, sunt alienata pro dote ꝓmissa, & in testamento constituta, quòd sufficit, ut in autem, res quæ C. commu. de lega. & tamen constat quòd illa auten. venit ad correctionem iuris antiqui, per quod disponebatur: quòd ea, quæ subiecta sunt oneri restitutionis, non alienētur nisi pro dote vel donatione ꝓpter nuptias, & si hoc nomen dotis uerificatur etiam in promissa.

16 Secundò respondetur ex mente Socyn. in d. l. de diuisione, sol. mat. quòd negari non potest, quòd dos promissa largo modo non dicatur ad minus dos per iura per eum allegata: ergo ad dotem promissam debet fieri extensio ex identitate rationis l. filium habeo ff. ad macedo. Quod autem sit eadem ratio patet, quia tale statutum dicitur dari in recompensationem onerum matrimonii secundum gloss. & Doc. in l. si donaturus. §. j. ff. de cōd. cau. dat. Sed ista ratio onerum militat ita in dote promissa sicut in data. Igitur &c. & ista ratio fuit etiā prius Ang. in d. consil. 180. colum. 2. dum dicit quòd cum ratio legis & eius mens ita locum habeat in dote promissa sicut in data, quòd in vtroq; casu habet locum ipsius legis statutariæ dispositio l. ad gere l. quamuis ff. de iur. patr. & ad hoc allegat text. in l. cum tale §. falsam ff. de cō di. & demon. ubi adeò inhæret ratio legis legi, ut semper ea cessante cesset & lex: similiter & èconuerso ubi non cessat habeat locum lex, ut sit contrariorum eadem disciplina l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. & pro hac opinione facit doctrina Petri, & Cy. in l. j. C. quę

17

sit lon. consue. quàm dicit elegantem Socy. in consil. 129. num. 5. voluminis 1. vbi uolunt, quòd in mate-

18 ria quantuncunq; stricta uerba statuti comprehendant casum ad quē possunt extendi latè sumpto vocabulo subsistente eadem ratione, qđ & uoluit Alex. in consil. 97. colū. j. & 11. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis loquens in dote data locum habet & in promissa sed communis est in contrarium, ut nu. 3*

2 *Satutum excludens fœminas dotatas a successione uerificatur etiam in ea cui dos promissa fuit, sed redditur dubia hęc opinio, ut nu. 5*

4 *Statutum disponens quod uir soluto matrimonio lucretur quartam partem dotis a quocunque fiunt data non habebit locum in confessata.*

6 *Statutum loquens de dote date trahitur & ad promissam, si in loco erat communis usus loquendi quod dos data, statim diceretur quod promissa est, quod declara, ut in nu. 11. 12. 13 & 14.*

7 *Communis usus loquendi potius attenditur in statutis & in qualibet stricta materia quàm proprietas verborum.*

8 *Statutum faciens mentionem de substitutione verificabitur in fideicommissaria si ita est communis usus loquendi.*

9 *Communis vsus loquendi si est in loco quòd appellationi nepotum continetur omnes etiam pro nepotes clarissimi Iuris est eos comprehendendi.*

10 *Statutum excludens fœminam dotatam trahitur quoq; ad eam cui dotes sunt cōstituta uel promissæ si cōstat cōmunē usum loquendi sic esse.*

Qua-

Quæstio VI.

1 STATVTO Mediolani caue tur quòd uxore præmoriente mari tus lucretur dotem datam: An verificetur id ipsum statutum in dote promissa. Videtur primò dicendum quòd sic per tex. in l. iubemus la 2. in §. sanè. C. de sac. sanct. eccle. vbi emens rem ecclesiasticam contra legem, rem cum fructibus restituit, & perdit pretium datum. & licet tex. loquatur de pretio dato, tamen gl. idem dicit & de pretio promisso quamuis non soluto. ergo idẽ dicendum uidetur in casu nostro, ut dispositio loquens in dote data locum habeat & in promissa. & pro hac parte facit text. iuncta gloss. in l. fi. C. de dot. promis. in verbo dederit. vbi glo. dicit idest dare promiserit. per quam Bald. dicit eam facere ad statutum disponens, quòd maritus lucretur tertiam partem dotis datæ ut intelligatur etiam in dote promissa. Idẽ dixit Alex. in consi. 63. in fi. uolu. 4. quem refert & sequitur Affli. in consti. reg. in verbo licentiam, colum. 2. Ad hoc etiam bene facit gl. in l. j. §. accedit C. de rei vxo. actio. quam Barto. & Doct. ibi sequuntur: quæ tenet illum text. habere locum in dote promissa, licet loquatur in dote data.

2 Confirmatur ista opinio. Nam statutum excludens fœminas dotatas à successione, habet etiam locũ si dos promissa fuit, vt per Bald. in l. non sine. versic. modò hic quæritur C. de bon. quæ libe. Ias. consil. 11. col. 1. vol. 1. Affli. decis. 61:

3 Contrariam verò partem teneas uti ueriorem & magis communẽ, & quam primo loco tenuit Bart. in d. l. iubemus. §. sanè, post quendam Doct. ibi in genere per eum allegatum: Nam nostrum non est extendere statuta: unde, cum statuta non recipiant interpretationem passiuam: statutum, quod loquitur in dote data, non debet habere locum in dote promissa, & subdit Barto. quòd licet ille doctor nihil aliud alleget, tamen ipse ad hoc allegat text. in §. pen. in auten. de non elligen. secun. nubem. Idem tenet Bald. in l. fi. colum. 1. C. de dot. promis. & in consi. 333. volu. 4. vbi dicit quòd stante statuto, quòd uir soluto matrimonio lucretur quartam partem dotis vxoris suæ à quocunque fuerit data, quòd tale statutum non habebit locum in confessata: quia aliud est dos data, aliud dos confessata, ut notatur in simili in l. assiduis C. qui potio in pigno. habe. & in consil. 467. in fi. volumi. 4. vbi loquitur de dote percepta. Paul. de Cast. in d. l. iubemus. & in l. si mulier, in princ. ff. de cond. inst. & in l. peculium est per illum text. ibi in fin. principii, re enim & non verbis peculium augẽdum est ff. de pecul. Istam quoque amplectitur Paul. Alexan. & Iaso. in l. si donaturus. §. j. ff. de cond. cau. dat. vbi Alex. attestatur hanc esse magis cõmunem, & cũ ea pertranseunt Pau. & Alexand. in l. sed hoc ita ff. de re iud. & Aret. in Rub. sol. mat. colum. j. in princ. & in l. de diuisione. eod. titu. vbi hoc etiam vult Socy. & in consil. 32. colum. pen. uolu. 3. Matthesil. notab. 34. dñs meus Rui. in dicta rub. solut. matr. num. 98. & in consil. 197. nume. 6. volumi. j. & in consil. 225. colum. j. eod. volu. j. vbi dicit hanc communem. & in consi. 206. col. 2. volu. 2. & in consi. 34. colum. j. uolu. 3. & in consi. 133. col. 2. vol. 4. & in consi. 56. col. j. vol. 5. & in consil. 110. col. 4. volu. eo. Guid.

Papa

Papæ in decis. 274. col. 2. dum se remittit ad Barto. in d. l. iubemus. Io. Bosch. in trac. de legi. nup. in 3. lib. nu. 8. Boer. decis. 22. col. 5. Alciat. in 2. lib. de verb. signi. cat. 117. in prin. Tiraquel. in trac. de retrac. car. 986. nu 57. Affli. in consti. reg. in verbo ut de successionibus, colũ. 10. Anto. Capycii. in decis. 176. col. antepen.

Pro ista quoque parte faciunt notata per Ange. in consil. 158. vbi vult ꝙ si stat statutum de lucranda dote, & uiro fuerit promissa dos per socerum soluenda infra quinque annos & interim mortua sit uxor, ꝙ tunc maritus non lucrabitur dotẽ promissam. & Ang. sequitur Ias. in d. l. si donaturus. col. fi. quòd dicit notabile, quia casus est quotidianus. Idque placuit Boer. decis. 22. nu. 40. necnon Brun. in tract. esclus. fœmi. in 6. arti. principia. in 4. membro. q. 7. col. penul. in fin. ubi declarat hoc statutum debere intelligi, 7 quando uerba statuti sonabant in dotem datam. & idem dixit Crot. in Rub. solut. matri. col. pen. in fi.

Non obstat tex. in d. §. sanè, iuncta gl. quia ad illum respondet Bar. & Paul. quòd posito quòd glos. uerum diceret hoc non contingit autoritate illius legis, quę non loquitur nisi de pretio dato, sed per extensionem legis scilicet authen. res quæ C. de sacr. san. eccle. Sed istud statutum non proponitur per aliud extensum. Igitur &c.

Non obstant not. per Bal. in d. l. fi. & Alex. in consi. 64. quia loquuntur ubi daretur mora uxori, ut dicetur in quæstione sequenti.

Pariter non obstat quòd statutũ loquẽs de dotata locum habet in dote promissa, quia respondetur quòd hæc opinio est multum dubia, quia contrarium tenuerunt Iac. de Are. Pet. Cyn. & Raph. Fulg. in d. l. non sine. Cuma. & Jmol. in l. titio centum. §. titio genero. ff de cond. & dem. Sozi. in consi. 207. col. 2. vers. 2. conantur. uol. 2. Alex. consil. 13. col. 4. vers. quinimo, uol. 3.

Secundo respondetur, quòd si uera esset limitatio locũ haberet, ubi statutum simpliciter excluderet dotatam, secus ubi exigeret dotem esse datam, ut per Soz. consi. 92. colũ. 3. uol. 1. quẽ sequitur Bru. in d. trac. exclus. fœmi. in dicta 7. q. col. pen.

Limita tamen istam opinionem procedere nisi secundum communẽ vsum loquendi dos idara diceretur statim quòd est promissa prout uidemus quottidie dici. Talis dedit filiæ suæ mille pro dote, cũ primum ita promiserit, quia attenderetur communis usus loquendi, & sic statutũ etiam haberet locum in dote promissa, quia in statutis & in qualibet stricta materia potius attẽditur communis usus loquendi quàm uerborum proprietas, ut per Bar. in l. nõ dubium. C. de legi. Ant. de Butr. & Abb. in proœ. decre. argu. l. librorum. §. quod tamen Gassius de lega. 3. facit. c. quãquam 2. q. 7. ibi secundum uocabula, quæ usus obtinuit.

Pro hoc facit etiã quod not. Bar. in l. stipulatio ista. §. hoc quoque. ff. de verbo. oblig. ubi si in statuto est verbum appositum habens duas significationes, unam secundum proprietatem uocabuli, aleram secundum communem usum loquendi, debet intelligi secundum communẽ usum loquendi, & ideo dixit Sozy. 8 iun. in consi. 128. nu. 184. uol. 1. ꝙ statutum faciens mentionem de substitutione uerificatur in fide, commissaria substitutione, si ita est communis usus loquendi.

Corroboratur ista opinio ex nota. per Gozad. in consi. 59. col. 3. in fi. ubi dicit, quod si est communis

usus loquendi in loco, quod appel-
latione nepotum contineantur om-
nes etiam pronepotes, clarissimum
est eos comprehendi, arg. l. labeo. ff.
de suppel. lega. & allegat Fulgo. in
consi. 68. in fi. dicentem quòd ex cō
muni usu loquendi, qui est notorius
omnes liberi fratris, & sororis meo-
rum, cuiuscunque gradus sint nepo-
tes appellantur.
Et pro cōfirmatione, adducitur qđ
scribit Bru. in. trac. exclus. fœmi. in
quarto principa. in 7. q. 4. mēbri, col.
pen. post Sozy. consi. 203. col. 2. ubi
postquàm late disputabit, An statu-
tum excludens dotatam militet in
ea cui dotes sunt constitutæ, uel
promissæ, concludit, quòd si con-
10 stet communem usum loquendi es-
se quòd loquantur dotes constitutæ uel
promissæ, illi standum est per dictā
l. librorum. §. quod tamen Cassius.
Vltimo i terminis quæstionis no-
stræ ita limitat Sozin. iun. in consil.
35. nu. 14. vol. 1.
11 Quam limitationem intellige lo-
cum habere in cōmuni usu loquen-
di qui uigebat tempore legis muni-
cipalis, non qui postea inoleuerit
ut per Sozy. in l. gallus. §. si eius. ff.
de lib. & posth. sicut & in testamen
tis, cum de interpretanda defuncti
uoluntate agitur. is usus probandus
est qui tunc erat, cum ille testaretur,
non qui deinde admitti cœpit, quē
forte testator ignorauit, tametsi lex
semper loqui fingatur, id utique ue-
rū est, ut id tamē loqui existimetur
quod à principio legum latores ip-
si censuerunt. Quapropter, qui ho-
die st. communis, usus, olim fuisse
non præsumitur, ut per Bart. in l. la-
beo. ff. de suppel. leg. nisi adeo anti-
quitus probaretur ut ante homi-
num memoriam inoleuisset, ita Al-
cia. in 2. l. de ver. sig. car. 89. Hoc idē
uoluit Dñs meus Rui. in consil. 63.
col. 3. uol. 3. ubi dicit quod licet ap-
pellatione filii ueniat nepos secun-
dum communem usum loquendi, se-
cundum quem uerba statuti sunt in-
telligenda d. l. librorum. §. quod ta-
men Cassius illud est uerū si talis u-
sus probaretur, ut probari debet se-
cundum Bar. in d. l. labeo. ff. de sup-
pel. lega. non tamen sufficeret pro-
bare cōem usum loquēdi de presen-
ti uel simpliciter, sed deberet proba-
ri quòd tpe. conditi statuti extabat
usus huiusmodi, quia tunc ad illum
dici potest, q statuentes habuerint
respectū, & nō ad futurū de quo nō
fuit cogitatum secundū Soz. ubi su-
pra, post Cuma. per eum citatum &
hoc dicit esse etiā de mēte Alex. in
l. in prin. ff. de verbo. oblig. in illa
14 quæstione, utrū statutum, quod lo-
quitur de contractu locum habeat
in stipulatione. & refert Iacob. Bu-
trig. dicentem quòd sic, pp commu-
nē usum loquēdi, quod putat Alex.
uerum si tempore statutū cōditi ex-
tabat ille communis usus loquendi,
quia statuta recipiunt interpretatio-
nem a communi usu loquēdi uigen-
te tempore conditi statuti. Idem ēe
uoluit Cur. iun. in consi. 175. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis, date locum ha-*
bet in promissa si mulier fuit in mo-
ra dandi dotem.
2 *Statutum loquens de dote percepta lu-*
cranda per maritum locum habet in
promissa data mora mulieris.
3 *Statutum de dote data militat in do-*
te confessata data mora debitoris.
4 *Debitor morosus non debet esse melio-*
ris conditionis quam diligens in sol-
uendo.
5 *Extensio, quæ alias non permitteretur*
pro absurdo euitando permittitur.
6 *Dos data donationem propter nuptias*
meretur

mereatur, non autem si dos solum esset promissa, nisi facta sit oblatio, depositio & consignatio dotis, quia tunc pro data habetur, ex quo per maritum stetit et in mora recipiendi fuit.

7 *Statuto si caveatur, quod uxore praemoriente in matrimonio copulata maritus lucretur dotem, si stat per uxorem quominus ducatur vir lucratur dotem.*

Quæstio VI.

An communis opinio, de qua in quæstione præcedēti habeat locum

1 si mulier fuisset in mora soluēdi dotem, & conclusiuè loquendo teneas quod non ut in terminis consuluit

2 Bar. in consi. 131. incip. statuto ciuitatis Eugubii, ubi inquit, quod stante statuto disponente quòd maritus lucretur tertiam partem dotis perceptæ, qd lucrabit ut et tertiā partē dotis promissæ, si mulier fuit in mora in tradendo dotem, quia ex quo stetit per eam quominus solueretur, pinde haberi debet ac si dos percepta foret, & statuti cōditio impleta l. labeo scribit, si mihi. ff. de cōtrah. empt. l. in executione. §. fi. ff. de uerb. obl. & dicit de hoc esse casum expressum in §. pen. in auth de non eligen. secun. nuben. in gl. magna. Nam ille per qua stat quominus dotis solutio fiat, quantum ad ista lucra, solutio habetur pro perfecta et ubi uere requireretur solutio, alias sequeretur quod esset melioris conditionis morosus debitor quam qui fuisset diligens in soluendo contra l. non solum. ff. de noxal. & in l. seruis. ff. quod ui aut clam. Idem dixit Bal in l. fi. col. i. C. de dot. promis. ibi ego cōsului pro ista parte si interuenit mora in dando, ne mora debitoris noceat creditori, argu. l. inquisissimum. ff. de iur. & fac. igno. quod & uoluit idem Bal. in cōs. 333. uol. 4. ubi statutū de lucro dotis datæ locum habet in dote confessata data mora debitoris. Idē Bal. in consil. 467. in fi. uol. 4. ubi determinat dotē promissam lucrandā eē p maritū data, tñ mora uxoris quāuis statutū loquatur de dote percepta. allegat Bar. in consi. incip. statuto cōis Sanciani & idē dixit Bal. in consi. 234 secundū impressionē Brixiensem Ang. in cōsi. 180. col. 2. Paul. de Cas. in l. aubemus la 2. §. sanè. col. i. C. de sac. san. eccl. in l. peculiū est in prin. ff. pe de pec. & i l. cū mulier. in prin. ff. de cōd. inst. Alex. in add. ad Bart. in d. §. sane col. j. in l. sed hoc ita quā quā legit cū l. nō tm, col. 8. ff. de re. iudi. & in l. si donaturus. §. fi. col. fi. ff. de cōd. cau. dat. ubi post alios refert hāc esse magis cōem opinionē, & tanquā magis verā sequitur ipse Alex. in cōsi. 63. col. fi. vol. 4. Areti. in l. rei iudicatæ. §. socero. ff. solut. mat. & in cōs. 32. col. pē. uol. 3. Crot. in rub. sol. ma. col. pē. Calcā. in cōsi. 31. col. pē. Affli. in cōsti. regn. in tit. de succes. nobil. nu. 33. Boer. decis. 22. col. 5. in fi. cū seq. Capyc. in decis. 176. col. antepē. & ipsam tanquā cōem amplectit dñs meus Ruin. in cōs. 225. uol. i. in prin. & in cōsi. 206. col. 2. uol. 2. & in consi. 133. col. 2. & 3. uolu 4. ac in cōs. 110. col. 5. uolu. 4. ubi dicit qnòd statutū de dote data uerificat et in pmissa, qñ uxor fuit in mora dādi dotē, quia pro data habet, & quia si maritus non lucraretur dotem debitor morosus & qui deliquit melioris esset conditionis quàm diligens qui soluisset, & iō quod dicto casu locū hēt extēsio ad dotē promissam, ne sequatur absurdum, quia pro absurdo euitando permittitur extensio, quæ aliàs nō permitteretur, & nume. 3.

ubi inquit quod dos data donationem propter nuptias meretur, & idõ si dos data non esset sed solum promissa donationem propter nuptias non meretur ꝑ authen. dos data C. de don. ante nup. & §. illud. in auth. vt ex ac. instan. dot. nisi facta esset oblatio, depositio & consignatio dotis; quia tunc pro data habetur, ex quo per maritum stetit; & qui fuit in mora percipiendi dotem, & idem uult in pen. col. in fi. cum seq.

Pro ista etiam opinione facit qđ not. Bald. in l. non sine, colum. 2. C.
7 de bon. quæ lib. ubi dicit quòd stante statuto quòd uxore præmoriente in matrimonio copulata maritus lucratur dotẽ, si stat per uxorem quo minus ducatur, tamen uir dotem cõsequitur ex beneficio dicti statuti; & Bal. sequitur Paul. de Cast. in cõsil. 123. in ultimis uerbis, quia mora uxoris non debet nocere uiro.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an dicatur esse in mora dandi dotem marito ex hoc solo quòd uir sustineat onera matrimonii nulla præcedente interpellatione expressa uel tacita.*

Quæstio VIII.

Stante commini opiniune de qua in quæstione proxime recitata, quæ
1 ritur. An mulier dicatur esse in mora ex eo quòd uir sustineat onera matrimonii nulla præcedente interpellatione expressa uel tacita. Paul. de Castr. in l. peculium est, in prin. ff. de pecul. uidetur sentire quòd promittens dotẽ dicatur esse in mora, quando maritus cœpit onera matrimonii sustinere, & ideo quòd tũc dos pro tradita habetur. Hinc est quod ex tũc tenetur ad usuras quæ hodie etiam sunt licitæ, ut not. in l. insulam. §. usuras. ff. sol. mat. & in c. salubriter, de vsur.

Contrarium tamen tenuit Bart. in consi. 131. col. 2. vbi cõcludit in terminis dicti statuti moram causari ꝑ cursum diei solutioni dotis præfixę. Quod & latius prosequitur Pau. de Cast. in l. iubemus la 2. in §. sanè. C. de sacr. san. eccl. col. 1. ubi dicit, qđ & si maritus sustineat onera matrimonii, quòd per hoc mulier non dicitur esse in mora, sed quod requiritur interpellatio, licet quantum ad soluendas usuras matrimonii dicatur esse in mora debẽs soluere dotem. & Pau. sequitur Socy. in l. de diuisione, col. 2. ff. sol. matr. ubi similiter decedit non sufficere quòd maritus cœperit onera matrimonii sustinere, & sic quòd mora re ipsa contracta fuerit; quia tunc dos promissa non habetetur pro data quantũ ad effectum lucri delati à statuto, sed requiritur quòd promittens fuerit in mora mediante interpellatione expressa uel tacita per cursum diei, quia tunc habetur pro data & hoc secundum eum probatur, Primo, per glo. ibi, quæ uult quòd mora irregularis non operetur quo ad lucrum fructuum percipiendorum, ergo nec quod ad lucrum statuti.

Secundo quia statutum etiam loquitur generaliter quando maritus incepit onera matrimoni sustinere, & sic quando mulier est in mora irregulari, & tamen uult quòd habeat locum iu dote data & non promissa. Idem etiam uoluit Ias. in l. si donaturus. §. fi. colũ. fi. ff. de con di. cau. da. Cro. in rub. solut. matri. colum. pen. dominus meus Ruin. in consil. 222. colum. 2. uolum. 1. & in consil. 133. colum. 2. in fin. & colũ. penul.

penul.in fin.uolu.4. & ita hanc sententiam tanquam magis receptam sequendam fore in consulendo & in iudicando existimamus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de dote data lucranda per moreem uxoris sine liberis locum habet in promissa, si uerba generalia Rubricæ dicant quod uir lucretur tertiam partem dotis.*

2 *Rubrica quando est generalior nigro nõ debet restringi per nigrum specialius loquens. Imo sufficit ad decisionem ca usæ si habet orationem perfectam.*

3 *Rubrum cum dispositiuè loquatur potest pro textu allegari.*

4 *Rubrica statuti si simpliciter & generaliter dicat quòd maritus præmoriente uxore sine filiis lucretur dimidium dotis & Nigrum loquatur de uxore quæ cognita fuerit, tamen statutum generaliter intelligitur, & in non cognita uerificabitur.*

Quæstio IX.

1 Statuto si caueatur quod præmoriente uxore maritus lucretur tertiam partẽ dotis traditæ, an habeat locum in promissa, si rubrica statuti per uerba generalia dicat quòd uir lucretur tertiam partem dotis,
2 & firmiter teneas quod sic, quia qñ Rubrica est generalior Nigro non debet restringi per Nigrum specialius loquens, Imo sufficit ad decisionem causæ si habet orationem perfectam, ita Doct. in l.i.ff.si.cer.pe.p gl.in l.i.C.de capi.ciui. censi.exim. lib.11.& per glo.in authen. ut nouæ constitutiones.§.i]. super uerbo & huiusmodi lex. Item quia Rubrũ cũ dispositiue loquatur potest pro textu allegari iuxta not.per glos.& Doc. in Rubr.ne fideius.dot. den.& ideo ex his determinat Corn. in cõ-
4 si.278.in prin.uol.2.quòd si Rubrica statuti simpliciter & generaliter dicat, quod maritus lucretur dimidium dotis premoriente eius uxore sine filiis, & Nigrum loquatur de ea quæ cognita fuerit, nihilominus habebit locum tale statutum in uxore quæ decessit sine filiis nõdum cognita quia statutum generaliter intelligi debet propter generalitatem dictæ Rubricæ. & ita etiam in terminis quæstionis nostræ hoc uoluit Bal.in consi. suo incip. Rubrica dicit, quem referunt & sequuntur Ias. Dec. Purpura. & Alciat. in d.l.i.ff.si si cert.pet. quoniam ex generalitate Rubricæ apparet inter dotẽ promissam & dotem traditam a legislatoribus differentiam perpensam fuisse, ut etiam dixit idem Alcia. in tit. de uerbo.significa.in 2.lib. car.116. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis solutæ, an habeat locum in parte dotis solutæ, & nume.3.*

2 *Emptor pro rata pretii soluti uenditori, licet non acquirat dominium rei sibi uenditæ. Tamen pro rata parte dicti pretii lucratur fructus.*

4 *Mulier pro parte dotis solutæ uiro lucratur donationem propter nuptias.*

5 *Dos & donatio propter nuptias passi passu ambulant.*

6 *Pactum factum per uxorem cum uiro, & quæ habebat tria millia pro dote quòd eo præmoriente pro contradote lucretur duo millia intelligitur econtra esse factum cum marito de lucrandis duobus millibus ea præmoriente.*

 7 Dona-

7 *Donatio propter nuptias & si de iure communi doti æqualis esse debeat consuetudo tamen in hoc legi derogat ut etiam minor fiat.*

Quæstio X.

1 Quid si statutum disponat quod
uxore præmoriente maritus lucret
dotem solutam, quę tamen nisi pro
dimidia data reperitur, nunquid sal
tem uir lucrabitur ipsam partē do-
tis datę, determina quòd sic. Primo
per tex. in l. si. ff. de fun. dota. ubi ha
betur quòd si mulier dederit fundū
in dotem marito, pacto apposito ꝙ
cadente uiro suo existimationem,
fundus restitueretur ipsi mulieri, &
contingat eandem soluere partem
extimationis & non totam, dicitur
ibi qnod mulier debet consequi fru
ctus pro rata illius portionis ꝓ qua
soluit extimationem. ergo idem in
marito est dicendum ut partem do
tis persolutæ lucrari debeat. & illū
text. dixit notabilem Bal. in l. si tra-
ditio, in 11. q. in fi. C. de actio. emp.
& Bar. ac Saly. in l. Iulianus. §. offer
ri ff. eo. ti. de actio. emp. trahit Bar.
in l. fistulas. §. qui fundum ff. de con
trah. emp. ad emptorem, ut scilicet
pro quantitate pretii per eum perso
luti uenditori lucretur fructus rei
uēditæ licet dominium pro illa par
te ipsi emptori non acquiratur. Qd'
& voluit Dec. in cons 543. colum.
fi. & Corn. in consi. 150. col. 3. uol. 4.
Secundo istud in terminis decidit
Sozyn. in consil. 32. colum. pen. in
fin. uolu. 4. ubi dicit quòd statutum
uel consuetudo loquens de dotę o-
luta habebit etiam locum in parte
dotis solutæ, quod probatur secun-
dum eum. Nam si mulier partem
dotis soluit pro ea parte lucratur
donationem propter nuptias, ut in
§. illud, & ibi Ange. in authenti. de
non eligen. secun. nub. ergo & pa-
riter maritus debet lucrari partem
dotis solutæ, cum dos & donatio ꝓ
pter nuptias pari passu ambulent,
4 ut in authen. dos data. C. de dona.
ante nupt. Quod confirmatur ex di
ctis Cuma. in consil. 26. ubi dicit, ꝙ
5 si mulier dedit in dotem tria millia
ducatorum & pacta fuerit de duo-
bus millibus pro contra dote seu do
natione propter nuptias lucrandi
uiro præmortuo, quòd simile pactū
intelligitur econtra cum marito la
ctum de lucrandis duobus millibus
uxore præmoriente, adeo quod ta-
li casu eueniente hoc tacitum pa-
ctum effectum & executionem me-
reri debet in duobus millibus duca
tis per l. fin. C. de don. ante nup. l. fi.
C. de pact conuen. quoniam tanta
est uis seruādę æqualitatis inter do
tem & donationē propter nuptias,
ut pactum super uno extendatur ad
aliud aut æqualitas, C. de dona. ante
nup. & licet secundum eum dona-
tio propter nuptias de iure commu
6 ni doti æqualis esse debeat, consue-
tudo tamen in hoc legi derogat ut
etiam minor fial l. ex morte, & in l.
fi. C. de pact conueu.

SUMMARIUM.

1 *Statutum disponens quod maritus lucretur dimidiam partem dotis, et aliam dimidiam restituat locum habet in dote tantum promissa, sed contra nume. 12.*

2 *Dare & promittere paria sunt, sed nu. 18. declaratur 20. 21.*

3 *Dotem dicitur habere mulier ex sola promissione quod declaratur nu. 22.*

4 *Verbum restituere etiam adaptatur ad id quod quis nunquam habuit quod intellige, ut nu. 23.*

5 *Restituere satis dicitur qui actionem remittit*

*remitit, remque in eum casum con-
stituit, ac si promissa non esset, sed cō
tra nume. 24.*

6 *Restituere uerbum poterit uerificari in promissione mediante liberatione pacto de non petendo, uel acceptilatione, & nu. 25.*

7 *Pactum de non petendo dicitur datio.*

8 *Pactum de non petendo dicitur continere donationem rei deductæ in pacto, adeo, quòd indiget insinuatione, sicut res fuisset ex causa donata dita.*

9 *Obligatio qua tenetur promittens dotem dicitur esse in dote, & num. 28.*

10 *Dos constituta & data dicitur si nomen debitoris datum fuisset in dotē.*

11 *Cessio in incorporalibus habetur pro traditione & restitutione.*

13 *Statutum de lucro dotis est de directo contra ius commune & proprie ac stricte debet intelligi, trahique non debet ad aliam consequentiam.*

14 *Restitutio non potest cadere in dote promissa.*

15 *Constitutio disponens, quod quicunq; non exequitur uoluntatem defuncti priuetur omnibus beneficiis, & excommunicetur, ac statim teneatur restituere bona testatoris, non habet locum in eo, penes quem bona defuncti non sunt.*

16 *Dispositio l. quāuis ff. solu. mat. licet in aliquibus casibus permittat restitutionem dotis uxori; Tamen non habet locum in dote promissa.*

17 *Statutum disponens quod turbans aliquem in possessione puniatur in centum & ablata restituat, si aliquis turbet & nihil auferat, non incidit in pœnam statuti.*

19 *Statutum loquens de dote data non habet locum in promissa.*

26 *Remittere debitum non liquidum non est dare.*

27 *Debitor cui competit exceptio, non est proprie debitor.*

29 *Restitutio uera non dicitur, quæ fit per pactum de non petendo uel per remissionem obligationis uel per acceptilationem.*

Quæstio X.

Alta, profunda, & subtilis proponitur quæstio, An statutum disponens
1 prout est Brixiæ, quòd maritus lucret dimidiā partē dotis, & aliā restituat, locū habeat ī dote promissa.

Videret equidē dicendū ꝙ sic, ut decidit Saly. in l. si constante. col. 2. C. de don. ante nup. ubi dicit quod licet gl. ibi sit optimū argumētum ut hoc statutū nō habeat locū in dote promissa pp uerbum restituere, quod nō pōt adaptari ad ipsam dotē promissam per ea quæ notat Iaco. Butrig. in l. mancipia C. de ser. fugi. tamen ꝙ altera pars est tutior, quia dare & promittere paria sunt l. fi. C. ad l. falcid. & quia ex sola promissione mulier dicitur habere dotem, ut notatur in l. cum post. §. 1 uersi. sed is. ff. de admini. tuto. & in l. i. §. accedit C. de rei uxo. acti. & Sal. refert ac sequit Ias. in Rub. ff. solu. ma. col 6. qui cōprobando hāc sniam allegat decisionē Bar. in cōs. 123. pactū sic se hēt, ubi inquit, ꝙ si in instrumēto diuisionis Titio assignet quædā petia terræ pro restitutione dotis uxoris ipsius Titii, uerbum illud, pro restitutione dotis uxoris ipsius, nōn minus significat quā uerbum dari, ubi pro hoc ēt dicit fa ere quod notat Bat. ī l. i. ff. quorū bonorū. quē sequit Alex. in cōs. 70. in 6. uol. ubi uerbum restituere ēt adaptat ad id qd nunquā habui. Idē ēt tenuit Alci. sequendo Saly. & Ias. ubi s in l. restituere uidet. ff. de uerbo. sign. ubi tradit ꝙ nulla est rō, quare nō debeat lucrari promissam sicut datā, & ꝙ satis dicit restituere actionē, qui actionem remisit remque in eum casum restituit ac si promissa non esset. & istam partem etiam amplectitur

idem Saly. in l. fi. C. sol. matri. ubi in quit, quod uerbum restituere poterit uerificari in promissa dote mediante liberatione promissionis, & quod uerbum restituere quo ad solutam dotem stabit proprie, quo uero ad promissam improprie. & hanc sententiam inclinat quoque Ang. in consi. 180. colū. 2. Primo quia ratio dicti lucri, idest onera matrimonii, non minus locum habet in dote promissa, quàm in dote data. Secundo, quia uerbum restituere de quo in statuto uerificari potest etiam in dote promissa, quia poterit fieri restitutio mediante pacto de non petendo uel acceptilatione, sicut dicimus in omnibus illis, quibus liberatio legatur, agunt enim ut liberentur & dicto modo restiuitur eis promissum l. si quis accepto ff. de libera. lega. l. 3. §. nunc de effecta, & l. quod nihil. ff. de cond. cau. da. & similiter
7 pactum de non petendo dicitur datio, ut per Bal. in l. i. C. de bo. mater. & per glo. in l. siue apud acta. C. de transac. quem ad hoc allegat Alex.
8 in l. si quis pro fundo. eo. tit. Hinc etiam uidemus quod pactum de non petendo dicitur continere donationem rei deductæ in pacto adeo quod indiget insinuatione, sicut res fuisset ex causa donationis tradita, secundum glo. in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. & per Alcia. in l. de diffe. ff. de uerbo. signifi. & Ange. sequitur, dominus meus Rui. in cons. 133. col. 3. & 4. uol. 4.

Confirmatur ista opinio per tex. in l. fi. C. sol. mat. nihil supplendo ad tex. ubi in dote promissa cadit restitutio. Vlterius facit. Nam obligatio
9 qua tenetur promittens dotem dicitur esse in dote l. erit ergo, uers. quia dotalis fit obligatio. ff. de fun. dota. & propterea ex hoc dicitur ad maritum dos peruenisse l. 2. §. perue-
10 nisse. ff. de hære. uel actio. uendi. sicut diceretur dos constituta & data si quodlibet aliud nomen debitoris fuisset datum in dotem l. si debitor ff. de iur. dot. l. si pater. ff. sol. mat. l. nesennius. de re iudi. & hac ratione nititur Bart. in terminis huius quæstionis in consi. 131. statuto ciuitatis Eugubii in fi. Quod comprobat per l. socer. §. lucius. ff. sol. mat. Nam illo casu secundum Pau. de Cast. ibi maritus uidetur recepisse promissionem a socero loco solutionis. Ideo vxor ab hæredibus mariti repetit dotem adhuc non exactam per uirum a promissore. & ideo ex his esset dicēdum quod tale statutum poterit uerificari in dote promissa, idest quod dimidia possit retineri & dimidia restitui, quia poterit maritus actionem sibi competentem contra promittentem pro parte retinere, & alteram promittenti cedere, quia cessio in incorporalibus habetur pro traditione & restitutione, ut per Bar. in l. ad eum, in prin. ff. de dona. & in
11 l. seia cū bonis, in fi. principii. ff. de don. cau. mor. uel poterit dictam dotem maritus in totum exigere d. l. socer. §. lucius, & illam sic exactam pro parte restituere & pro parte retinere.

Quibus non obstantibus contrarium de iure puto uerius, quod imo tale statutum locum non habeat in
12 dote promissa, ut uoluit Ange. sibi contrarius in consil. 158 quia tale
13 statutum de directo est contra ius commune l. ubi adhuc C. de iur. do. & propter ac stricte intelligi debet l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obliga. Trahique non debet ad aliā consequentiam l. quod uero. ff. de legi. & ideo cum statutum loquatur de lucro uiri, eo casu, quo dos est in casu restitutionis, & uiro solum tribuat exceptionem ut non possit ue

xari

xari in parte dotis,& eidem nō con sulat super parte dotis petendæ, sed solum super tradita restituenda sequitur quod in eo non uenit dos ꝓ missa cum in ea nō cadat restitutio,
14 ex quo data non fuit,& ideo cum deficiat uerba statuti, cessare debet & eius dispositio. & Ang.refert, & sequuntur Ias.sibimet etiam contrarius in l.si donaturus. §.fi.col. pen. ff.de cond.cau. dat. Alex. in d.l. sed hoc ita quam legit cum l. non tantum.colum.6.ff.de re iudi. & tenet istam partem quam amplectitur ēt Sozyn.in l.de diuisione,col.2.ff.sol. matri.ubi reprobat Ang.in d.consi. 180.Crot.in Rub. eo.tit. & ibi Parpal.col 7. dominus meus Ruin.sibi contrarius in consi. 197. per totum uol.i.& Tiraquel.in trac. de retrac. car.969.nu.59.

Secundo facit decisio Roma . in singu.487. quem sequitur Crot.ubi supra, ubi inquit se consuluisse in urbe Romana, in qua erat constitutio,quod quicunque non exequitur uoluntatem defuncti priuetur omnibus beneficiis, & excommunicet̄, ac statim teneatur restituere bona testatoris,quod talis constitutio debet habere locum in eo penes quē sunt bona defuncti, non autem si apud alium, & sic patet quod uerbū restitutio locum habet in eo apud quem res est.

Tertio probatur ista opinio per tex.iuncta gloss.in l.fi. in verbo uel promissa C.solu.matr. ubi dos promissa non potest repeti.

Quarto confirmatur ista sententia ex not.per Roma. in singu.599.
16 ubi dicit quod licet dispositio.l. quamuis.ff.solu.mat.in aliquibus casibus permittat restitutionem dotis uxori,non habet locum in dote promissa per gloss.in l. si constante, in uerbo firma, ubi etiam hoc notant Cyn.& Bal.C.de dona.ante nup.

Vltimo pro ista parte faciunt no tata per gl. in l.mancipia. in uerbo
17 auocandam C.de ser. fugi. ubi uerbum restituat, de quo in illo text: non potest uerificari nisi in eo, qui cum effectu deliquit, & sic habet rē ad cuius restitutionem obligatur in pœnam, & ideo per eam infert ibi Iaco.Butriga. quod si statutum uelit,ut turbans aliquem in possessione puniatur in centum, & ablata restituat pœna statuti non habebit locum nisi eo casu, quo restitutio possessionis fieri possit, quod & uoluit Dec.sequendo ipsum Butrig.in consil.327.colum.fina.& in consil.540. colum.i.

Non obstant modo adducta in cōtrarium. & in primis quæ adducuntur per Salyc.in d.l.si constante, dū dicit quod promittere & dare pro
18 cedunt a pari,quia hoc non est uerum in statuto contra ius commune quod stricte debet intelligi, ut ꝑ Doc.in l. si uero.§. de uiro.ff.solut. matr. & quod extendere non debemus,cum sit quasi ius irregulare & anormalum,ut dicit Bal.in cōs.411 ciuitas Mantuæ, colum.fin.uol.3.& ideo uidemus quod secundum com
19 munem sententiam Doc. statutum loquens de dote data non habet locum in promissa l.iubemus la 2.§.sane.C.de sacr.san eccle. ubi per Docto. & ut abunde diximus supra in quæst.6.cuius cōtrarium probaret ratio Saly. si esset uera, quod idem dicendum est, quando per equipollens statutum loquitur de dote date data, sicut quādo loquitur de dote restituenda.

20 *Præterea* æquiparatio, quam facit d.l.fi.C.ad l.falcid. de uerbo dare & promittere procedit quantum ad approbationem, quia uno casu hæres uidetur approbare, sicut alio casu

casu,& idem quãdo ex promissione tollitur obligatio alias secus,ut declarat Bar.in l.quod nomine.ff de cond.inde. ut per dominum meum Rui.in dicto consi. 197.col.4. in fi.

21 Vlterius non est simpliciter uerũ paria esse soluere & promittere de soluẽdo,quia plerunq; sunt disparia ut tradit & probat glo. ultima in d. l.fi.& ibi Corn.& Ange. in l.ea quæ C.de don.ante nup. Nam & qui promisit non propterea soluit l.nepoti ff.dg fun. instruc. quod & uoluit Bal.per ipsam legem.in d.l.fi.

22 Non obstat l.cũm post.§. sed his; quia ex promissione dicitur maritus dotem habere quoad commodum ipsius uxoris, quia tenetur ei soluto matrimonio ad restitutionẽ perinde ac si illam haberet d. §.lucius, quo casu etiam procedit ille tex.ut ibi not.in gl.sed quantum ad ipsum maritum, & ad eius commodum non dicitur habere dotem ex promissione facta ex causa dotis. Ideo nõ lucratur ipsam dotem stante statuto loquente de dote data dominus meus Rui. in citato consi. 197.col.pen.in prin.

Pariterq; non obstat decisio Bar. in d.consi.123. quia non dicit Bart. quod uerbum restituere uerificetur in dote promissa.sed quod importat idẽ quod dare, & sic in illo casu uerbum pro restitutiõe, exponitur pro datione,quia fratribus mariti Titii non fuerat illa petia terræ data ĩ dotem sed erat prius apud eos. Ideo dicuntur illam dare & non restituere, sed in terminis de quibus agitur, q̃n dos non est apud maritum,in illa nõ cadit restitutio nec datio. Ideo uerbum restituere non conuenit etiam si exponatur pro dare,similique modo secundum præceptorem meum Rui.d.col.pen respondetur ad nota per Bar.in l.i.quor. bono. quia non negatur quòd quis potest petere sibi restitui quod nunquam habuit, Tamen illud uerum est contra eum qui habet potestatem dandi uel restituendi rem, sed secus in casu nostro ubi maritus non habet potestatem restituendi promissam rem nec dandi. Ideo in eius personam nõ potest exponi restituere pro dare. præterea ista expositio est impropria secundum Bald.in l.cum etiam C. de reb.credi.quæ in materia stricte interpretanda capi non debet d.l.quicquid astringendæ.

24 Minusque obstat.quod qui actionẽ remittit restituere dicatur, quia aduertendum est quod statutum loquitur quod maritus teneatur restituere dimidiam dotis, & actio quæ oritur ex promissione dotis non est dos nec res dotalis, sed ipsa actio est ius prosequendi dotem uel rem dotalem debitam, Inst.de acti. in prin. Igitur sequitur quod non põt militare dicta ratio, alias si dicta obligatio & actio esset res dotalis maritus amplius ad dotem agere non posset quia frustra quis petit quod intus habet. Quod cõfirmatur secundum dominum meum Ruin. ubi supra, col.3.in prin.quia si dicta obligatio & actio quæ est apud maritum dos diceretur, statutum loquens de dote data uel recepta, locum etiam haberet in promissa, quia apud maritum diceretur esse dicta dos in obligatione constituens, quod tamen cõiter reprobatur ut supra dictum fuit. Item & si posset dici dos hoc esset improprie & ficte l. qui actionem.ff.de reg.iur. & statutum contra ius nõ habet locum in casu ficto prout est præsens de quo agitur secundum Bar.in l.gallus.§. uidendũ de lib.& posthu. Igitur,&c.

Non obstãt not.p Ang.in d.consi. 180.quia ultra qđ idẽ Ang. sit sibi contrarius

contrarius, ut in consi.158.de quo supra, & reprobetur per Soz.in d.l. de diuisiõe.col.2. & dominum meũ Ruin.in citato consi. 197. Tum respondetur qđ nihil ualet eius argumentum, dũ dicit quòd ratio lucri ꝓp onera matrimonij ita hẽt locũ dote promissa sicut in dote data, quia respondetur quòd attenta eius ratione idem dicendum esset, quando statutum loqueretur de dote data, ut locum haberet in dote promissa, quod tamen ab omnibus, ut sæpius dictum fuit, reprobatur.

Non obstat denique, quod uerbũ restituere potest uerificari etiam in dote promissa mediante pacto de nõ petendo uel acceptilatione, quo satis dicitur restituere qui actionem remisit uel cesssit, quia quamuis ad hoc pateat responsum ex supra allegatis quòd statutũ loquitur de dote & re dotali, & non actione & obligatione dotis, quæ resultat ex ꝓmissione eius dicitur etiam non esse uerũ quod ab Ang. dicit ꝙ mediante liberatiõe dicatur fieri restitutio quia quando debitor est tutus exceptione peremptoria absque liberatione nõ habet tũc liberatio uim restitutiõis uel solutionis, ut ꝑ Bar. & Doct. in l. actione C. de transac. ubi dicit, ꝙ remittere debitũ nõ eo. tit. Igit minus ꝗñ competit exceptio, quia non est proprie debitor l. si is cui. §. flauius. ff. de solutio.

Penultimo non obstat text. in l. si. ff. solu. mat. quia ut dictum fuit in tertio fundamento. tex. innda glos. probat oppositum.

Vltimo nihil etiam facit quòd obligatio dicatur esse in dote & propterea dicatur peruenisse dos ad maritum, sicut diceretur dos coostituta & data si quodlibet aliud nomen debitoris fuisset datum in dotem, quia quoad primam partem superius late responsum fuit, nec bonũ est in simile de nomine debitoris, dato in dotem, quia illo casu expresse actum est, quòd actio, quæ competit danti, sit res dotalis, & ideo maritus agit contra illud nomen non quidem actionem de dote nec ex causa dotis, sed tanquam procurator in rem suam, quia in eum ipso iure fuit utilis actio translata, quæ competebat donanti l. fin. C. quando fisc. uel priua. & ita in terminis declarat Bart. in l. singularia, in 6. colum. versi. si uero il lo cui debet fieri solutio ff. si cer. peta. ubi tractat quando debitum ab uno conuerti possit in aliud debendum ab alio, & concludit, quòd si creditor cui debet ab uno fieri solutio de hoc promissionem habuit ab alio, si quidem causa est talis quæ potest impleri in qualibet re sicut est dos, quæ potest constitui in pecunia, in re mobili, & immobili, & in iniuribus, tunc statim perfectus est contractus, quia illa obligatio, quæ ei est quæsita ex promissio ne cœdit in causam dotis l. cum pater l. licet. §. quoties l. si sponsalibus §. i. ff. de jur. dot. ubi est bonus tex. declarans secundum Bar. hanc rationem. Sic ergo actio, quę in dotem datur est dos, sed actio quæ cõpetit pro re dotali, & ex promissione dotis non est dos aliquo modo, sed ut iam sępe dictum fuit ius prosequendi debitam dotem.

Nec ẽ uerũ ꝙ maritus ẽt soluto matrimonio poterit illã exigere, di §. lucius, & illã exactã uere pro parte retinere & pro parte restituere, ꝗa pactũ de dote retinẽda & restituẽda hẽt relationẽ ad tps, quo dos restitui debet, quia tũc agit de retẽtione & restitutione oportet ergo ꝙ dicto tpe in dote cadere possit retentio uel restitutio, & sic ꝙ sit exacta & no

non sufficit quòd post dictum tempus exigi possit, & exigatur, qualitas adiecta uerbo determinatur secundum tempus uerbi l.in delictis. §.si extraneus.ff. de noxal. l.ex facto.§.fi.ad Trebe.per quem tex. in proposito dicit Bald. in l.2. colum. 2.C.de iure emphi.ꝗ si quis recepit emphiteosim cū hoc quod non transeat nisi a l.suum primogenitum, ꝗ intelligitur de illo, qui tēpore mortis recipientis erat primogenitus; quia successio habet relationem ad tempus mortis. Ideo debet prioritas illo tempore considerari, & sequitur Alex.in d.§.pen.Cum igitur statutum debeat intelligi proprie & stricte, & sic in uera restitutione, quæ consistit in restituendo, quod accepimus, vt in l.restituere uidetur, & ibi Doct.ff.de uerbo. sign. &
29 sic de re dotali, & non de actione & de obligatione ad dotem, & liberatio per pactum de non petendo, nec acceptilatio dicatur restitutio saltem uera & propria, sequitur cōclusiuè loquendo statutum huiusmodi uerificari non posse in dote promissa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis, an locum habeat in sponso de futuro, & nume. 11.& 12.*
2 *Iura tractantia de marito & uxore locum non habent in sponsa de futuro.*
3 *Sponsus est futurus maritus.*
4 *Verba legis loquentia de eo, quod est in facto, non uerificantur in eo quod est in fieri.*
5 *Donatio facta inter uirum & uxorem licet non ualeat, facta tamen sponsæ de futuro ualebit.*
6 *Statuto si caueatur quòd mulier maritata non faciat partem cum fratribus, huiusmodi statutum locum non habebit in sponsa de futuro.*
7 *Dispositio l.i.C.cum uir et ux.quæ militat in uxore nōn exteuditur ad spōsam de futuro.*
8 *Dispositio l.unic. C.quan. Impera.int. pupil.& uid.quę nōn habet locum in uxore, habet tamen in sponsa de futuro.*
9 *Dispositio l.maritus C. de procur.quæ habet locum in marito, & in sponsa de præsenti, non tamen locum habet in sponso de futuro.*
10 *Maritus & sponsus de præsenti licet possint facere oblationem retractus pro uxore & sponsa de præsenti, secus est pro sponsa de futuro.*
13 *Vir licet lucretur fructus rei datę in uxorē, secus est in sponso de futuro.*
14 *Sponsalia & matrimonium, maritus & sponsus, uxor & sponsa ualde inter se differunt.*
15 *Dispositio l.exigere dotem.ff de iud. non habet locum inter sponsos de futuro.*

Quæstio XII.

1 Quæritur, an huiusmodi statutum de lucro dotis locum habeat in spōso de futuro, & breuiter teneas qđ
2 non, quia iura tractantia de uiro & uxore non militant in sponsa de futuro l.si quis officium.ff. de ritu nupria.l.quod seruus. ff.de cond. cau. da.l.sancimus.C.de nupt.
3 Secundo sponsus est futurus maritus l.i.cum seq.ff.de sponsal. sed qđ futurum est, nondum est l. quæ nondum.ff.de pigno.
Tertio esse sponsum est in fieri ad maritum, esse uero maritum est in
4 facto.d.l. quod seruius, sed uerba legis loquentis de eo quod est in facto, non uerificatur in eo quod est in fieri l. si quis id quod. §. primo. ff.de

ff. de iur. omn. iudica.

5 Quarto facit. Nam donatio facta inter uirum & uxorem non ualet glo. in l.3.in uerbo concubina. ff.de dona.inter uir.& uxo.& tamen si facta comperietur sponsæ de futuro, ualebit l.cum hic status.§. si sponsam l.inter eos.ff.eo.tit. de donat. inter uir.& uxo.

Quintò accedit quod uoluit Bal. in l. non fine.C. de bon. qua liber. quem sequitur Ripa in l.2.§.si sponsa.ff.de priuil.cred.ubi dicit quod si
6 statuto caueatur quod mulier maritata non faciat partem cum fratribus tale statutum nō habebit locum in sponsa de futuro, quę maritata non dicitur nec uxor proprie.

Sexto facit quod decidunt Bald. Paul. & alii communiter in l.i.C. un.uir.& uxo. ubi uolunt illam le-
7 gem loquentem in uxore non habere locum in sponsa de futuro, quæ licet aliàs dicatur habere priuilegia cōpetentia uxori, ut in dote, ꝑferatur aliis anteriorib. creditorib. sicuti uxor l.quæsitū.§.si spō sa.ff.de priuil.credi.tamen non habet priuilegium succedendi ab intestato sponso.d.l.quod seruius.

Septimò pro ista sententia adducuntur notata per Affli.in constitu. regn.in tit.de offi. magist.colum.8. uersi.9.quæro ubi post And.de Iser. ibi per eum citatum concludit qđ dispositio l.unicæ C.qnan. impera. int.pupil. & uid. quæ non habet locum in uxore & in sponsa de præsenti, tamen locum habet in sponsa de futuro, quia talis sponsa non dicitur uxor, sicut sponsus non dicitur maritus l.i.§. & est quæstio.ff.pro dote & quia sponsalia dicuntur, a spondeo spondes l.j.& 2.ff.de sponsal. & sic sponsalia sunt præambulum ad matrimonium, & non matrimoniū 30.q.5.c.nostrates. Abb.i ru.de spō.

Octauò corroboratur ista opinio ex dictis per Alber.de Rosa.& Iaso.
9 in l.maritus.C. de procura. ubi dispositio dictæ l.maritus, quæ uult maritum posse agere sine mandato pro uxore, & etiam sponsum de præsenti non habet locum in sponso de futuro, & ideo dixit Tiraquel.in tracta.de retrac.in.§.10.nu.1. & 8.qđ
10 licet maritus & sponsus de præsenti possint oblationem retractus facere pro uxore uel sponsa de pręsenti tamen secus pro sponsa de futuro.

11 Nono & hic i terminis huius quæstionis uoluit Bal.& post eum Pau. de Cast.in l.solent.ff. de his qui no. infam. ubi inquit nota quòd statutum in uxore non trahitur ad sponsam, & est argumentum quòd licet maritus ex ui statuti lucretur tertiā partem dotis uxoris, secus tamen in sponsu de futuro, & subdit Pau. de Cast.istud ꝓcedere dato etiā quòd sponsus fecisset maximas expensas. Idem tenet Bal. in l.deo nobis, col. 2.uers.modo iuxta hoc quæro C.de epis.& cle. Paul.de Cast. in l.i.& ibi alii C.un.uir.& uxo. ibi concludūt ꝙ sicut dispositio illius legis non habet locum in spōsa de futuro, ita nec pactum nec statutum de dote lucranda. Hanc etiam partem sequitur Bal. & Pau.in l. non fine C. de bon. quæ libe. ubi determinant, quòd licet in casu illius legis appellatione uxoris contineatur sponsa ex benigna interpretatione, tamen quòd id non habebit locum in statutis, unde inferunt ad terminos quæstionis nostræ quòd tale statutum de quo supra non habebit locum in sponso de futuro, quia ille ablatiuus præmortua uxore, habet conditionem si uxor primò sit mortua, argu.l.à testatore.ff.de cond. & demon. Sed ista non est uxor, ergo
12 deficit conditio. Idem tenent Bal.

&

& Paul. in l. si ante nuptias. ff. solut. matrimo. ubi ea, quæ dicuntur de uiro & uxore non uendicant sibi locum in sponso & sponsa. Hinc est quod licet uir lucretur fructus rei datæ in dotem per uxorem, secus est in sponso, ut etiam firmat ipse Bal. in l. an in patrem. ff. quod fals. tu. auto. ubi dicit, nota istum text. quòd lucrum, quod datur marito ex pacto uel ex forma statuti non habet locum in sponsa decedente ante nubiles annos, licet moriatur in domo sponsi, & is supportauerit onera matrimonii, & hoc tam respectu lucri proprietatis quàm fructuũ quod dicit nota dignum. Idem Bal. in consil. 184. uolu. 4. & in quæst. statu. in uerbo dos. q. ultima, & in verbo sponsa. q. prima, & secunda. Sozin. in consil. 27. in princi. uolu. 4. Fely. & alii in rub. de spons. Paris in consil. 62. colum. prima. uolu. 4. quia sponsalia & matrimonium maritus & sponsus, uxor & sponsa valde inter se differunt. Cum hac et sententia pertranseunt Moder. in repetit. rub. de dona. inter uirũ & vxo. §. 55. nume. 8. Ripa in l. secunda. §. si sponsa, colum. prima, de priuil. credi. Pro cuius confirmatione facit quod notat Decius in consi. 283. colum. 5. vbi dicit quòd dispositio l. exigere dotem. ff. de iud. non habet locum inter sponsos, ut per Bal. in authen. omnes peregrini, colum. secunda. versic. nota quòd quando principes. C. commun. de succes. quia non est effecta de domicilio uiri ut per Fely. in c. i. col. penulti. de sponsal. & de cuius dicti veritate latius uerbum faciemus infra in q. 18. & sic ex istis clare constat secundum communem Docto. sententiam in sponso de futuro non militare huiusmodi statutum de lucro dotis.

SVMMARIVM

1 *Statutum loci contractus attendi debet in lucro dotis, sed contra numero 13.*

2 *Statutum si disponat in loco executionis, quòd nulla possit opponi exceptio peremptoria contra instrumentum, si tamen ipsum instrumentum celebratum reperiatur extra territorium, & sic in loco, in quo uigeat ius commune, tunc poterit opponi talis exceptio.*

3 *Contrahens, qui destinauit solutionem in alio loco, quàm contractus debet conueniri in loco destinatæ solutionis.*

5 *Matrimonium trahit uxorem ad originem uiri.*

6 *Locus celebrati contractus attendi debet quantum ad formam conficiendi contractum & eius solemnitates seruandas.*

Quæstio XIII.

Quid si uir sit unius ciuitatis & uxor alterius, & in quibus diuersimode tractatur ex forma statutorum de lucro dotis, cuius ciuitatis statutum attendi debet, an mariti uel uxoris. Videretur dicendum quòd statutum loci contractus inspiciendum esset celebratus, & sic si contractus esset celebratus in ciuitate vxoris, quòd statutum ipsius ciuitatis quo ad lucrum dotis attendi deberet per l. si fundus. ff. de euictio. & & per text. in l. i. princi. ff. de usur. per Sozi. in consi. 288. col. 6. nume. 13. ac ex not. per Bald. in l. i. in 5. q. C. ne fil. pro patre, ubi inquit, quod si in loco executionis nulla potest opponi exceptio peremptoria contra instrumentum confectum sit extra territoriũ, & sic in loco in quo

uigeat

uigeat ius commune, quod poterit opponi talis exceptio peremptoria. & sic debet attendi locus contractus, quod dictum refert Paul. de Cast. in l. diuo pio, in §. sententiam colum. 2. ff. de re iudi. & quod debeat, in terminis quæstionis nostræ attendi locus ipsius contractus dotis uidetur sentire Ang. in l. exigere dotem, in fi. ff. de iudi.

Verum his non obstantibus contrariæ sententiæ tanquam ueriori & magis à Doct. receptæ adhærendum esse arbitramur, quod imo statutum ciuitatis uel loci mariti inspiciendum sit, ut decidunt Bart. ac alii in d. l. exigere dotẽ, ac in l. cunctos populos C. de sum. trini. & fid. catho. ubi in specie Fulg. dicit hoc sibi contigisse. Nam cum esset Placentinus uxorem duxit Papiensem, & quo ad lucrum dotis casu postea eueniente dicit quòd fuit obseruatum statutum Placentiæ, & ratio est, secundum Doct. de quibus supra & infra, quia quando maritus contrahit matrimonium extra propriã ciuitatem dicitur quodãmodo contrahere tanquam aduena, & confert effectum restitutionis dotis ad locũ propriæ ciuitatis, ad quam, ut dicit tex. in d. l. exigere, mulier est iruta. Vnde sicut contrahens, qui destinauit solutionẽ in alio loco, nõ potest conueniri in loco cõtractus, sed in loco destinatæ solutionis l. hæres absens. §. fin. ff. de iud. ita pariter dicẽdum est in marito, qui destinauit restitutionem dotis in loco proprii domicilii, ut seruari debeat statutũ illius loci, in quo esset conueniendus, quãdo tractaretur de restitutione ipsius dotis, & istam partem etiã tenuit Arch. in c. i. illud 12. dist. Bal. in consi. 32. col. i. & in cõs. 208. uol. 3. & in cõs. 53. col. fi. vo. 5. Cuma. ĩ cõs. 26. col. i. in cõsi. 72. & in cons. 109. ubi firmat hanc esse communem, prout etiam dicit Fulgo. in cõsi. 93. col. fi. & eum tanquam communem amplectuntur Crot. in l. omnes populi, colũ. 54. uersi. quæritur etiam statutum est in ciuitate ff. de iust. & iure. Alex. in cons. 100. col. i. volu. j. in consi. 129. col. 2. vol. 7. & in cõs. 155. col. j. eo. uolu. Socy. in c. dilecti, col. fi. de foro cõmp. Dec. in consil. 19. col. 4. in consil. 283. colũ. 4. & in consi. 402. col. j. Cur. Iun. in consil. 129. col. j. Mars. in l. fi. col. 21. nu. 60. ff. de iurisd. om. iud. Paris. in consil. 34. col. pe. vol. 3. Soz. iun. in consi. 14. per totum uol. j. vbi in fin. concludit quòd hæreticum esset a dicta communi discedere præsertim in iudicando, pro qua opinione facit quod not. Bal. in l. uoluntas, in prin. C. de fideicom. ubi dicit quòd matrimoniũ trahit uxorẽ ad originẽ uiri
5 & refert legẽ Longobardam dicere quod si mulier Longobarda est nupta Romano, uiuit lege Romana, & quòd in dote semper inspicitur consuetudo uiri per dictam l. exigere dotem. Idem tenuit Io. de Plat. in l. j. in princ. C. de mulieribus, & in quo lib. 10. Barb. in Rub. de consue. col. 13. & in consi. 4. colũ. 2. volu. 2. Crem. in sin. 66. Cep. in tra. do. q. ul. Affli. in deci. 226. col. 3. Moder. ĩ consue. Burdeg. i. §. 6. col. 10. Dñs meus Rui. in consi. 58. col. j. vol. 3.
6 Non obstat quòd inspici debet locus celebrati contractus ut d. l. si fundus, quia respondetur secundum Alex. in consi. supra citato. 101. col. pen. quòd illud procedit quoad solemnitates requisitas in contractu conficiendo, secũdum Anto. de But. in c. j. de sponsal. non autem quando tractatur de repetitione dotis, quia tunc consideratur locus uiri. Ita dixit Alber. de Rosa. in d. l. exigere, dotẽ, col. j. Sozi. in d. c. dilecti filii col. 23. uersi.

23.uersi.circa quartum & ultimum de foro compe. & Afflic. dicta decis.226.volum.2.in fi.

Vel & secundo respōderi potest secundum Bart.Bald. Alber.& alios communiter in d.l. exigere dotem, & Alex.in d.consi.101.col. pen. in fi.ac Roch.de Cur. in repeti c.fin. car.72.colum.1. de consuetu. quod sit speciale in dote ut attendatur domicilium uiri. In quo autem consistat ipsa specialitas declara secundū Cur.Iun.& Cagno. in d.l. exigere. Non obstat dictum Ange.in d.l. exigere, in fi.quia secundum Alex. in citato consi.101.colū.fi.in prin. & alios Docto. supra relatos contra eum est communis opinio.

SVMMARIVM.

1 *Communis opinio de qua in quæstione præcedenti, An locum habeat si mulier ignorabat statutum de lucro dotis uigere in domicilio uiri, & nu.13.19.cum quatuor sequen.*

2 *Contractus regulatur ex mente contrahentium, sed declaratur. nu.14.*

3 *Dispositio contrahentium regulariter ad ignorata non extenditur.*

4 *Forensis præsumitur ignorare statuta alterius loci disponentia contra ius commune.declaratur tamen 15.*

5 *Ciui nouello parcitur si quid agit contra statuta declara ut nu.16.*

6 *Forensi qui litigat in aliqua ciuitate, si illius ciuitatis omittat disposita à statuto potest ex capite iustæ ignorantiæ petere restitutionem aduersus omissa, quòd intellige, ut sub nume.17.*

7 *Disposit io l.qui cum alio ff.de reg.iur. non procedit in mulieribus, sed contra nume.18.*

8 *Contrahens cum aliquo uel est uel esse non debet ignarus conditionis eius cum quo contrahitur.*

9 *Creditor præsumitur sciuisse debitorē sibi delegatum fuisse inopem & ei imputandum est si ante eius conditionem non explorauit, quoniam eum recipiendo uti idoneum approbasse uidetur, quod tamen declaratur sub nu.25.*

10 *Acceptans ciuilitatem in aliquo loco se obligasse censetur omnibus oneribus ciuium illius loci, dato quod onera illa ignoraret, quia ei imputatur cur de his non perquisiuerit.*

11 *Forensis negotians in aliquo municipio debet se informare de dispositione statutorum eiusdem loci, alias lex habet eum pro inuestigante.*

12 *Episcopus si conferat beneficium indigno priuatur pro illa uice potestate conferendi, nec excusatur, si uellet allegare se ignorasse illum fore indignum.*

24 *Iusta causa credulitatis ad causandū quod hæredibus mulieris succuratur ut non attendatur domicilium uiri, est, si probetur maritum persuasisse uxori ipsum fore eiusdem loci, cuius erat ipsa uxor.*

26 *Fideiussorem non idoneum admittens licet sibi præiudicet, tamen hoc fallit ubi præstans eum asseruit ipsum idoneum.*

Quæstio XIIII.

1 Quæstio proponitur. An communis opinio de qua supra procedat & locum habeat si ab hęredibus mulieris allegetur eam tempore contractus dotis ignorasse huiusmodi statutum uigere in loco uiri.

2 Videretur profecto dicendū quòd non, quia contractus regulatur ex mente contrahentium l. ita stipulatus.ff.de verbo.obli.sed mulier tempore quo contrahit matrimonium cum forēsi, eique tradit dotem, non

habet seu habere non præsumitur scientiam statutorum domicilii uiri. cum in ipso loco non habitare ca. si. qui matrimo. accusa. pos. ergo non uidetur posse dici, quòd intentio cō trahentium fuerit quòd dos restitui debeat secundū statuta uiri cū dispo
3 sitio ipsorum contrahentium regulariter ad ignorata non extendatur l.non est ferendus.ff.de transact.
Secundò facit quod notat Cur. Sen.
4 in cons.27.col.10.vers.restat, ubi inquit quòd maritus forensis præsumitur ignorare statuta contra ius commune alterius loci disponētia quòd forensibus non possint alienari mobilia:eique parcitur ignorantia sta-
5 tutorum,si quid actum fuit per eum contra formam ipsius statuti: sicut etiam fit ciui nouello, cui etiam parcitur, si quid agit contra statuta, ut per Bal.in l.data opera,col.6.C. qui accusa.nō pos.per l. qui cum uno.§. fi.in uersi.Tironi parcēdnm est ignoranti disciplinam militarem ff. de re mili.& per tex.in l.qui commeatus, in.§.arma,uersic.Tironi ff.eod.titu. Quod & uoluit Roma.in sing.94. & in consi.251.col.i. ergo stante tali ignorantia uxoris cum sit forensis uidetur dicendum,quòd ligari non debeat legi domicilii uiri.
6 Tertiò ista opinio confirmatur ex not.per Alexan.in consi.37.col.5.in prin.uol.2. ubi si forensis litigat in aliqua ciuitate,& omittat solemnitatem requisitam a statuto illius ciuitatis, potest ex capite iustæ ignorantiæ petere se restitui ratione omissæ solemnitatis propter statutū : quod probabiliter potuit ignorare.

Nec habet obstare secūdum eum, si dicatur in cōtrarium facere quod uult tex.in l.qui cum alio.ff. de reg. iur.ubi qui cum alio contrahit certus esse debet de conditione hominis,cum quo contrahitur:quia respō
7 deri potest, quòd illa regula nō procedit in mulieribus, ut uidetur probare text.in l.prima in fi. ff. qui pet. tutor. dum dicit quòd inquirere de conditione hominis est potius uirile officium quàm fœmineum.

Quartò & ultimò in terminis hoc uoluit Bal.in cap.i.§.fi. de inuest. de re alie.fac. ubi dicit, quòd ideo non attenditur statutum loci mariti deferens ei lucrum dotis per mortē uxoris: quia mulier iuris communis fiducia confisa simpliciter contraxit ignorando statutum eiusdem loci uiri. & ideo hac ratione non esse inspiciendum dictum statutū uiri. & Bal. refert Alex.in consi.101.col.2. uol. 3.ac sequitur Crot.in l.omnes populi,num.159.ff.de iust. & iur.Barb.in consi.4.col.penul.uolu. 2. Camp. in tract.dot.in 5.par.q.ultima, circa fi. Ias.in l.cunctos populos, col.6.uersicu. 5.singulariter limita.C.de sum. trin.& fide catho.Dec. in consi.283. col.fi.nu.68.ff.de iuris.om.iu.

Quibus tamen non obstantibus ueritas est, quòd imò dicta communis opinio procedit, ipsa ignorantia
8 allegata non obstante.Primò per regulam generalem,quæ habet, quòd qui cum alio cōtrahit uel est uel certus esse debet de conditione eius cū quo contractus celebratur l. qui cū alio ff.de reg.iur.aliàs sibi imputat.

Secundò facit decisio Aret. in l. 2.in prin.ff.sol.mat.ubi creditor præsumitur sciuisse debitorem sibi delegatum fuisse in opem , imputarique debet sibi si ante conditionem non explorauit, quoniam eum recipiendo uti idoneum approbasse uidetur

Tertiò confirmatur hæc sententia ex dictis per Paul.de Cast.in l.si duo per illum text. in uerbo scire potuit
10 ff.de acqui.hære.ubi si aliquis acceptat ciuilitatem in aliquo loco uidetur se obligasse omnibus oneribus

cinium illius loci etiam si illa onera ignorabat, quia sibi imputet, quare non perquisiuit. & Paul. sequitur Alex. in consi. 103. col. 2. in fi. uolu. 2. Ripa. in l. quod te, nu. 16. cer. pet.

11 Quarto comprobatur hæc opinio per Barb in consil. 56. col. 10. versi. & si quisquam opponat, uol. 2. ubi dicit quod forensis negotians in aliquo municipio debet se informare de dispositione statutorum eiusdem loci, alias lex habet eum pro inuestigante, & ille dicitur esse in suprema & crassa ignorantia, idem dixit ipse Barb. ĩ cõs. 51. col. 6. vo. 2.

12 Quinto bene facit tex. in c. innotuit, de elect. ubi si episcopus confert beneficinm indigno priuatur pro illa uice potestate conferendi nec excusandus uenit si vellet allegare se ignorasse indignitatẽ illius, quia debuit inquirere conditionem illius a'ias habetur pro sciente.

13 Vltimo in indiuiduo huius quæstionis hoc uoluit Cuma. licet de Bal. mentionem non faciat in cons. 26. col. j. & in consi. 72. col. 2. Barb. sibi contrarius in Rub. de consue. nu. 51. Claud. Aquen. in l. cum quædam puella, in princi. ff. de iurisd. omn. iu. Dec. sibi quoque aduersans in cons. 19. ubi latè disputat articulum Cur. Iunior. in consil. 129. col. 2. & in exigere dotem, col. penul. ff. de iud. Purp. in l. cunctos populos, nu. 147. C. de sum. tri. & fide Catho. Sozy. Iun. in consi. 14. col. fi. uolu. j. Cagnol. in l. qui cum alio, nu. 14. ff. de reg. iur. & in d. l. exigere dotem, col. 3. versi. ampliatur ergo primo, & in 7. col. in prin. uersi. sexta limitatio ubi dicit hanc esse receptiorem Doct. sententiam.

Non obstant modo quę ex aduerso adducta fuerunt, & in primis ꝙ contractus regulatur ex mente contrahentium, & quòd eorũ dispositio non extenditur ad ignorata, quia respondetur, quòd imo meus contrahentium est, velle se conformare cũ dispositione iuris cõis, quæ ẽ quòd in restitutione dotis attendatur statutum domicilii viri, vt not. in d. l. exigere dotem. Item dicitur quòd præsumitur mulier habuisse notitiam statutorum loci viri, vel saltẽ scire debuisse, cũ paria sint aliquid scire uel scire debere, & tam in culpa sit, qui scire debuit, quã qui sciuit l. qđ te, & ibi gl. ac Doct. ff. si cer. pe.

16 Non obstat secũdo, quòd forensi & ciui nouello parcit pp ignorantiam statutorum, quia ut dicit Dec. in d. consi. 19. illud procedit, & locũ habet, ut euitetur pœna statuti, non in aliis, quod satis comprobatum demonstratur ex scriptis per Barb. in consiliis supra citatis.

17 Nõ obstãt tertio notata per Alex. in d. cõs. 37. vbi forensis, qui probabiliter ignorauit statuta alterius loci potest petere restitutionem in integrum, quia respõdetur hoc passim non fore admittendũ, quia cũ fuerit in culpa, in non inuestigando statuta illius loci, meritò ligatur mero iure legi illius loci, nisi probaretur ipsam motam fuisse ex iusta credulitate, ut decedit Purpur. in d. l. cunctos populos, nu. 149. ubi hoc dicit in terminis nostris, quòd hęredibus mulieris non daẽ ita simpliciter restitutio in integrum prætextu ignorantiæ, & ideo quòd mere iure lucratur maritus dotem, uerũ est qđ si probaretur eam motam fuisse ex iuxta causa, tunc daretur restitutio.

18 Nec est uerũ, quod ab Alex. fertur in d. cõs. 37. quòd dispositio dictæ l. qui cũ alio, nõ hẽt locũ in fœmina: quia cõtrariũ tenuerũt Cuma. in d. cõs. 26. col. i. & in cõs. 72. col. 3. Dec. in d. cõs. 19. col. 2. Purp. in d. l. cũctos populos, nu. 149. Cur. Iun. ĩ d. l. exigere

gere dotē,col.3. ubi dicit ꝙ ipsa lex hēt locū in fœmina cū ea nō excuse tur à iuris ignorātia nisi in casibus à iure expressis, & iō ꝙ nō excusāt à iure notorio posito in d.l. exigere qđ in dote restituenda attendatur domicilium uiri, quia imputandum est ei, si non inuestigauit statuta loci uiri. Idem dixit Cagnol. in dic. l. qui cum alio, versicul.quinto limita,& in dict.l.exigere dotem, colum. prima.

19 Non obstat dictū Bal. in d.c.i.§. fin.quia pluribus modis respōdetur & primo qđ ipsemet Bal.fatet̄ considerationē suā esse cōtra cōem, dum dicit qđ Doct. cōiter & indistincte tenēt qđ attēdat̄ domiciliū uiri & ꝑ consequēs qđ siue mulier sciat,siue ignoret statutū domicilii uiri, habebit locū dicta cōis opinio.& ita Bal. ad hoc pōderāt Fely. in c.j.col.16. uersi.6.limita.de sponsa.Cur.in d.l. exigere dotem, colū.3. & in citato consi.129.col.3. necnō Sozy. in d. cōs.14.col.fi. ubi dicit qđ bene aduertēti Bal.in d.§.fi.nō uidet̄ expresse illud dictū affirmare,cum nouissimo loco referat Doct.tenere,ut simpliciter nō attēta ignorātia mulieris attendantur statuta ciuitatis uiri,& alias soleat dici Docto.cū opinione vltimo loco recitata pertransire argu. l.cum quidam. §. Sabinus. ff. ad Trebel. & ꝑ Bar.in l. bona fides. ff. depositi.

20 Secūdo respōdet̄ ꝑ Cuma. ī d.cōs. 72.col.pen.ꝙ mulier nō pōt dici decepta sub ꝑtextu,qđ nō fuerit certificata de statuto domicilii uiri, q̄a iura cōia nolūt mulieres in cōtractibus certificari, nec ꝑsumunt̄ deceptæ,nisi cū pro aliis se obligant, tūc enim, quia faciliter pro aliis promittunt,lex eis subuenit l.sed si ego,cū l.seq ff.ad Vel.nec ꝑt dici mulier decepta,quę cōtraxit,uel cōtraxisse intelligit̄ ſm domiciliū uiri, alioquin sequeret̄, ꝙ oēs leges quæ uolūt seruari leges domicilii,uiri,ēt si mulier alibi cōtraxerit, & alibi domiciliū hēat deberēt intelligi qn̄ mulier de hoc certificata fuisset,& eodē mō leges,quæ volunt inspici statuta contractus,deberēt intelligi qn̄ foreses cōtrahētes essent certificati, quē intellectū, ait Cuma.non reperire ab aliquo tactū. Imo subdit regulā esse qđ qui cū alio cōtrahit certus esse debet de cōditione eius cū quo contrahit d.l. qui cū alio.ff.de reg.iu.& iō cū mulier cōtrahēs sequat̄ domiciliū uiri, & submittat se illius loci legibus nō pōt ipsa,secūdū eū,ignorantiā allegare, cū uideamus secundū varietatem locorū uaria fore statuta, & cōsuetudines diuersas circa restitutionē dotis &eius lucra,& q̄a cōiter cōtingit ipsis mulieribus ac eas in matrimoniū collocātibus nō solere ita perfunctoriè eas matrimonio ꝑstringere, quin prius se informēt de cōditione mariti,& ciuitatis suæ. qđ argumētū quātū sit ualidū nemo ē q̄ nesciat l.certi cōdi.§.si nūmos.ff.si ce.pe.latè.Mar.ī fin.suo.j.

21 Vlterius nō ꝑt dici decepta, quæ usa est iure cōi aliarū nubētiū in loco domicilii uiri, & ista responsio Cuma.approbata reperitur ꝑ Dec. Cur.Purpur.& Soz. Iun. ubi supra. Imò dicit Barb in d.rub.de cōsuet. qđ si istud dictū Bal. esset uerū euerteret cōem doctrinā,Doc. quia semper mulier ꝑsumeret̄ ignorare consuetudinē urgentē in domicilio uiri ꝑ id qđ habet̄ in c. cognoscētes, cū gl.de cōst. & sic semꝑ ꝑsumeret contraxisse respectu iuris cōis, & ꝑ consequēs rarissimè hēret locū doctrīa. Do.idē dicit Cur.iu.ī d.l.exi.col.pe.

22 Tertio dicit Cur.iu. ī ꝑalleg.cōsi. 129.col.3.vers.s3 qd fortius, ꝙ rō Bal.non est vera,quia cū in ciuitate

uxoris,ex qua mulier originem ducit,non seruatur dispositio iuris cõmunis,quòd uxore decedente in matrimonio sine liberis dos reuertatur ad agnatos,imò mariti lucrantur dotem:non potest dici,quòd mulier habuerit fidem in dispositione iuris cõmunis, & super tali fide contraxerit matrimonium, adeò quòd propter ignorantiam statuti loci domicilii uiri sit ei succurrendum, cum sciret etiam in loco ipsius mulieris ex ui statuti maritũ lucrari dotem,& ideo uerisimilius est ipsam hac intentione matrimonium contraxisse, ut ea præmoriente sine liberis maritus secundum leges domicilii sui cõsequi deberet lucrum dotis.

23 Quartò & ultimò dictum Bal. potest saluari secundum Dec. in d.consil.19.col.2.ut procedat quãdo probaretur quòd mulier ignorasset maritum,cũ quo contraxerit,esse forẽsem.Quod dictũ Decii intelligas ubi uerè ꝓbaretur errorẽ processisse ex iusta cã,ut quia fuit mulieri dictum quòd maritus esset eiusdẽ loci cuius ipsa uxor, ita quòd iustè fuit mota ad ita credendũ, ut per Claud.Aquẽ. in d.l.cum quædam puella, in princ. col.pen.& Purp.in d.l.cunctos populos,nu. 149. qui subdit unum quod est ualde notandum, uidelicet quòd ad causandam istam iustam credulitatẽ in uxore sufficeret assertio mariti, cum culpam lenis credulitatis ex sua assertione causatæ non possit maritus opponere l. prima & ibi Moder.in secundo notabili. ff.de eo per quem factum erit.Idem & Cur. iun.in d.l.exigere,col.penul. ac Cagnol.in d.l.qui cum alio,nu.14.& in d.l.exigere,col.7.uersi.sexta limitatio,ubi adhuc hoc uidetur intelligẽdum, quãdo ipse maritus id dixisset, & falso mulieri persuasisset: secus si alius, cum delictum aut factũ unius alteri obesse non debeat l. sancimus C.de pœnis l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testa. quæ opinio confirmatur ex dictis Aret.in d. l.2.ff.solu.mat.in princ.col.pen. ubi

25 concludit quòd licet creditor præsumatur scire debitorem sibi delegatum inopem:tamen hoc procedit nisi probetur per creditorẽ iusta eius ignorãtia,quòd fuit seductus persuasionibus principalis delegantis: qui asseruit delegatum debitorem idoneum esse iuxta l.inter causas.§.abesse.ff.manda. Quod comprobatur pariter per Alexã.in consi.60.col.2. uol.5.post Ang.in l.1.ff.si quis in ius uoca.nõ ierit,ubi dicit quòd admittens fideiussorem non idoneum

26 licet sibi præiudicet & ei imputandũ ueniat quia non explorauit eius conditionem:tamẽ quòd istud fallit ubi præstans talem fideiussorem asseruit eum esse idoneum, quia tunc ei succurritur.

SUMMARIUM

1 *An dicta communis opinio quòd in lucro dotis attendatur domicilium uiri, militet si causa alibi agitaretur quàm in ipso domicilio uiri, & nu. 3*

2 *Forum sortiri & statutis ligari a pari procedunt quod declara, ut nume. 4. 6. & 7.*

5 *Forum quis sortitur ratione rei sitæ, & tamen statutis illius fori nõ ligatur.*

8 *Clerici licet agendo sortiantur forum seculare: tamen statutis secularium regulariter non ligantur.*

Quæstio XV.

1 QUIA supra dictum fuit,quòd secũdum cõmunẽ opinionẽ in lucro dotis attenditur domicilium uiri: Quæritur,nũqd ipsa cõis procedat si causa

causa albi agitaretur quam in ipso domicilio uiri, puta in loco originis propriæ vel paternæ uel etiam in communi patria, uel in loco originis uxoris. Dec. in consi. 283. col. 6. in versi. ad maiorem tamen declarationem, dicit quòd attēdi debet statutum de lucro dotis ubi causa agitatur, nō autem domicilii uiri, quia
2 a pari procedunt forum sortiri & statutis subiici, ut per Innocent. ac Anto. de Butri. in Rubri. de consue. Idem firmat ipse Dec. ibi, col. 7. versicu. 7. accedit, ubi concludit, quod si maritus potest conueniri pro restitutione dotis in ciuitate Mediolani, vbi mortua est uxor ita & pariter debet attendi ac obseruari statutum eiusdem ciuitatis loquens de lucro dotis.
3 Sed tu contrariam partem amplectere quòd imò inspicitur statutum domicilii uiri & si causa alibi agitetur, ut notanter decidit Bald. in cōs. 471. volu. i. vbi inquit quòd licet hęres mariti, qui habet proprium domicilium Mediolani possit conueniri in ipsa ciuitate pro restitutiōe dotis aliàs datæ defuncto, tamen quia in dote forum metimur ex persona mariti d. l. exigere dotē, quòd quantum ad decisionem causæ inspiciendum est forum mariti licet quo ad intentationem libelli bene possit in foro ipsius hæredis agi. Idem dixit Cuma. in consi l. 72. col. 2. cū seq. per rationem dictæ l. exigere iam sæpius adductam, quia cum mulier propter matrimonium itura sit in domiciliū mariti, & ob hoc magis sequatur forum mariti quā suum ut habetur in l. pe. ff. de iurisd. om. iud, satis ex conditione matrimonii actum uidetur quòd in loco domicilii mariti & secundum leges ipsius loci soluto matrimonio dos exigaт, & ibi propriè ponit casum quando mulier erat Veneta, & maritus Patauinus, & lis super dote agitabatur in ciuitate Venetiarum, & tamen concludit, statutum ciuitatis Paduę, in qua maritus domicilium hēbat, esse seruandum: quia regula iuris est quod quàmuis iudicium agatur Venetiis uel alibi, tamen in decisione causæ seruari debēt leges domicilii mariti, licet quo ad ordinem iudicii seruari debeant leges loci ubi iudicium agitatur, ut no. in l. j. C. de sum. trini. & fi. cath. & Cuma. sequitur Cur. in d. l. exigere dotem, colū. j. & Cagnol. ibi colū. 2. vers. 2. ampliate, & Cur. iunio. in cōs. 129. col. 2. in fi. ubi inquit quòd si in hac patria nostra Casalensi, super dote promissa, quæ petitur, lis agitetur & contingat disputari, utrū maritus sit lucraturus totam dotem uel ne, debemus attendere domicilium uiri ad quod mulier fuit traducta, & hāc partem tenuit idem Cuma. de quo Docto. supra citati nullā faciunt mētionem in cōs. 26. col. i. vers. dato ꝙ iudicium Venetiis foret uentilandū aliqua ratione. per l. hæres absens, in fi. ff. de iudi. Rui. præceptor meus in consi. 58. col. 3. versi. alia etiam, & in uersi. sequen. ac etiam col. 4. uolu. 3.
4 Non obstat nota per Dec. quòd a pari procedunt forum sortiri & statutis ligari, quia respondetur quòd non semper procedit ipsa regula: qđ
5 ostenditur. Nam ratione rei sitæ sortitur quis ibi forum c. fi. de foro cōpe. l. fi. C. ubi in rē actio. Dec. in cōs. 694. col. pe. circa fi. & tamen non efficitur subditus illius iudicis, quāuis ibi forum sortiaт, ut per Fely. in c. dilectus filius el 2. col. pen. de rescri. Si ergo non efficitur subditus non uideт ligari statutis illius loci, quia statuta non ligant non subditos, ut ꝑ Doct. in d. l. cunctos populos C. de sum. trini. & fi. catho. & Alex. in cōs. 151. col. 2. uol. 2. Ias. in consi. 80. col.

pen.uol.3.Quod & demonstratur per Sozyn. in consil.71.col. pen.in fin. uol.4.ubi dicit quod licet clerici indistincte agendo sortiantur forū seculare.c.cū sit generale, de foro compet.tamen non ligantur regulariter statutis secularium,ut in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ,de constitu.

7 Vltimo in terminis nostris,quòd a pari non procedant forum sortiri & & statutis ligari uoluerunt,Bal. Cuma.Cur.Cagno.& Do.meus Rui.in locis supra citatis,& in specie Dec. impugnat ipse Rui.in dicto consil. 58.colum.3.versi.alia etiam minus obstat,& col.4.ubi contrarium eius quod dixit Dec.in d. consil.283. cōsuluit respōdendo omnibus suis fundamentis. Et sic ex his resultat ipsam communem,de qua supra procedere. dato quod causa restitutionis uel exactionis dotis agitaretur alibi quàm in domicilio ipsius.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilii uiri attenditur in lucro dotis, quamuis mulier uirum traxerit ad eius domum,sed communis est contra, ut nu.3.ipsam tamen limita ut nu. 5.*

2 *Mulier nubendo se viro alterius fori mutat forum originis suæ, & transit in domicilium mariti, secus econtrario.*

4 *Signum est magnæ tristitię, quando uir ducitur ab uxore ad eius domū.*

6 *Idem indicamus de destinato ad actū, quod de illo qui est in actu.*

7 *Probandi onus incumbit ei, qui allegat maritum iuisse ad domum uxoris causa ibi perpetuo habitandi, cū præsumptio legis sit contrarium.*

8 *Dispositio l. exigere dotem ff. de iud. non requirit quod actualiter uxor iuerit ad domum mariti, sed quod itura esset nolente marito.*

9 *Statutum disponens, quod uxore præmoriente maritus lucretur dotem secundum communem opinionem, locum habet etiam si mulier præmoriatur antequam ducta fuerit ad domum mariti.*

10 *Mulier contracto matrimonio statim sortitur forum uiri. & priusquam etiam ducatur ad eius domum.*

Quæstio XVI.

1 Quid si vxor duxerit uirum ad eius domum: An in lucro dotis attēdatur statutū domicilii uiri uel uxoris.Bal.in l.cū quædam puella, col. j.ff.de iurisd.omn.iudi. tenet quod inspiciatur domicilium uiri & non uxoris, quia mulier nubendo uiro alterius fori mutat forum originis suæ,& trāsit in domicilium uiri, nō econtrario uir in locum uxoris, & cum Bal.transit Caccialup. in repe. l.cūctos populos,car.19.versi.quartus casus C. de sum. tri & fi. catho. post D.Card.Spoleta. quia secundū eos speciali ratione matrimonii, & consequenter dotis attenditur locus uiri. Nec obstat secundum eos l.exigere dotem,ibi in cuius domicilium itura erat,à contrario sensu, quia ex eo quod maritus ab uxore in suum domicilium ducatur, nō tamen ex hoc sequitur forum uxoris ut uxoris, quinimmo uxor ipsa fit de foro uiri.

3 Quibus tamen nō obstantibus sententiam diuersam tanquam ueriorē & magis communem sequēdam fore arbitramur. Nam in primis quod attēdatur domicilium uxoris, & nō uiri in pręsenti casu hoc uoluit Bal. si aduersans in l.fin.col.j. C. si a nō compe.iudica.fue.ubi dicit,quòd licet speciale sit in dote ut non attendamus locum celebrati contractus, sed domicilium uiri per dictam l.exigere dotem,eo quia maritus contra

hic

hit tanquam stat im recessurus & uxorem secum traducturus, tamē qd' id uerum est ubi uir uxorem eius duceret ad domicilium suum, secus econtrario si ut ducatur ab uxore ad eius domicilium. & subdit quod ita debēt intelligi notata per Inno. & Ioan. And. in nouel. c. j. de spon. & sequendo Bald. idem tenuit Alexan. in addi. ad Bar. in d. l. exigere, in prin. & Cur. iun. ibi in 3. limita. ac Cagnol. col. 4. in fi. cum sequen. Crem. in singu. 66. statuto Florentino ubi inquit signum esse magnæ tristitiæ quando uir ducitur ab uxore ad eius domum. Quod & placuit Fely. in c. i. col. 14. uersi. 3. limita de sponsal. necnon Barb. in rub. de consuetu. col. 3. nu. 51. ubi refert hoc dictum Bal. recitatione & auditu dignum. Idem uoluit Ias. in l. cū quædam puella, col. j. ff. de iuris. om. iu. ubi inquit hoc mēti tenendum, & idem tenet in d. l. cunctos populos. in. j. lectura. col. 6. vers. secundo limita, & in 2. lectura, col. 14. uers. 2. limita, & Crot. in repet. l. omnes populi. col. 55. nu. 167. ff. de iust. & iu. Dec. in consi. 283 col. 5. Mars. in l. fi. nu. 67. ff. de iuris. om. iud. & in singu. suo 267. col. 2. ubi inquit hoc esse notandum. & hanc communem esse opinionem attestatur. Purpu. in d. l. cunctos populos. nu. 120. Mod. in consuet. Burdegal. in §. 6. colū. 9. in fi. uersi. prætere a hoc loco.

5 Quam tamen cōem opinionē intelligas & declara secundū Fely. in d. c. i. in 3. limitat. procedere quando maritus intenderet in domo uxoris perpetuo uelle habitare, alias secus per notata per Docto. in l. lex Cornelia. §. i. ff. de iniur. & per gl. in l. 2. C. de incol. lib. 10 & per text. in l. nihil. ff. de capti. cui declarationi assentit Bar. in dicta rub. de consue. nu. 51. dum dicit nisi uir contrahat matrimonium in domicilio uxoris inde non recessurus. Idem tenent Claud. Aquens. & Dec. in d. l. cum quædam puella, col. 2. ubi soluendo contrarietatē. Bal. in locis supra citatis dicunt quod dictum Bal. in d. l. fi. C. si a non compe. iudi. procedit quādo maritus ad domicilium uxoris accessit animo ibi permanendi. Dictum uero Bald. in d. l. cum quædam puella, quando iuit animo redeundi ad eius domicilium. Idē firmat Gastellio. in addi. ad Crem. in singu. 66. Sed latius Pur. in d. l. cunctos populos, num. 120. ubi inquit, quod si maritus actu non traduxisset uxorem ad domiciliū suum, quā tamen ducere intendebat, sed fortè præuenta fuit morte in propria domo in qua tunc maritus erat non animo constituendi domicilium ibi, quod non procedit conclusio prędicta, sed habebit locum quod dixit Bar. in d. l. exigere dotem, quia ipsa lex considerat quod mulier erat itura in domicilium uiri nō autem quod actu iuerit, & pro quo facit regula quod idem iudicamus de destinato ad actum, quod de illo qui est

6 in actu. l. cætera. §. si quis parauerit ff. de lega. i. Item & quia existenti a corporalis uiri in domo uxoris nō habetur in consideratione, ex quo animus contrahēdi domicilium ibi cessabat, quo sic cessante ēt habitatio multorū annorū nō induceret domicilii constitutionē, ut per Bar. in l. quæsitū. ff. de leg. 3. & Alex. i l. cū filiusf. ff. si cer. pe. & iō magis attēdit aīus utriusq; q̄ ē de redeūdo, ut lex ipsa p̄sumit d. l. exigere dotē, adeò q̄ alleganti contrarium incūbit onus probandi: quod subdit ipse Purpur. fore notandū, q̄a multoties cōtingit mulieres mori in domo earum antequam per maritos traducantur ad eorum domicilium.

Hanc quippe partem amplectitur Do. meus Ruin. in cõsil. 58. col. uol. 3. dicens quòd domicilium uiri attenditur pro lucro dotis dato etiam quòd uir ductus fuerit ad domũ uxoris, dum tamen iuerit animo redeundi ad eius domum non autem animo perpetuò manendi in domo uxoris, quia dispositio dictæ l. exige
8 re, non requirit quòd uxor actualiter iuerit ad domum mariti, sed ꝙ volente marito ire debeat. quod probatur secundum eum. Nam nos ui-
9 demus quòd si statutum uiri simpliciter disponit, quòd præmoriente vxore maritus lucretur dotẽ, quòd secundum communem opinionem, lucrum uir ipse consequitur mortua uxore etiam antequam ad domum uiri ducatur secundum Bar. in l. nihil. ff. rer. amota. & Sozy. in l. cui fuerit. ff. de cond. & demon. & sic sufficit potentia, licet non deducatur ad actum. l. labeo. ff. de statu lib. l. si pater mulieris, in fi. iuncta gl. in uerbo,
10 seruiat. ff. de iur. dot. Nam contracto matrimonio, mulier statim sortitur forum uiri, etiam antequam ducatur ad eius domum secundum gl. fin. in l. ea quę la 2. ff. ad municipa. & per Alex. in d. l. cum quędam puella. Ideo nimirum si statutum uiri debet attendi dicto etiam casu, quo uxor moritur antequàm à uiro ducatur.

Vnde resumendo omnia supradicta concludendum uidetur, quòd si maritus tempore contractus matrimonii iuerit ad domum uxoris non animo ibi perpetuo permanendi, sed reuersus ad eius domicilium, quòd attendatur domiciliũ uiri, & sic procedat dicta decisio Bald. in d. l. cum quædam puella. Si uero iuerit ad domum uxoris animo ibi perpetuo habitandi, quòd attendatur domiciliũ ipsius uxoris. & ita habeat locum dictum Bal. in d. l. fin. C. si a non compe. iudi. & ab ista distinctione non recedas in consulendo ac in iudicando, q̃a eẽt cõtra stimulũ calcitrare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilii loquens de lucro dotis secundnm communem Doct. sententiam locum non habet, quando alius pro muliere dotem dedit, & eum sibi restitui soluto matrimonio stipulatus est.*

2 *Amplia hanc communem etiam procedere in matre & patre stipulante dotem sibi reddi & nu. 3.*

4 *Idem & in tertio a dicto ad stipulandum animo donandi.*

Quæstio XVII.

1 Refricatur in dubium, nunquid statutum domicilii uiri de lucro dotis locum sibi uendicet quando alius pro muliere dotem dedit, & eam sibi restitui soluto matrimonio stipulatus est, & sequendo communẽ Doct. sententiam dicatis quòd nõ, quia uidetur cessare ratio l. exigere dotem, quòd iura sit in domicilium uiri, quia hic, cui dos restituẽda est, dictum domicilium iturus non est & sic cessat sequella fori ita in specie decidit Bald. in Rubr. C. de priuil. dot. col. 2. vers. sed statim quæro, quem sequitur Fely. in c. j. col. 14. versi. quarrò limita. de sponsal. Crot. in repeti. l. omnes populi, col. 5. nume. 168. ff. de iust. & iur. Ias. in l. cunctos populos, in. j. lectu. col. 6. versi. tertio limita, ubi loquitur in matre donante filiam, & quæ stipulata est dotem sibi reddi & in 2. lectu. col. 15. vers. tertiò limita, Mars. in l. fi. nu. 67. uersi. tertiò limitat. ff. de iuris. om. iud. & istam cõem esse opi-

opinionẽ firma. Purpur. in d.l.cunctos populos, nu. 146. ubi concludit per eandem rationem idem dici posse in patre stipulante dotem sibi reddi iux. tamen l. quoties, ff. solu. mat. & pariter idem in tertio adiecto ad stipulandum animo donandi, iux. l. dotis. ff. solu. mat.

3

SVMMARIVM.

1 *Statutum si disponat de lucro dotis inter sponsum & sponsam nondum celebrato matrimonio, an inspiciatur statutum loci contractus uel domicilii sponsi & nu. 3. ubi declaratur.*

2 *Sponsa de futuro non efficitur de foro uiri.*

Quæstio XVIII

1 Statutum si disponat de lucro dotis inter sponsum & sponsam nondũ celebrato matrimonio: an attendatur locus contractus celebrati uel domicilii sponsi. Bal. in authen. omnes peregrini, col. i. uersi. & ideo C. commu. de succesfio. uers. nota qđ quando princeps, tenet quod non inspiciatur domicilium uiri, uerum est quod Cur. iunio. in l. exigere dotem, in puncto iuris tenet oppositũ, quòd imo attendatur domicilium sponsi, cum & ipsa mutatura sit domicilium, & consequenter militet ratio d.l. exigere dotem, tamen prima pars amplectenda uenit, quam tenuit Ias. sequendo Bal. ubi supra in l. j. col. 6. uersi. limita communẽ cõclusiouem in prima lectura. C. de sum. trin. & fi. catho. quia sponsa nõ sortitur forũ sponsi sicut uxor mariti, & in 2. lectura, col. 14. in uers. ego limito communem doctrinam, quia per sponsalia non attendimus locũ mariti, & sic cessat ratio l. exigere. Idem uoluit Caccialup. ibi car. 16.

2 uers. quintus casus Fely. in c. i. colũ. 14. uersi. limita primo de sponsal. quia non est effecta de domicilio uiri l. ea quæ la 2. ff. ad municipa Bal. in quęstio. statuto in uerbo lucrum. Alex. in addi. ad Bar. in d.l. exigere in fi. Cro. in l. omnes populi col. 54. nu. 165 ff. de iusti. & iur. Barb. in ru. de consuetu. col. 13. uersi. & ideo si statutum, ubi refert elegans fore dictum Bal. & in loco extraneo ac illud esse bene notandum. Dec. in cõ si. 283. col. 3. Cur. iun. in d.l. exigere dotem, in. i. limita. & Cagnol. ibi, col. 4. ubi dicit hanc fore receptiorem sententiam Mars. in l. fi. nu. 65. ff. de iuris. om. iud. Moder. in repe. rubr. de dona. int. uir. & uxo. §. 55. col. fi. & dicit Purpura. in d.l. cunctos populos, nu. 143. quod ista opinio quæ ab omnibus indifferenter

3 approbatur, debet intelligi in terminis suis, quando sponsalia tantũ proprie sumpta fuerunt contracta, & de lucro dotali talis sponsæ mortuæ ante matrimonium tractatur, quia tali casu deficit conditio tacitaq; contractus dotalis l. in promittendo. in prin. ff. de iur. dot. & ideo nisi statutum sit in loco celebrati contractus de lucro dotali sponsus nihil retinet etiam si in loco sui domicilii uel etiam uxoris, adesset statutum deferens lucrum dotis sponso propter mortem sponsæ.

Non obstat ratio Cur. de qua supra, quia responderi potest ut dicũt Moder. Vercellen. ĩ d.l. exigere, hoc certum non esse quod ipsa mutatura sit domicilium, quia posset sponsa nuptias non contrahere, sicque in domicilium uiri non ire. Item & quia ante contractas nuptias, ergo ante non est proprie uxor, nec ut uxor de una loquitur leg. exigere

gere dotem iudicanda.& ideo sequitur quòd non attenditur domicilii sponsi sed locus celebrati cōtractus, si ibi uiget statutum, quòd post mortem sponsæ sponsus lucretur dotem aliàs nihil lucratur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis extans in loco domicilij uiri locum n n habet si maritus dotē restituere promiserit vxori tam in loco contractus quàm alibi, et vbique locorum: sed communis contra nu.4.*

2 *Renuntiatio ex verbis generalibus inducitur præsertim fauore dotis.*

3 *Contrahentes caueant ne ex effuso sermone in promptum incidant sui periculum, declarat nu.6.*

5 *Consuetudo domicilij viri limitat restitutionem dotis vbicunque petatur.*

7 *Renuntiatio non præsumitur vbi alia coniectura capi potest.*

8 *Statutum domicilij viri non attenditur vbi vir & vxor in contractu expressè disposuissent ꝙ in alio loco fieret restitutio dotis.*

9 *Pacta, quæ faciūt restitutioni dotis, sunt seruanda: & præsertim ea, quæ reddunt actionem dotis ad primenam suam naturam.*

Quæstio XIX.

1 Quæsitum fuit, An inspiciendum sit lucrum dotis domicilii mariti si ipse promiserit dotē restituere vxori, tam in loco contractus quā alibi, & ubiq; locorū. Primò quidem aspectu dicendum uideretur quòd non, ut dicit Curt. iun. in l. exigere dotem, col. 3. uer. prima dubitatio. ff. de iudi. quia uidetur cessare ratio dictæ l. exigere, quòd destinata sit solutio in loco domicilii mariti, ex quo fuit aliter per pactum prouisum per maritum, cui imputandum est, qui restitutionem dotis, ita generaliter pro-

2 miserit, cum etiam ex uerbis generalibus renūtiatio inducatur maximè fauore dotis l. fi. C. de dot. promis. & per quem tex. dixit Bal. in l. pactum quod dotali, col. 2. C. de collatio. ꝙ

3 cauere debent contrahentes ne sub effuso sermone in promptū incidant sui periculum, & præsertim cum huiusmodi statutum sit iuris cōmunis correctorium l. vbi adhuc C. de iur dot. & supra q. 2. Ideo in dubio censendum est, quòd ex prædictis verbis partes uoluerint ad dispositionem iuris communis redire l. si unus §. pactus ne peteret ff. de pact. non autem quòd attenderetur domicilium uiri.

4 Sed istis non obstantibus absq; dubio existimamus diuersam sententiā ueriorē esse ut in specie decidit Bal. in d. l. exigere dotem, in fi. ubi dicit quòd nō obstantibus uerbis promissionis de quibus supra inspiciendum est domicilium uiri, quia uidetur tacitè promissa restitutio secūdum cōsuetudinem terrę mariti ex interpretatione ipsius l. exigere, cui minimè

5 renunciatum esse intelligitur per huiusmodi uerba generalia: quia cōsuetudo domicilii uiri limitat restitutionem dotis ubicunque petatur, & Bal. sequitur Alex. in addit. ad Bart. in d. l. exigere, & in consi. 101. col. 3. uol. 3 Barb. in rub. de consue. co. 14. nu. 52. ubi refert Petr. de Ancha. ita etiam tenere in suis reportatis in d. l. exigere. Idem uoluit Ias. in l. cunctos populos, in i. lectu. col. 6. in fine dum allegat Bal. in d. l. exigere, in fi. & expressè in 2. lect. col. 14. uers. extende C. de sum. trini. & fid. catho. ubi inquit si alibi unquā legisse hoc dictum. Idem uoluerunt Socy. & Nico. de otto. quos refert & sequitur Caccialup. in ipsa l. cūctos populos, car. 16. co. 2. in fi. ubi dicit ꝙ per dic. uerba non censetur sublata dispositio iuris communis uolentis locum domi-

domicilii ipsius uiri attendi debere in dote restituẽda & eius lucro: nec esse mirandum, cum d.l. exigere sit fundata in eo, quia mulier nupta sequitur forum uiri l.cum quę dã puella ff.de iurisd.omn.iudi. & ideo æquũ fuisse ut domicilium uiri inspiciatur non uxoris aut cõtractus uel instrumenti dotalis. ipsamque sententiam Bal.denique sicuti fuerunt, Mars. in l.fi.nu.61.ff.de iurisd.omn.iud. Purpu.in d.l.cunctos populos, nu. 129. Cagnol.in ipsa l.exigere, col.7. uersicul.sed maior difficultas, D. meus Ruin.in consi.58.col.3.in fi.uol.3.

Non obstant modo adducta in cõtrarium, quia etsi principalis dispositio dictæ l.exigere non militet respectu loci exigendæ dotis ex quo per pactum aliud conuentum fuit: tamẽ militet in eo, quod ĩ fine illius legis dicitur, uidelicet quòd uxor in domicilium uiri itura sit, & hoc est illud in quo conclusio Bar.in d.l.exigere fundatur: quia quęritur marito statim celebrato contractu dotis ius in spe ad dictum lucrũ, & obligatur ad eiusdem dotis restitutionem cũ modificatione dicti statuti, cui minimè renuntiatum fuit: & tale tempus quo mulier est itura ad domicilium uiri, consideratur, nõ autem tempus soluti matrimonii, in quod cõfertur promissio de restituendo dotem: ita Purp.in ipsa l.cunctos populos, nu. 129. Cagnol.in d.l.exigere, col.7. in fi.D.meus Rui.ĩ citato cõs.58.co.3.

Nec est uerum, quod per dicta uerba generalia de restituendo dotem censeatur prędicto statuto renuntiatum: cum ipsa renuntiatio non præsumatur ubi alia coniectura capi potest ca.super hoc, de renũtia l.si cum aurum ff.de solut.& satis est quòd dicta uerba possint operari alio respectu, quia extra propriũ domicilium poterit conueniri uir ubi aliàs sine tali promissione non potuisset, & licet imputandũ sit ei qui utitur effuso sermone, iux.Bat. in d. l.quod dotali. Tamen id uerum est, quando salua ratione recti sermonis

7 uerba aliter intelligi non possent quam ut renuntiationem inducant l.si de certa l.sub prætextu C.de transactio. sed hic ut supra dictum fuit aliter intelligi possunt. Igitur &c.& ab ista opinione tanquam magis communiter recepta, tam in consulendo quam in iudicando recedendum fore non putamus.

8 Limita tamen hanc cõclusionem non procedere ubi partes in contractu expresse disposuissent, quòd in loco uxoris fieret restitutio dotis: quia tunc attenderetur statutum illius loci, ita concludit Alber. de Rosa.in tract.statu.in 2. parte q. 8.in fi. ubi dixit, quòd si statutum est Mutinæ, quòd mortua muliere in matrimonio perdat totam dotem, & Regii sit statutum ꝙ perdat tantũ dimidiã, & Mutinensis contraxerit matrimoniũ cũ Regiensi, & contractus dotis celebratus fuerit Mutinæ, in quo cõuenit maritus restituere dotem in ciuitate Regii: ꝙ licet videatur standũ esse statuto Mutinæ: tñ ꝙ seruandũ est statutũ Regii, q̃a ibi fictè videtur celebratus contractus rõne solutionis, quæ fieri debet Regii l.cõtraxisse ff.de actio.& oblig. qđ dictum notandũ fore ꝓ cautella inquit Cãpeg.in trac.dot.in 5.par. q.ult. col. fi.uers.qđ limita. Idem uoluit Bal.in cõs.31.uol.3.ubi determinat ꝙ licet attendatur quo ad lucrũ dotis domicilium uiri, iuxta dictã l.exigere dotẽ uulgarem licet notabilẽ: tñ id uerum est nisi aliud actum sit inter par-

9 tes, puta quia alius locus esset insertus restitutioni dotis. Nã pacta, quæ fauent restõni dotis, sunt seruãda, ꝓsertim ea q̃ reddunt actionẽ dotis ad primæ-

primęuam suam naturam d.l.si vnus §.pactus ne peteret. Quam partem etiam sequitur Fely.in cap.i.col.15. uersi.septimo & ultimo de sponsal. Crot.in l.omnes populi,in fin.col.i. de iust.& iur.Dec.in consi.283. col. penul.post Hornod.in consi.suo 69. circa fi.& in consi.402 col. 2.uersic. 2.hoc idem probatur. & istam esse communem opinionem fatetur,Pur pu.in d.l.cunctos populos, nu. 129. & Cagnol.in d.l.exigere,col.7.uers. septima limitatio.

SVMMARIVM

1 *Statutum domicilii viri attenditur quã do dos consistis in bo is immobilibus satis in domicilio contractus dotis ce lebratæ,sed contra secundum commu nem nu.6.*

2 *Statutum Perusinum, quod defert certam partem dotis uiro per mortem uxoris trahitur ad bona existentia Florentiæ, sed contra num.9.*

3 *Hæreditas est ius incorporale.*

4 *Dos est ius uniuersale.*

5 *Statutum de lucro dotis tanquam fauo rabile extenditur etiam quo ad bona sita extra territorium statuentium, contra nu.12.*

7 *Ratio l. exigere solum militat quando dos consistit in quantitate uel alia re mobili vel immobili in loco domicily viri,secus si alibi & nu.15.*

8 *Pupillus arrogatus propter diuersitatẽ patrimonium in diuersis locis potest in uno decedere testatus,& in alio intestatus.*

10 *Bona habẽs in diuersis tẽporis, quorũ quodlibet hẽt bursam fiscalẽ separatam,si delictum commiserit,propter quod omnia bona vbicunque sita pu blicentur vnusquisq; fiscus occupat bona sui territorii.*

11 *Statutum de lucro dotis locum non habet in bonis dotalibus existentibus extra territorium statuentium.*

13 *Statutum Bononię disponens quòd mu lier teneatur relinquere fratri tertiã partem dotis, & augumenti,ac omnium bonorum non extantibus ascen dentibus neq; liberis, est exorbitãs, odiosum,& strictè intelligendum.*

14 *Statutum quòd filiæ fœminæ non succedant extantibus masculis secundũ communem opinionem non porrigitur ad bona sita extra territorium statuentium.*

Quæstio XX

1 Quid quando dos consistit in bonis immobilbus, quæ sita sunt in loco ubi contractus dotis fuit celebratus:An tunc attendatur domicilium uiri,an uero contractus?Bald.in con si.208.uolu.3.concludit quòd in tali lucro inspicienda sunt statuta uigentia in domicilio uiri, & quòd nõ est curandum ubi positæ sint tres quæ sint datę in dotem,argum.l.fin.ff.de præscript.long.tempo. & l.fin.C. de cõtrahen.emptio. Idem tenuit ipse Bald.in repetitio.l.cunctos populos col.30.uersic.quintò quæritur C.de sum.trini. & fide catho.ubi cõcludit quòd si statutum Perusinum uxore
2 mortua defert certam partem dotis uel hæreditatis marito, trahetur ad bona existentia Florentiæ: quia secundum eum, quãdo tractatur de re
3 corporali attenditur locus ubi res sita est,secus in corporali,sicut est hæreditas l.hæreditas ff.de peti.hęred. & dos quæ est ius uniuersale l.quod dicitur ff.de impẽ.in reb.dotal. fact.
4 & per Docto.in Rubr.sol.mat. Ideo hæreditas & dos rei non cohærent: Sed si statutum diceret quòd uir lucretur immobilia uel mobilia, tunc quia statutum concernit rem attenderetur statutum loci ubi res est sita,&

tá,& Bal. refert ac ſequitur Alex. in conſi.141.col.penul.uol.7.Idem uo luit Caccialup.in d.l.cunctos popu los,car.15.col.3.uerſic. ſecundus ca ſus,ubi inquit hoc eſſe de mente Do ctorum communiter, & Iaſ. ibi col. 7.uerſic.ultimo,& Purpur.etiam ibi num 130.qui mouetur tali ratione, quia tale ſtatutum porrigit effectũ ſuum etiam quoad bona ſita extra territorium ſtatuentium cum ſit fa uorabile : quia factum , ut mariti ſit

5 proniores ad ducẽdas uxores, quòd reipublicæ intereſt l.i.ff.ſolut. matr. Cui ſententiæ quoque aſſentit Dominus meus Ruin.in conſil.58. col. 5.uerſic.6.uol.3.& in conſi.163.col. 2.vol.4.propter generalitatem l.exi gere dotem ff. de iudi. quæ uidetur ĩ diſtinctè locum habere ea ratione, quia uxor ſequitur forũ uiri,& quia contraxiſſe dicitur maritus tãquam iturus ad domũ ſuam . Ideo tunc ra tione contractus nõ ſortitur forum l.hæres abſens. §.fina. ff.de iudic. & ideo cum ipſa ratio ſit generalis ad omnem rem datam in dotem trahi- tur ſiue ſit mobilis ſiue immobilis.

6 Sed præmiſſis,non obſtantibus con- trarium cenſemus eſſe cõcludendũ, quòd imò attendendus ſit locus cõ- tractus ubi ſunt bona, ut in ſpecie di xit Bald.in l. cunctos populos C. de ſum.trini.& fid.cath.quem ſequitur Barb.in rub.de conſue.col.15.uerſi. limita etiam.

Nec habet obſtare l.exigere dotẽ quia illud ibi ẽ ex eo quòd maritus uidetur deſtinaſſe ſolutionem in lo co ſui domicilii & non in loco con- tractus:cum non eſſet ibi permanſu- rus: Ideo in loco deſtinatę ſolutio- nis debet conueniri l. contraxiſſe ff.

7 actio.& obli.quæ ratio ſolum locum habet quando dos in quantitate con ſiſtit uel in alia re mobili. Sed quan- do eſt data in dotem res immobilis in loco contractus non uidetur alibi deſtinata ſolutio ſi res erat ineſtima ta. Idem uoluit Deci in conſi. 283. col.7.uerſ.6.Marſ.in l.fi.ff.de iuriſd. omn.iud.nu.69.Cur.iun. in d.l.exi- gere,col.pe.Iaſ.in d.l.cunctos popu los,in 2.lect.col.15.uer.5. & ul.lim. Cagnol.in d.l.exigere,col.7.ubi at- teſtantur hanc eſſe cõem opinionẽ.

Non obſtant notata per Bal. in d. conſi.208.quia contrarium dixit idẽ Bal.in d.l.cunctos populos, & in ca. i.col.2.ff.de iura.calum. Nec eſt ue- rum quod dixit ipſe Bal. in repetit. dictę l.cunctos populos:quia reſpon

8 detur, quòd licet uerũ ſit quòd hæ- reditas & dos tanquã quid incorpo- rale & quid uniuerſale non concer- nat locum.tamen per hoc non ſequi tur quòd propter diuerſitatem pa- trimonium ſubiectorum diuerſis le- gibus ſeu ſtatutis , & ſic habentium diuerſas qualitates, non debeat fieri diuiſio dictorum bonorum diuerſi- modè,ſecundum uarietatem diſpoſi tionis legum uel ſtatutorũ , quibus ſubiiciuntur,ut per Alexa . in conſi, 128.col.4.in prin. uol. i. ſicut uide- mus quòd pupillus arrogatus pro- pter diuerſitatem patrimoniorum , quæ habet, põt in uno decedere te- ſtatus & in alio inteſtatus l. ſi arro- gator,ubi gl. & Doct.ff. de adoptio. Quæ reſponſio Alex.cõfirmatur per D.meum Rui.in conſi.48.col.2.uo. 3.ubi uoluit poſt Pet.Cy.Bal. Ang,

10 & Imo in l. ex facto proponebatur ff.de hæred. inſtitu.quòd ſi quis ha- beat bona in diuerſis territoris, quo rum quodlibet habet ſeparatam bur ſam fiſcalem & diſtinctam,& delictũ commiſerit taliter quòd omnia bo- na ubicunque ſita publicentur,unuſ quiſq; occupat bona ſui territorii,& cum habeatur fiſcus loco hæredis l. tutoris C.ad l.Iul.de ui.l.i.C.de bon. quæ lib.l.recuſare §.ſi fiſco ff.ad tre bel.

bel. quilibet fiscus agere potest in suo territorio contra debitores con demnati,& pariter respondere tenebitur fiscus quilibet debitoribus sui territorii. Multa etiam allegat quæ faciunt ad propositũ, quæ prætereo, cũ ipsa uideri possint.& ideo constat ex his dictam doctrinam Bald. nihil obstare huic sententiæ. Quod com-
11 probatur ex dictis ipsiusmet Bal. in d.c.i.de iura.calum.ubi inquit ꝙ tale statutum de lucro dotis non habebit locũ in bonis dotalibus existentibus extra territoriũ statuentiũ:quia licet speciale sit ĩ dote ut sequamur consuetudinem uiri d.l.exigere:Tamen id uerũ est in bonis subiectis illi consuetudini:quæ dat lucrũ dotis marito,uel quãdo quantitas aut genus sunt in dote,secus si species territorio cohærẽtes sint extra territorium ipsorum statuentium.

Nec põt fieri fundamẽtũ in dictis Ias.in d.l.cunctos populos,quia ipse fundatur in dicto Bal. in citato.ca.i. de iura.calum.ubi expresśè Bald.tenet oppositum.

Minusq; obstant dicta Purp. in d. l.cunctos populos, quoniã nõ est uerum ꝙ huiusmodi statutum sit fauorabile,Imo odiosum & strictè interpretandum, ut latè demonstraui supra q.2.post Abb.in consi.i.co.2.vol. 1.& in cõsi.79.col.2.uol.2.Pro cuius cõfirmatione faciunt notata ꝑ Soc. in cõs.110.col.i.in fi.uol.3.ubi dicit ꝙ statutũ inclitæ ciuitatis Bononiæ sub rubri.de dotib.restituẽdis, dispo
13 nens ꝙ mulier teneatur relinquere fratri tertiam partem dotis & augumenti ac oĩum bonorũ non extantibus ascendẽtib.neq; liberis est exorbitans a iure cõi & odiosum,quia ꝓhibet mulierem disponere de bonis suis:quod est contra ciuilem & naturalem æquitatẽ,quę habet,quòd quilibet de bonis suis debet ad libitum disponere l.in re mãdata C. manda. l.ẽt.§.licet ff.sol.mat.Itẽ & secundò est contra ordinẽ iuris cõis l. fratris C.de inoffi.test.& quia aufert liberã disponendi facultatem l. stipulatio hoc mõ concepta ff.de uerb.obli. & ideò quòd strictè debet intelligi in terminis tantum in quibus loquitur ut minus corrigat ius cõe l.fin.§.in cõputatione C.de iure delib.& Soc. sequitur Paris. ubi ẽt alios citat in cons.12.col.2.in prin.uol.3.
14 Et pro corroboratione,ꝙ statutum nõ extẽdatur ad bona sita extra territoriũ se offert cõis conclusio Bart. de qua in d.l.cunctos populos, in 6. q.principali, ubi concludit quòd statutũ disponens, quòd filiæ fœminæ non succedant extantibus masculis, nõ porrigitur ad bona sita extra territorium statuentium. & istã opinionem Bar.uti cõmunem amplectitur, Anch.in c.canonum statuta,in 11.q. uersic. quid in successione,& in 12. uersi.sed remaneret fortè,& plenius in uersi.quæro iuxta prædicta, de cõsti.& Alex.in cons.16.uol.i. in prin. ubi attestatur hanc esse magis cõmunẽ opinionem.Soc.in consi.74.co.5. uersi.sed ad hoc respõdeo tripliciter uol.i.Dec.in cons.276.col.pen.& in consi.314.in fi.Corn.in cons.75.litera.H.uol.3.Ias.in cõ,163.col.2.uol. 2.Cur.iun.in cõs.108.col.9. Gozad. in cõs.49.col.3.Paris.in cõs.84. col. 8.uol.i.& in cõs.68.in ult.dubio,uo. 2.& in cõs.12.col.fi.uol.3.Si ergo tale statutũ uti odiosum non extenditur ultra fines & territorium statuẽtium: Idem pariter dicendum in terminis huius statuti, cum militet eadem rõ,ergo & eadem dispositio, argu.illud ff.ad l.aquil.& in specie contra Purp.tenuit Cagnol. in d. l. exigere dotem,col.8.in prin.

Vltimò nõ obstant dicta per Domeũ Ruin.in d.consi.163. ꝙ ex quo

ratio

ratio dictæ l. exigere, est generalis quòd trahi debet ad omnẽ dotẽ datam, tam in mobilibus quàm in im-
15 mobilibus siue sint sita in territorio domicilii uiri quã extra: quia respõdetur quòd ratio ipsius legis etsi generalis sit, tamen generaliter tantum intelligi debet quoad bona mobilia & immobilia sita in territorio statuentium, nõ autem ad alibi sita, alias destrueretur cõis conclusio de qua supra, quòd statutũ odiosum nõ porrigitur ad bona alia sita, ex defectu potestatis, quæ in quocũq; actu requiritur l. cum te C. de dona. ante nup. c. super eo, de offi. deleg. & ita in specie dixit Bal. de quo idem Do. meus Ruin. mentionem nõ facit, in d. c. i. col. 2. de iura. calũ. & ita teneas hanc conclusionem tanquam ueriorẽ, magisq; a Doctoribus receptam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilij viri loquens de lucro dotis non habet locum si post matrimonium & contractum dotis maritus mutauit domiciliũ, in quo per mortem uxoris fuit dissolutum matrimonium: sed in contrarium est cõmunis vt nu. 3*

2 *Forum sortiri & statutis ligari a pari procedunt: quod tamẽ declaratur nõ procedere in terminis huius quæstionis vt in nu. 7.*

4 *Lex si vxor. ff. de iudi. pluribus modis declaratur, & nu. 5. & 6.*

8 *Dispõ l. exigere habet locũ si cã alibi agitaretur quàm in domicilio uiri.*

9 *Maritus qui promisit dotem restituere vxori tam in loco contractus quàm alibi & vbiq; locorum, licet alibi possit conueniri: tamen quo ad lucrũ dotis habebit locũ domiciliũ ipsius viri.*

Quæstio XXI.

1 An statutum domicilii uiri, quod habebat tempore contractus dotis, attendatur in lucro dotis, si post cõtractum dotis celebratę maritus mutauit domicilium in quo matrimonium fuit dissolutũ per mortẽ uxoris. Salyc. ponit hanc quæstionem in l. cunctos populos, col. 3. uersic. item quæro si in ciuitate C. de sum. trin. & fi. cath. & decidit quòd non sit inspiciendum in restitutione dotis statutum domicilii uiri, quod habebat tẽpore confecti matrimonii, sed statutum loci in quo ipsum matrimoniũ morte dissolutũ fuit: quia cum maritus lucretur dotem propter mortẽ uxoris, eaquè mors det ius exigendi ac ipsum contractum resoluat; meritò locus ille debet attendi, quia non prius lucratur maritus quã eueniat casus restitutiõis: In domiciliũ ergo illud est collata restitutio l. exigere ff. de iudi. Idẽ tenet Dec. in cõs. 283. col. pen. ĩ uers. 7. accedit, ubi inquit, ꝙ ex quo uxor mortua est in alio loco quã domicilii primi uiri, maritus põt ibi cõueniri pro restitutione dotis ꝑ l. si uxor ff. de iudi. ubi mulier, si diuertit a uiro legato Romæ, ꝓ dote cõsequenda, põt eum in urbe conuenire: & sic attenditur locus restitutionis, ut ẽt dicit Fel. in c. fi. de foro compe. ergo & pariter secundum
2 Dec. debet attẽdi statutum illius loci, in quo conueniri põt, cũ a pari ꝓcedant forũ fortiri & statutis ligari.

3 Quibus non obstantibus, quæ uerè nõ obstant: Tu firmiter teneas cõtrariam sententiam, quòd attendatur primũ domicilium uiri, non aũt statutũ domicilii in quo dissoluitur matrimonium, ut tenuit Fely. in c. i. col. 15. uers. tertiã conclusio, de sponsal. post Ant. de But. Cald. & Panor. ibi, per gl. in d. l. si uxor: quia attenditur locus obligationis ex contractu destinatæ, nõ locus obligationis purificatæ & sic attenditur primum domicilium uiri obligatio. n. ad dotem & dotis

& dotis retentionem oritur tempo
re contractus conditionaliter puri-
ficanda per actum mortis, attendit
ergo locus destinati contractus &
obligationis tempore contractus
non locus purificatæ obligationis.
Nam dato quod tempore existentis
conditionis oriatur obligatio, uin-
culum tamen trahitur ad locum cō
tractus destinati. Idem uoluit So-
zyn.in c.dilecti.col.fi. de foro com.
ubi dicit hanc opinionem iustissi-
mam, quia alias de facili maritus
posset defraudare hæredes uxoris.
Hoc etiam tenuit Alexan. in cons.
100.colū.pen. uolu.3. Caccialup.in
repet.dictæ l.cunctos populos, car.
19.uersi.tertius casus,& Ias.ibi in.i.
lectura,col.7.vers. secundum dubiū
& in.2.lectu.col.14.uers. istam com
munem cōclusionem. Crot.in l.om
nes populi,nu.170.ff.de iusti. & iu-
re.hac ratione, quia obligatio cen-
setur contracta secundum consuetu
dinem domicilii, quod maritus ha-
bebat tempore quo dos fuit data,
& quę obligatio non potest uaria-
ri in præiudicium mulieris, cui sen-
tentiæ etiam adhærent Marf.in l.fi.
colum.22.num.62. ff.de iurisd. om.
iud.Cur.iun. in d.l. exigere, nu.19.
& Cagno.ibi col.8. uers. tertio am-
pliatur, col.3. vbi dicit hanc esse re
ceptiorem sententiam, & in versi.
vndecima limitatio. Purpur. in d.l.
cunctos populos,nu.124. Do.meus
Rui.in consi.58.colum.2. in princ-
col.3.& col.5.uersi.7.uolu.3.

Non obstat quę ex aduerso addu
cta fuere. & primo dictum Salycet.
in d.l.cunctos populos, quia ex au-
toritatibus supra relatis constat cō
munem opinionem fore contra Sa-
lyc.cum minime uernm uideatur ꝙ
attendatur locus purificatæ obliga-
tionis, sed locus obligationes ex cō
tractu destinatæ.

4 Similiter non obstat d.l. si uxor,
quia multis modis respondetur. &
primo quod ideo maritus conueni
tur in urbe Romana, quia ibi con-
tractus matrimonii fuit celebratus,
Ideo nimirum si eo in loco potest
conueniri, secus si alibi, ita Bar.in
d l.si uxor,post gl. & Doct.ubi pari
ter idem tenent Paul.& Ang.& Fe-
ly.in d.rubri. de sponsal.d. uersi.ter
tia conclusio.

5 Secundo accommodatur alia re-
sponsio,quod ipsa l.si uxor solum
locum habet quando matrimoniū
fuit solutum diuortio, & sic quādo
interuenit factum mariti. Ideo tūc
amittit quod ei conceditur uigore
dictæ l.exigere dotem, secus quan-
do soluitur id ipsum matrimonium
morte uxoris,quia tunc cessat ratio
prędicta & habet locum d.l. exige-
re:ut declarat Anto. de Butr.in d.c.
j.de sponsal.in fi. & Pau. de Cast.in
d.l.si uxor,in fi.quos refert & sequi
tur Do. meus Ruin.in d. consil.58.
col.5.uol.3.

6 Tertio & ultimo respōdetur quod
licet in casu dictæ l. si uxor maritus
Romæ possit conueniri, & ibi dos
exegi,tamen ibi tex. non aperit ꝙ
in lucro dotis non attendatur pri-
mum domicilium uiri, quod debet
attendi ex ui dictæ l. exigere, quæ
locum habet in domicilio, quod ha
bebat maritus tempore contracti
matrimonii,ut per Alex.in d.consi.
100.colum.3. & Purpur. ubi supra,
nu.124. Nec habenda est in consi-
deratione illatio, quam facit Dec.
in d.consi.283.col. pen. quod paria
7 sint forum sortiri & statutis ligari,
quoniam in terminis huius quæ-
stionis, de qua agitur, uiribus non
subsistit, ut dictum fuit supra in
8 q.15. ubi demonstraui post Cuma.
in consi.72. col.2.& 3. quod dispo-
sitio ipsius l.exigere locum habet

&

& attendi debet quoad lucrum dotis etsi causa alibi agitaretur, & sic quòd pacta non sunt forum sortiri & statutis ligari.

Quod & comprobatur per com-
9 munem conclusionem quæ habet, quòd si maritus promisit restituere dotem uxori, tam in loco cõtractus quam alibi, & ubique locorum, licet alibi possit conueniri, tamen quoad ipsum lucrum dotis attenditur domicilium uiri ut latissimè dixi supra q. 19. Vnde ex his resultat, quòd malè sentit Dec. in d. cõs. 283. prout in specie cum reprobat Do. meus Ruin. in d. consi. 58. col. 3. versicul. nec obstat tertiò dum dicitur: ubi in eodem casu consuluit contra Dec. cõfutando omnia eius dicta in citato consil. 283. Atque ideo sequenda est huiusmodi conclusio tã quam iuri consona & magis amica veritati.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilij viri loquens de lucro dotis intelligitur de domicilio originis & non habitationis, sed in contrarium est communis ut nume. 15. & 25.*

2 *Locus originis atque domicilij habitationis ubi in persona vnius concurrũt in diuersis locis præfertur locus originis.*

3 *Statutum originis quando contrariatur statuto domicilij habitationis, semper attenditur statutum loci originis & non habitationis.*

4 *Domicilium habens in loco originis & incolatus si eodem tempore vocatur ad honores & munera præfertur ciuitas originis.*

5 *Legatum si quis fecerit ciuitati suæ, cũ habeat ciuitatem originis & habitationis debetur ciuitati originis tã quam potentiori.*

6 *Domicilium originis non perditur licet quis ad alium locum transferat incolatum, quia illi nec tacitè nec expreßè renuntiari potest: etiam si ille locus esset vilißimus ut nu. 10. Quod ampliatur non tantum quo ad temporalia, sed etiam ad spiritualia nu. 11. & etiam si quis staret absens per mille annos vt nu. 13.*

7 *Item nec per adoptionem amittitur.*

8 *Nec per relegationem.*

9 *Minusq; per monachationem.*

12 *Iura sanguinis sicut pactis aut uoluntate dirimi non possunt, ita & naturalis origo.*

14 *Mulier quæ est nupta extra locum originis non desinit esse ciuis ciuitatis originis quo ad commoda & fauore, & gaudet beneficij statuti dictæ ciuitatis dummodo propter id non separetur a seruicio viri.*

16 *Forum domicilii potentius est quàm sit forum originis.*

17 *Diœcesis alicuius illa propriè dicitur in qua quis habet domicilium habitationis, licet ex origine alibi sit natus.*

18 *Diœcesani appellatione intelligitur de Diœcesano ratione domicilii habitationis.*

19 *Domicilii vel ciuitatis appellatio in dubio.*
in statutis refertur ad ciuitatem vel domicilium habitationis & non originis.

20 *Domicilium proprium dicitur habitationis.*

21 *Subditus ille proprie dicitur, qui est subditus rõne domicilii potius quã originis.*

22 *Pisanus vel Florentinus in dubio intelligitur de eo qui habet domicilium habitationis.*

23 *Statutum loquẽs de Ianuensibus simpliciter, debet intelligi in propria significatione, & sic de Ianuensibus ratione domicilij.*

24 *Domicilij quando quis habet in vno loco, & originem in alio, & debet iudicari secundum locum originis vel domicilij consideranda est subiecta materia, et si ea respicit domicilium iudicabitur secundum ipsum domicilium, & non secundum originem, alias secus.*

25 *Lex libertus §. præscriptio ff. ad municipa. declaratur duobus modis, & & nume. sequenti.*

Quæstio XXII.

Sequens quæstio est. Quia supra
sæpius in varijs diuersisq; quæstio-
nibus cõclusum fuit, quod in lucro
dotis attenditur domicilium viri &
non vxoris: de quo domicilio intelli
gatur, an originis vel habitationis.
& prima facie dicendum videretur,
1 quòd huiusmodi statutum intelligẽ
dũ esset de domicilio originis, quo
2 niam vbi in personam vnius concur
runt in diuersis locis locus originis
atq; domicilij ratione habitationis
præfertur locus originis l. libertus.
§. præscriptio. ff. ad municipa. per
quem tex. dixit Roma. in consil. 39.
in fi. quòd quãdo statutum originis
3 contrariatur statuto domicilij habi-
tationis, semper debet attendi statu-
tum loci originis. quod & prius vo-
luisse dixit Albe. de Rosa. in l. cũctos
populos C. de sum. trin. & fi. cathol.
per l. nulli. C. de epis & cle.
Secundo facit gl. notabilis in l. i.
C. de municipa. & orig. lib. 10. & ibi
4 Doct. vbi dicunt quòd si habens do-
micilium in loco originis & incola-
tus eodem tempore vocatur ab vtra
que ciuitate ad honores & munera,
quòd præfertur ciuitas originis, cu-
ius causa fortior est, & iõ ex hoc in-
5 fert ibi Io. de Plat. ꝙ si quis facit le-
gatum suæ ciuitati, cum habeat ciui
tatem originis & habitationis ꝙ le-
gatum debetur ciuitati originis tan
quã potentiori. Idque etiam volue-
runt gl. & Doct. in l. ciues C. de in-
col. lib. 10.
6 Tertio accedit. Nam domicilium
originis non perditur licet quis ad
alium locũ transferat incolatũ, quia
nec mutare nec illi expresse nec ta-
citè renũtiare põt. vt tenuit Cum.
in consi. 177. col. 3. versi. nouissimè
probatur per tex. in l. assumptio, in
princ. ibi nec recusando patriam ex
qua oriundus est ff. ad municipa. &
l. origine propria neminem posse
voluntate sua eximi, manifestum
est C. eod. titu. de municip. & origi.
lib. 10. nec etiam per adoptionem
7 mutatur nec amittitur l. ordines §.
8 fin. ff. ad municipa. l. adoptionibus
9 ff. de adoptio. nec etiam per relega-
tionem glo. in l. eius la 2. ff. ad muni
10 cipa. Minusq; per monachationem
11 l. deo nobis C. de epis. & cler. etiam
si locus originis esset vilissimus l. fi.
vbi no. C. de municip. Quod quidẽ
procedit non tantum quoad tẽpora
lia, verum ẽt quo ad spiritualia Pro
quo ẽt facit, quia licet iura sãguinis
12 pactis aut voluntate dirimi non pos
sunt l. iura sanguinis ff. de regu. iur.
l. ius agnationis ff. de pact. Ita & na
13 turalis origo l. pen. ff. de Senato. &
istud adeò locũ habet, ꝙ si quis ab-
sens staret per mille annos semp re
tineret domiciliũ originis vt dixit
Bar. in l. q̃sitũ p illũ tex. ff. de leg. 3.
Quarto hæc opinio confirmatur
ex eo quod notat Bar. in l. fi. §. idem
respondet ff. ad municipa. quem se-
quuntur Bald. & Saly. in l. 2. ff. de iu
risd. omn. iud. & D. meus Rui. in cõ-
sil 49. col. pen. vol. 3. in quantũ vult
14 ipse Barto. ꝙ mulier quæ est nupta
extra locum originis non desinit es
se ciuis ciuitatis originis quo ad cõ
moda & fau[ore]s dũmodo pp id nõ
separetur a seruitio viri: & gaudet
benefi-

beneficiis statuti dictæ ciuitatis vnde oriunda est d.l origine C. de municip.& orig.lib.10.

15 Sed his nõ obstantibus contraria pars est de iure veriore, videlicet quod verbum domicilij viri debeat intelligi de domicilio habitationis: quia
16 forum domicilij est potentius quã sit forum originis,vt not.per glo.in c.statutum.§.cum vero, de rescript. in 6.& quam pro singulari ibi ponderant Do. & Franc. & dicũt quod illa
17 propriè dicitur diœcesis alicuius in qua quis habet domiciliũ habitationis licet ex origine alibi sit natus. Quod & uoluit Spec. in tit. de citatione.§.i.versi.& no.vbi appellatio
18 ne Diœcesani intelligitur de Diœcesano ratione domicilij habitationis.Ad idem facit quod per ipsam gl. dixit Anto.de But. in consi.21. in fi. quem sequitur Dec. in consil.352.
19 col.i.in fi.vbi tenuit, quòd in verbis statutorum,domicilii vel ciuitatis appellatio in dubio refertur ad ciuitatem vel domicilium habitationis & non originis. Quod & placuit Fely.in c.i.in fi.de sponsa.& Alex.in l.cum quædã puella,col.3. ff. de iurisd.omn.iud.Innoc. & alij Doct.in c.fi.de fo.comp.Afflic.decis.384. in fi.Dec.in l.si eadem , in 2. notab.ff. de offi.accesso.Hanc quoque sententiam amplexius fuit,Socy. in consi.
20 79.col.3.vol.4.vbi proprium domiciliũ dicit habitationis: & ille propriè
21 dicit subditus, qui est subditus rõne domicilij potius quã originis per gl. in clem.i.in verbo subditos.de fo.cõp. Idẽ dixit D.meus Rui.in conf.120. nu.20.vol.4.Quod & cõfirmatur ex dictis per Dec.in d.consi.352. col.i. & in consil.550.col.2. vbi vult quod in
22 dubio Pisanus vel Florentinus intelligitur de eo qui habet domiciliũ
23 habitationis : subdens quòd statutum.loquẽs de Ianuensibus simpliciter debet intelligi in propria significatione , secundum quam Ianuenses dicuntur qui sunt Ianuenses ratione domicilij.Pro cuius corroboratione facit quod notat Socy. in c.fi.col.6.versicu. quinto principaliter quæro,de foro compe.quem sequitur Dec.in consi.352.col.2. & Domi. meus Rui.in consi. 120. col. 3.volu.4.vbi concludit quòd quando quis in vno loco habet originem & in alio domicilium,& debet iudi-
24 cari secundum locum originis vel domicilij,consideranda est subiecta materia,& si ea respicit habitationẽ & domicilium secundum locum domicilij & habitationis debet iudicari,& attendi non debet origo sed subiecta materia de qua in statuto de quo supra:quod enim fundatur in l. exigere dotem habet considerationem ad domicilium habitationis quod habebat maritus tempore cõtractus matrimonij ad quod mulier itura erat vt legitur in ipsa l. exigere.Igitur secundum domicilium habitationis & non originis viri iudicandum erit.

25 Sed quod in terminis de quibus tractatur verbum domicilij intelligatur de domicilio habitationis voluit Alex.in consi.101. col.2.vol.3. per rationem dictæ l.exigere,iuncta glo.in verbo reditura, quæ quidem est,quia mulier erat itura ad domicilium viri,& quæ ratio solum respicit locum. in quo maritus habitat tempore dotis constitutæ. Idem tenent Bald.in consi.31. vol.3. Crot. in l.oẽs populi,col,pen.ff.de iust. & iure.Cremen.in sing.67.Iaso.in l.si arrogator,col. 18. ff.de adoptio. in d.l.cunctos populos,col, 6. Caccialup.ibi car.17.versi..... ac Purpura. num.124.Cur.iunio.in d.l. exigere, nu.18.& Cagnol.col.8.versicu.nona limitatio,vbi attestatur hanc esse

communem opinionem. Marſ. in l. fi.nume.63.ff.de iuriſ.omn. iud. D. meus Ruin.in conſi.58.colu.2.& 4. verſicu.4.principaliter,& in uerſic. præterea,uol. 3. & in conſi. 59. col. 5.in prin.eo.uol.3.

Non obſtat modo text.in dic.l.li bertus §.præſcriptio,ubi potentior
26 eſt locus originis:quia duobus mo dis reſpondetur per Alex.in d.conſ. 101.col.penul. Primo quòd illud eſ ſet verum,quando domicilium originis ita fuiſſet compræhenſum a le ge vel ſtatuto ſicut domicilium habitationis. Sed in terminis huius quæſtionis non intelligitur compręhenſum niſi domicilium habitationis d.l.exigere,in uerbo reditura.
27 Secundò reſpõdetur per Alex. poſt Bal.in l.i.C.de municip.& orig.lib. 10.quòd ratio, in qua fundatur diſpoſitio dicti §.præſcriptio,eſt quia obligatio ad munera perſonalia ſub eunda fuit prius contracta apud locum originis:nimirum ergo ſi locus originis præferri debet loco alterius domicilii poſtea acquiſti l. in operis C.loca.quæ ratio ceſſat in ca ſu præſenti ubi non tractatur de ob ligatione munerum perſonalium. Quam reſponſionem dicit Iaſ. in d. l.ſi arrogator,col.19. non eſſe obliuioni tradendam.& quam etiam ſequitur idem Iaſ.in d.l.cunctos popu los,col.7.in princ.& D. meus Ruin. in d.conſi.120.col.fi.uol.4.

Pariter non obſtat quòd domiciliũ originis quis non perdit ſed retinet quoad fauores licet transferat incolatum in alium locum,quia reſpondetur cum Alex.in d.conſi.101.col. pen.& Cagno.in d.l.exigere, quòd iſtud eſt uerum in ſe, ſed non quadrat in propoſito huius quæſtionis, cum domicilium originis nunquam intelligatur fuiſſe compræhenſum in dicta diſpoſitione legis uel ſtatuti, ſed tantum domicilium habitationis. Igitur imponendo finem huic quæſtioni tu ſequere hanc partem tanquam receptiorem.

SUMMARIUM.

1 *Statutum lucri dotis domicilii viri. An locum habeat quando contractus dotis non fuit celebratus in loco viri nec uxoris ſed in tertio loco.*

Quæſtio XXIII.

1 Succedit & alia quæſtio,An ſtatutum domicilii uiri,de quo ſupra,locum habeat,quando contractus dotis fuiſſet celebratus in tertio loco ĩ quo nec uir nec uxor domicilium haberet.Purpu. in l. cunctos populos.col.25. uerſicu. 2. declaretis C. de ſum.trin.& fid.catho ut referunt Moder.Vercellen. in l. exigere dotem,col.fi.in prin.ff.de indi.uidetur tenere quòd domicilium uiri nõ attendatur, quia ceſſat ratio ipſius l. exigere,& ideo quòd res remanebit in diſpoſitione iuris communis ſecundum quod locus contractus in iis quæ reſpiciunt deciſionem attendendus eſt l.ſi fundus ff. de euictio. quaſi iſta fuerit mens partium ex quo noluerunt contractum facere in foro uiri uel uxoris, ſed in loco tertio.Quod tamen ſecundum ipſos Moder. admittendum fore non arbitrantur cum hoc ſit contra rationem de qua in d.l.exigere in fi.cum gl.quæ eſt quòd mulier itura eſt ad domicilium uiri,cuius forum ſequitur Item & quia,cum maritus contraxerit tanquam ſtatim receſſurus, tertius ille locus non cẽſetur locus contractus nec attenditur,ſed domicilium uiri & locus contractus ille cenſetur, cum ibi tacitè ſit deſtina-

ta solutio restitutionis dotis. Mihi autem uidetur quòd pręfati Moder. non bene mordeant, Purp. cum & ipse sequatur in d. l. cũctos populos, hanc sententiam quòd imò inspicia tur statutum domicilii uiri, si eius dicta lynceo oculo considerentur. Nam ipse facit differentiam, An spõ salia sint facta de futuro uel de præsenti: & si quidem de futuro ut in primo casu sponsalia facta fuerint, & in tertio loco, in quo nec sponsus nec sponsa non habebat domicilium quòd tunc ipse tenet quòd non habeat locum dispositio l. exigere dotem, cum cesset eius ratio: atq; ideo quòd attendetur ius commune, & sic locus contractus d. l. si fundus. Si autem fuissent sponsalia de præsenti, quæ sunt matrimonium, tunc qui dem, quia uis matrimonii præponderaret attenderetur domicilium ui ri per rationẽ ipsius l. exigere, quæ, cum sit generalis, ita militat quando contractus dotis fuit celebratus in tertio loco, sicut si ĩ loco uiri uel uxoris. & sic ex istis constat Purp. eiusdem sentẽtiæ fuisse, cuius & ipsi Moder. Vercellen. fuere, atque ideo ipsam sententiam sequendam esse.

SVMMARIVM.

1 *Statutum expreßè disponens quòd uxore præmoriente sine liberis maritus lucretur totam dotem vel partem in præiudicium filiorum primi matrimonij secundum communem opinionem valet.*

2 *Lex, hac edictali. C. de secun. nup. continet ius voluntarium & positiuum non ius necessarium & naturale, & ideo per statutum tolli potest.*

3 *Statutum derogando dictæ l. hac edictali, & sic permittendo lucrum marito existentibus filijs ex primo matrimonio censetur etiam permittere dationem in dotem, ex qua sequitur lucrum.*

4 *Consequens qui vult, etiam vult necessarium antecedens ad illud.*

5 *Lex codicillis §. mater. ff. de lega. ij. & lex, si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. declarantur.*

6 *Statutum quòd vxore præmoriẽte maritus lucretur dotem extantibus filijs primi matrimonij eis aufert legitimam.*

7 *Statutum dequo supra est fauorabile, vt viduæ facilius virum reperire possint.*

8 *Paulus de Castro fuit vnus ex compilatoribus bonorum statutorum Florentiæ.*

9 *Argumentum de pacto ad statutum negatiue nõ valet, nisi quando pactum esset contra bonos mores, & nu. 10.*

Quæstio XXIIII.

Sequens dubitatio est, An statutũ expreßè disponens quòd uxore præmoriente maritus lucretur dotem ĩ præiudicium filiorum primi matrimonii ualeat uel ne. Prima facie vi-
1 deretur dicendum quòd tale statutũ non posit præiudicare filiis prioris matrimonij, sicut eis non potest præiudicari per pactum l. hac edicta li. C. de secun. nupt. ubi in pacto est casus legis expressus, & refert Do. meus Rui. in consi. 64. col. 2. uol. 3. quòd nonnulli ita tenuerunt: tamen quia hæc opinio communiter reprobatur ut ex infra dicendis liquido apparebit: ideo tu teneas quòd huiusmodi statutum ualeat, ut uoluit Bald. in l. i. col. 3. uersi. 3. quęro C. de inoffi. dotibus. ubi dicit per statutũ posse derogari dictæ l. hac edictali, & istud non recipere dubium, quia illa lex cõtinet ius positiuum, quod per statutum tolli potest. Quod &

firmat ibi Pau.de Cast. col.2. Idem
tradit ipse Bald. in d.l.hac edictali,
col.2.versi.modo hic incidūt, & ibi
Saly.q.6.in fin.& Bal.in consi. 495.
vol.5.dicens quòd ipsa lex,hac edi-
ctali,potest tolli per contrarium sta
tutum,dummodo sit euidenter con
trarium,idest incōpasibile cum te-
2 nore illius legis:quia ipsa lex conti
net ius uoluntarium & positiuum ,
non ius necessariū & naturale, iux.
notata similiter in auten. sed si quis
in gl.magna in fi.C.de secun. nupt.
Huicque sententiæ assentiunt Pau.
de Cast.in consi.237.col.2. secundū
antiquam impressionem,& in cons.
192.col.2. vol.i.secundum nouam ,
& in consi.448.col.2.vo.2.& Socy.
in consi.52.vol.3.vbi in j.col.in ver
sicu.præterea,& in col.2.versi.vnde
considero,refert hanc esse opinionē
omnium.quòd huiusmodi statutum
sic specificè disponens potest tolle-
re dispositionem ipsius l. hac edicta
li, ex quo verba sunt expressa & cla
ra in quibus nulla cadit interpreta-
tio l.ancillę C.de fur.& ex iis infert
3 quòd statutum derogando dictæ le-
gi, hac edictali.& sic permittendo
lucrum marito existētibus filijs ex
primo matrimonio censetur etiam
permittere dationem in dotem , ex
4 qua sequitur lucrum tāquam neces-
sarium antecedēs, quia qui vult cō-
sequens,vult & necessarium antece
dens ad illud l.ad rem mobilem l.ad
legatum ff.de procura.Vnde isto ca
su virtute statuti alienatio non dici
tur prohibita sed permissa:& ita tol
litur quod habetur in l.codicillis.§.
mater ff.de lega.2 & l.si ita quis §.
ea l.ff.de verb.obli.quæ dicūt quòd
ille qui prohibetur alteri dare tene-
tur facere, nec ad aliam personam
perueniant contra iuris dispositio-
nem,quia illa iura loquuntur in ma
teria prohibita in antecedenti vel

5 consequenti, secus vbi verba statuti
sunt clara in vtroque scilicet antece
denti & cōsequenti , vt declarat Bal.
in d.consi.495.col.3.versi. & hoc ēt
probatur, quem sequitur Socyn. in
consi.35.in i.q.vol.4.& Paris. in cō
sil.91.col.penul.vol 3.& adeò vali-
6 dum erit istud statutum quòd ex eo
potest tolli legitima filiorū , vt per
Cy.in l.sancimus C.de nupt.& Pau.
de Cast.in d.l.i.C.de inoffi. doti. &
Dec.in consil. 19.col.2. & Alcia. in
tracta.præsumptio.in i. regula præ-
sumptio.8.nu.5. & Paris.in d.consi.
91.col. 3.vol.3. & præsertim debet
7 valere cum tale statutum sit fauo-
rabile & inductum fauore matrimo
nij , vt viduæ facilius virum reperi-
re possint : quod quidem publicam
vtilitatem concernit,vt per Bald.in
d.consi.495.col.4.versic. item quia
& in fi. vbi dicit non obstare si dica
tur quòd hoc statutum contineat
quandam iniquitatem ,cum exclu-
dat filios primi matrimonij, quia di
cit ipse,concedo. quòd istud ius nō
est æquum tamen est bonum secun
dum situm generatiuæ est appetiti-
uæ regionis . Hoc idem dixit Paul.
de Cast.in d.l.i.de inoffi.dot.vbi in-
quit se recordari,quòd cum esset u-
8 nus ex compilationibus nouorum
statutorum Florentiæ , quòd fecit
poni in isto statuto & addi , quod
prius non erat, videlicet quòd mari
tus lucraretur dotem etiam extanti
bus filijs prioris matrimonij : quia
viduæ non reperiebant maritum ,
quando habebant filios ex primo vi
ro.Id etiam voluit Dec.in d.consil.
19.col.2.& Paris.in citato cons.91.
col.3.& inquit Alcia. vbi supra. nu.
6. quòd istud statutum factum fuit
& iusta & ratiorabili causa , scilicet
vt viduæ citius reperiāt viros, quas
(vt communiter) propter onera li-
berorum prioris matrimonij nisi cū
maxima

maxima difficultate viri in vxores ducere nolunt & in hanc sententiam similiter inclinati sunt Ias. in autēt. præterea, col. 5. & ibi Dec. in 4. notab. ac Cur. iun. nu. 26. C. vnde vir. & vxor. Dec. in consil. 195. col. 2. & in consi. 283. col. 1. Brun. in tract. exclus. fœm. in art. principa. in 4. q. in fi. & in 6 art. principa. in 4. membro q. 27. Paris in allegato consi. 91. col. 2. vbi asserit hanc esse communem opinionem, Cur. Sen. in cons. 78. co. 2. & 3. Ioan. de Amic. consi. 11. col. 2. & 4. Do. meus Ruin. in consil 58. col. 6 & 59. volu. 3. & in d. consi. 64. col. 2. in princip. vol. eo. & Augusti. Beroi. in q. 119.

Non obstat, quòd per statutum non possit præiudicari filijs primi matrimonij sicut per pactum quoniam communis est conclusio non
9 valere argumentum de pacto ad statutum negatiuè l. nō est singulis ff. de reg. iur. Bar. in l. alia. §. eleganter ff. sol. mat. & in terminis nostris hoc voluit Socy. in d. consi. 52. col. 1. Ias. in d. auten. præterea, col. 5. C. vnde vir & vxor. quia esset arguere de re minori ad maius negatiuè. Paris in d. consi. 91. col. 4. in fi. & Io. de Ami. in citato consi. 11. col. 2. in fi. & Boer. in decis. 113. vol. 5. ac Dom. meus Ruin. in consil. 64. col. 2. vbi inquit
10 quòd non valet argumentum de pacto ad ad statutum, nisi quando pactum esset contra bonos mores naturales, quod non est in terminis huius quæstionis, per notata per Bart. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. & sic remanet firma conclusio indifferēter a Doctorib. recepta, quod tale statutum valet prout latius ex infra dicendis in sequentibus quæstionibus clarissimè demonstrabitur.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum tacitè derogare non potest l. hac edictali. C. de secun. nup. sed in contrariū est cōmunis, quādo ex verbis statuti hoc intelligi pōt, vt nu. 3.*
2 *Legum correctio non est inducenda per tacitos & subauditos intellectus.*

Quæstio X X V.

Quid dicendum, si statutum ex-
1 presse nō dicat quòd maritus lucretur dotem etiā existentibus filijs ex primo matrimonio, sed ex ipsius verbis apparrere pōt quòd vellet præiudicare filijs huiusmodi prioris matrimonij: An idē dicendū sit quòd tale statutum derogatū fuerit dispositioni dictæ l. hac edictali. C. de secund. nup. Socy. in cōs. 35. col. 2. vol. 4. tenet quòd si statutū specificè nō deroget ipsi legi, hac edictali, quòd dictę legi non censetur derogatum quia per subauditos & tacitos intellectus non debemus inducere legū
2 correctionem, vt voluit glo. singularis in c. capientes. §. quod si per viginti, de elec. in 6. l. iubemus C. de testamen. l. præcipimus C. de appellatio. Sed eo casu statutum potius est reducendum ad terminos iuris communis iux. notata in l. 2. C. de noxal. & in c. cū dilectus, de consuet. Hoc idē uoluit Cur. Sen. in consi. 78. col. 5. in prin. vbi inquit quòd tale statutum non obstabit filijs primi matrimonij si expresse statutū non deroget dictæ l. hac edictali vel saltem habeat clausulam, non obstante aliqua lege in contrarium, quia qn ius resistit prohibendo, tunc oportet quod statutum habeat clausulam derogatoriam specialem vel saltem generalē, non obstante aliqua lege in contrarium, vt per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, in 4 q. principali. ver. circa secūdū, & i extrauag. ad reprimen. in verbo non obstantibus, & refert ita alijs fuisse cōsultū per solemnem Doctorē Do. Stephanū Zafardū ordinariè intra canonica

legentem,& primarium aduocatum ciuitatis Papiæ,Idem dixit Ioan. de Amic.in consi.11.col.pen.& fina.

3 Verum præmissis nō obstantibus sequēda est contraria sententia,quæ communis est.Nam hoc dare uoluit Salyc.in d.l.hac edictali, in 6.q.in fi. ubi uoluit dictæ legi fore derogatū, si per uerba statuti potest apparere statuētes uoluisse ei derogare, licet expressè mentionem non fecerint de ipsa derogatione. Idem tenuit Bal.consi.495.col.2.uol.5. Roma in consi.44.col.3.Paul.de Cast.in cōs. 192.col.2.in fi.uol.2. & Alex. in additio.ad Bar.in l.i.C.de inoffi. doti. Socy.in consi.52.col.2. & seq. uolu. 3.Dec.in consi.19.col.2.& in consi. 283.col. 2. & in auten. præterea, in 4.notab.C.unde uir & uxor.D. meus Ruin.in consi.59.col.penul. uolu. 3.Boer.in decis.113.col.pen. & fin. Augusti.Beroi. in quæstioni.suis familiaribus.q.119. & hanc esse communem opinionem asserit Paris. in cons.suo.91.col.4.uol.3.ubi expresse dicit quòd licet statutum specificè non deroget ipsi l.hac edictali: tamen si in se continet uerba, ex quibus colligatur aperta mens statuentium uolentium dictæ legi derogare in præiudicium filiorū primi matrimonii, quód maritus cōsequetur lucrum dotis de quo in statuto non obstātibus filijs primi matrimonij.

Non obstāt quæ pro parte aduersa dicta fuerunt,quod statuentes nō censentur habuisse animum derogādi dictæ legi, & præiudicandi filijs primi matrimonii nisi expressè istud dicatur, quia uera est communis conclusio, ut supra dictum fuit, quòd imò dictæ legi derogatum uidetur quando in statuto sunt apposita uerba, per quæ apparet uoluisse ei derogare: & licet nō apposuerint clausulam non obstante:tamen satis est quòd ex uerbis statuti istud colligi & apparere possit, ut per Socy. in d.consi.52.& Dec.ac alios in locis supra citatis.

Nec habent obstare dicta Curtij in citato consi.78.colum.3. dū vult ut derogetur dictæ legi, quòd saltē requiratur clausula non obstante: quia respondet Paris.in d.consi.91. col.4.quòd eius opinio est singularis,& non necessaria, atq; ideo non tenenda iux.plenè notata in l.i. ff.si cer.pet.cum Doctores communiter teneant absque dicta clausula sufficere si ex uerbis posset apparere statuentes voluisse ei derogare,& ideo huic communi adhæreas, quæ etsi sat durior sit, tamē clarior reddetur ex ijs, quæ in quæstionibus sequentibus latissimè scripta cōperientur.

SVMMARIVM.

1 *Legi,hac edictali.C.de secun.nup. censetur derogatum si statutum disponat,quòd vxore premoriente sine liberis maritus lucretur dotem: Si vxor prædecesserit cum filijs ex primo matrimonio sed contra est communis nu.8.& 13.*

2 *Coniunctio inseparabilis id operatur,vt cum aliquid sit licitum, totū liceat.*

3 *Patria Montisferrati hodierna die est multum infœlicissima propter bellorum tumultus & hospitationes militum.*

4 *Consequens qui vult, & omne antecedens ad illud necessarium velle videtur.*

5 *Argumentum de pacto ad statutum affirmatiuè valet sed non negatiuè.*

6 *Statutum quando disponit id quod ius cōe debet aliquid vltra operari.*

7 *Princeps si concedit iudici ius inquirendi de aliquo delicto,de quo prius inquirere poterat, virtute huius priuilegij poterit procedere fama non*

prace-

præcedente.

9 *Statutum recipit interpretationem pas siuam a iure communi, quando etiã est derogatorium iuris communis, & nu.10.& nu.16.ubi declaratur.*

11 *Dos mortua vxore de iure cõi debet re stitui eius filijs vel hæredibus.*

12 *Statutum si dispon it quòd filius fami lias de peculio aduentitio possit te stari est derogatorium iuris commu nis, & tamen interpretatur a iure communi.*

14 *Doctori attestanti de communi obser uantia nullatenus est credendum ni si probetur.*

15 *Legi, hac edictali, derogatur si expres sè statutum excludit filios primi ma trimonii, vel si ex verbis statutis hoc colligi possit.*

17 *Statuto si caueatur, quòd victus vi ctori in expensis condemnetur, tale statutum debet intelligi & regulari secundum ius commune, nisi victus habuerit iustam causam litigandi.*

18 *Statutum disponens, nullam esse obli gationem factam per mulieri sine præsentia propinquorum, recipit in terpretationem a iure communi, vt non habeat locum in obligatione ne cessaria.*

19 *Conditio ex statuto oritur si statutũ disponat idem quod ius commune: a sic vltra ius commune operatur.*

Quæstio XXVI.

Quia in quæstione præcedenti di ctum fuit quòd l.hac edictali tacitè derogari potest si ex uerbis statuti hoc colligatur: Dubitari contingit, An ipsi legi tacitè derogatum intel ligatur stante statuto disponente quòd uxore præmoriente sine liber ris maritus lucretur dotem, si uxor decesserit cum filiis ex primo matri monio, & non ex secundo. Bald. in l. ea lege.col.4.C.de cond.ob caus.te net quòd sic, quia quotiescunque principium est permissum quod in cludit in se aliquid prohibitum de bemus sequi id quod permittitur, cuius occasione deuenitur etiam ad prohibitum l.ei qui soluendo ff. de hæred.insti.l.si is qui duos ff.de lib.

2 lega. Nam propter inseparabilẽ con iunctionem cum aliquid est licitum totum licet l.si sponsus.§. generali ter.ff.de don.int.uir.& uxo. Nec est dignum admiratione quòd uariatio iuris aliquid sustentat quod partim permittatur ex ordinatione homi nis & partim ex ordinatione legis l. si socius ff.de manumis.testa. Præte rea id quod non potest procedere ex uno capite, procedit ex coniun ctione duorum capitum l.gallus.§.il le casus ff.de libe & posthu. Vlterius ista mulier quantum est sibi consul uit quod est licitum ei l.proculus ff. de dam.infe. & licet statutũ alij offi ciat, hoc procedit non consilio mu lieris sed legis: ergo dicendum vide tur quòd, cum statutum generaliter loquatur generaliter etiam intelligi debeat, siue de secundis nuptijs siue de primis per tex.in l.placet ff.de li be.& posthu. & Bal. refert ac sequi tur practicus Papien. in forma libel li.quomo.uxor agit ad dotẽ in uers. dictæ dominæ. ubi dicit hãc quæstio

3 nẽ habuisse in patria mea Mõtisfer rati; quæ hodierna die, quæ est dies vigesima septima semptembris An ni, M D L I. est multum infœlicis sima propter bellorũ tumultus tot tantasque hospitationes militum, quę adeò intolerabiles sunt quòd coguntur nedum pauperes uerum etiam & nobiles & diuites omnem substantiam uilissimo pretio uende re ac derelinquere patriam & in ex ternas prouincias se conferre: qui mouet ut huiusmodi ratione, quia ea

le ſtatutum ſic diſponens videtur remouere omne obſtaculũ per quod poſsit impediri tale lucrum. Nã qui vult cõſequens videtur velle omne antecedens ad illud neceſſarium l. illud ff. de acqui. hær. Vnde cum ſtatutum velit maritũ lucrari dotem, vt facilius mulieres reperiãt viros quibus nubere valeant, conſequens eſt quòd vult remouere obſtaculũ dictæ legis, hac edictali, & eorum quæ habentur in §. optimè, in autent. de nup. quod tollere poteſt l. omnes popul. ff. de iuſti. & iure: Subdens quoque hanc ſententiam per longiſſimam conſuetudinem totius Italię fuiſſe approbatam. licet Bal. mutato propoſito (prout faciunt aliquando doctores) contrarium ſenſerit in d. l. hac edictali: quæ opinio ſecundum eum licet ſit magis æquitati conſona, arg. l. fœminæ C. de ſecun. nup. Altera tamen tenenda eſt. Idem firmat. & ipſe Practi. in forma libelli ꝓ lega. rei ſing. col. 10. verſi. ſed pone vbi inquit quòd ſtante dicto ſtatuto quod eſt cõmniter in Lombardia; ſi contingit quòd mulier moriatur in ſecũdo matrimonio ſuperſtitibus ſecundo viro & filijs prioris matrimonij, inter quos controuerſia oriatur de dote & quæratur, an ſecũdus vir lucretur dotem excluſis filijs ex primo matrimonio, an vero redire debeat ad filios excluſo viro, quòd eſt dicendum filios in totum excludendos fore, & virum præferendum etiam in legitima virtute dicti ſtatuti per quod derogatur dictę l. hac edictali: quia iſta eſt quædam alienatio inter viuos per quam poteſt filius priuari legitima, & dicit quòd hanc partẽ obſeruat tota Lõbardia.

Confirmatur hæc opinio Nam diſpoſitio dictæ l. hac edictali, in qua ſit fundamentum, loquitur quando mulier dedit dotem ſecundo viro cũ pacto, quòd lucretur dotem: quo caſu ille text. vult quòd mulier non poſsit hoc facere per pactum nec iſtud diſponere in vltima voluntate, quia liberi prioris matrimonii hoc impediunt, non aũt loquitur dicta lex quando ita a ſtatuto diſpoſitum eſſet, quia dicti Doctores arguunt de pacto ad ſtatutum; ad illã legem non videntur bene arguere:

5 quia licet admittatur argumentum de pacto ad ſtatutum affirmatiuè, vt per Docto. in l. non impoſsibile ff. de pact. tamen negatiuè non poteſt eſſe ualidum. quia eſſet arguere de re minori ad maius, arg. l. nõ eſt ſingulis ff. de regu. iur. & in ſpecie hoc notat Bar. in l. alia in §. eleganter ff. ſol. mat. & ſupra dixi in q. 24. Vnde licet dicta lex reſiſtat pacto mulieris & velit quòd eo non obſtãte maritus nihil vltra habeat quàm vnus filiorum, qui minus habet: tamẽ nõ reſiſtit diſpoſitioni ſtatutariæ.

6 Corroboratur etiam hæc ſententia. Nam quando ſtatutum diſponit idẽ quod ius cõmune debet aliquid vltra ius commune operari l. 3. §. ſi rem ff. de leg. 3. vbi Bar. & Doct. &

7 Bal. in l. nullus C. ad l. Iul. maie. vbi ſi Princeps concedit Iudici ius inquirendi de aliquo delicto, de quo prius inquirere poterat, virtute huius priuilegii poterit procedere fama non præcedente. Quod dictum extollit Roma. in l. i. col. 25. C. de hered. inſti. & latè de hoc videas Marſ. in rub. de fideiuſ. nũ. 302. cum ſeq. ergo vltra dictam l. hac edictali debet aliquid addere ſtatutum & ultra operari, ut etiam intelligatur in muliere habente liberos ex primo matrimonio, aliàs ſi nihil operaretur ultra ius cõmune diceretur ius commune & non ſtatutum.

Vltimò hanc etiam partem tenuerunt Anch. in reporta. ſuis in l. ſi ita quis.

quis.§. ea lege ff. de uerb.obliga.& Cap.in trac.dot. in 5.parte in 10. q.

8 Præmissis tamen non obstantib. contraria pars est de iure uerior, ꝙ imò per tale statutum non derogetur dispositioni l.hac edictali, ut decidit Bart. in d.l.hac edictali, ubi dicit quòd si mulier dat in dotem omnia bona secundo uiro & decedat in matrimonio sine liberis, uir non potest lucrari ex forma statuti ultra illud qđ acquiritur uni ex liberis primi matrimonij. quod dicit mēti tenendū, quia hoc millies contingit. Idē tenet ibi Bal.post Iac.Butrig.& Do.Franc.de Albergo,& in c.j.col. ij.in fin.& ibi Car.Alex.an mari.succe.uxo.& Saly.in ipsa l.hac edictali, in 6.q. Idem dixit ipse Bal.in l.j. in 3.q. C.de inoffi.doti. motus hac ratione: quia mulier transeundo ad secunda uota, cum sit prohibita alienare in secundum uirum plusquam relinquatur vni ex filijs primi matrimonij,qui minus habiturus sit d. l.hac edictali,per secundum contractum fiendum cum secundo marito tenetur agere & curare ita & taliliter,ne alienatio prædicta sequatur ex dispositione l.gali l.codicillis §. mater.ff.de lega.2.ubi Doct. & per glo.in d.§.ea lege.Si ergo hoc non fecit sed uoluit dare tantam dotem quòd ex forma statuti lucrum transcenderet mensurā legalē,ꝙ vltra dedit quoad effectū lucrandi nō valet.

Secūdo ista opinio probatur per §.optimè iuncto.§.seq.in auten. de nup.vbi nec per suppositam personam nec per machinationem licitū est dare secundo viro plusquam habeat unus filiorū primi matrimonij sed si uerū esset ꝙ ꝑ huiusmodi statutū derogaretur dictæ legi de facili fieri posset machinatio:quia uxor viro secūdo oīa dare posset in dotē ergo hoc casu statutū locū haberet, quasi mulier per machinatione hoc fecisse dicatur,d.§.optimè,&facit l. j.in prin.ff.ad mace.

9 Tertio confirmatur ista pars. Nā tale statutū debet recipere interpretationem passiuam a iure communi l.si serui vestri C.de noxal. capitul. cum dilectus, de consuet. Bartol. in l.omnes populi,in 3.q.6.q.princ. ff. de iust.& iur.ergo istud statutū simpliciter deferens lucrū dotis marito debet recipere interpretationē passiuā a d.l.hac edictali.in prin.videlicet nisi supsint filij ex 1.matrimo.

10 Nec habet obstare si dicatur,ꝙ illa regula de recipiendo interpretationem passiuā non procedit qñ statutū est derogatoriū iuris cōis quia tunc nō recipiet interpretationem talem,iuxta Bal. in l. maximum vitium,in pen.col.C.de liber.præteri. quem sequitur Paul. de Cast. in l.fi. §.in computatione C. de iure delib.& Roma.in cōs.399.in pen. col. & Alex.in cōsi.35.col.pen.uol.6. & in cōsi 127.col.1. cū seq.eo.uol. Sed in casu nostro statutū deferēs lucrū dotis marito est derogatoris iuris

11 cōis:quia de iure cōi mortua uxore dos debet restitui eius filiis uel hæredib.l.assiduis C.q potio.ī pign.habean. q.a ad hoc rñdet Ias. in auten. præterea,col.6.in fi.ꝙ dicta limitatio est falsa,& cōtra eā faciunt dicta Bar.& aliorū oīum in l.i §. lex falci

12 dia ff.ad l.falcid.vbi.si statutū dispo nit,ꝙ filiusfamilias de peculio aduētitio possit testari & relinquere cuicunq; uoluerit ex derogatoriū iuris cōis.quia contra l.feniū in fi. C.qui testa.face.pos.& tñ interpretaē a iure cōi,dūmodo septē testes puberes, liberi,masculi,& rogati interueniāt ꝑ l.hac consultisima,& l.si vnus,cū ibi notatis C.de testa.& illā limitationē repræhēdit ī spē,Io.de Im.ī l. si vero § de viro,in 1.mēbro pri.ff.so lut.

lut.mat. Roma. sibi contrarius in l. si quis priore. & ibi latißimè Alex. ff.ad Trebel.idem Alex.in l.inter cętera ff.de lib. & posthu. & in d.§. in computatione, & per Io. de Amic. in consil.11.col.3.Brun.in trac. exclus.fœmi.in 10.artic.principa.in 4. q.col.10.Dec.in consi.445.col.8.in fin.& in terminis huius quæstionis hoc uoluit Cuma.in consi.109. col. 2.circa fi.& Fulgo. consil.89.col.2. Boer.decis.113.nu.5.

13 Vltimo hanc quoq; partem tenuerunt Saly.& Paul.de Cast.in d.l.j.de inoffi.doti.& ipse Paul.Iaso.Dec.ac alij in auten. prærerea.C.un. uir. & vxor.ubi attestanrur hanc fore communem opinionem. Fulgos.in cons. 63.col.4.Cuma.in cons.109.col.pe. in fin.Pau.de Cast.in consi.237.col. 2.ubi asserit ipsam communem.Roma.in consi.44.col. pen.in fin. & in consi.448.in fi.Abba.in cons.117.in fi.uol.2.Alex.in consi.114.col.2 uolum.5.ubi inquit quòd ista est communis opinio.& similiter in consil. 122.col. 3.uol.7.& in consil.158. in princ.uol.5 & in consi.142.in fi.uo. 7.Cur.Sen.in consi.78.col.4.ubi fatetur hanc esse magis communem, Socy.in consil.52.col. 2.uol.3. & in consi.35.col.i.uolu.4. Dec.in consi. 19.col.2.& in consi.283.col.i. Cur. iun.in cõs.122.col.2.Ioan. de Amic. in d.cons.11.col.3. Paris. in consil. 93.ib prin.uol.3.Do.meus Ruin. in consi.94.col.2.uol.5.Boer.in decis. 113.col.4.August.Beroi. in quæstioni.suis familiari q.119. ubi præscripti patres affirmant hanc fore communem Doctorum sententiam.

Non obstant adducta in contrarium,& in primis Doctrina Bal.in l. ea lege,quia etsi indicta lege tenuerit quòd cẽseatur derogatum ipsi l. hac edictali per statutum, de quo supra:Tamen in l.hac edictali,col.2.& in l.i.de inoffi.dot.& in c.i.an mari. succe.uxo. tenuit contrarium,& cõmuniter contra cum tenetur ut patet ex autoritatibus Doctorum supra relatis.

Nec obstat cõsuetudo totius Lõbardiæ,de qua mentionem fac. pra cti. Papien. in locis supra ciuitatis: quia respondet Cur.Sen.in d. consi. 78.col.fin:quòd salua eius pace contrarium obseruatur,& quòd ita fuit iudicatum in ciuitate Laudæ ex con

14 sil.suo & D.Vrbani Zazzii & quorundam aliorum. & plus ipsi attestanti de dicta communi obseruãtia Lombardiæ nullatenus esse credendum nisi ea probatur, ut per Bal. in l.fi.C.de fideicom.& Alex.in l. post dotem ff.solut mat.ac Aret.in cons. 103.& Dec.in consi.402.col.fi.

Non obstat tertium argumẽtum, quòd dispositioni l. hac edictali, li-

15 cet pacto non posit derogari, tamẽ per statutum potest corrigi, cũ non ualeat negatiuè argumentum de pacto ad statutum:quia admitto quòd per statutum potest tolli ipsa l. hac edictali, quando tamen expreßè id ipsum statutũ excluderet filios primi matrimonij vel saltem ex verbis ipsius posset colligi statuentes voluisse præiudicare filijs prioris matrimonij, alias secus vt per Caly. in ipsa l.hac edictali, in 6.in fin. & per alios de quibus supra in q.24. & 25. sed in casu huius statuti non fuit expreßè derogatum ipsi legi, nec ex verbis ipsius colligi potest statuentes ita sensisse,ergo &c.

16 Non obstat vltimum fundamentum quòd quando statutum disponit idem quòd ius commune debet aliquid ultra operari quia respondetur ꝙ ad hoc ne quis graue damnũ patiatur, statutum semper est interpretandum secundum ius commune,vt per glo. notabilem in l.fi.§.in com-

computatiōe C.de iure delibe. quā ibi approbāt Bar.Bal.& cæteri scribentes,sed non est dubium quòd filij ex primo matrimonio si dictum statutum de lucranda dote non intelligeretur secundum dictam l. hac edictali,maximo damno afficerentur, quia omnibus bonis maternis priuarētur ergo absq; dubio ipsum statutum secundum dictam legem
17 est intelligendum. & pro ista opinione adducitur quod uoluit Bald. in l.terminato C.de fructi.& lit. expens.ubi inquit, quòd si statuto caueatur,quòd uictus uictori in expēsis condemnetur,debet statutum intelligi & regulari secundum ius cōmune, nisi uictus iustam causam litigādi habuerit. Quo casu de iure nō est victus in expensis condemnandus. Ad idem facit quod consuluit
18 Rom.in cōsi.394.vbi cōsuluit,quòd si statutum disponat nullam esse obligationem factam per mulierem sine præsentia ꝓpinquorum,recipiet interpretationem a iure communi: ut nō habeat locum in obligatione necessaria per l.i. C. quando decre. opus nō est,& Rom. sequitur Alex. in consi.215.col.2.uol.6.

Et pro ista opinione adduci pōt quod notat Alex.in consi.87. col.fi. vol.7.& in consi.119.col.penul.vbi statutum non debet addere aliquid iuri communi,quando ex hoc affertur graue præiudicium parti: imò fieri debet interpretatio secundum ius commune etiam si per talem interpretationem statutum nihil operaretur,vt per Barto & alios in l. 4.§ prætor ff.de dam.infec.

19 Secundo respondetur quòd statutum satis dicitur aliquid operari, cū ex eo sit prodita noua species agendi, videlicet condictio ex statuto, ut per Barr. & Doct. in l.in prin.ff.ad l.falci.& Abba.in rub.de regula.in fi. & D. meū Ruin.in consi.27.col.5.in prin.& sic ex his remanet firma communis sententia, quòd maritus nō potest plus consequi per mortem vxoris quàm consequatur vnus ex filijs prioris matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum primi matrimonij confunditur in portione, quæ eis debetur vigore l.hac edictali, sed contra nu.3.& 5.*

2 *Filius quod percipit ex dispositione legis sibi computat in legitimam debitam iure naturæ: quod declara procedere vt nu.8.*

4 *Lex nouam obligationem introducens nisi nominatim cauerit vt ea sola actione vtatur,etiam veteres eo nomine competunt.*

6 *Lucrum dotis quod facit maritus propter adulterium vxoris reseruatur filijs, & non imputatur in legitimā.*

7 *Declaratio gl.in verbo diuidi, in l. hac edictali.*

9 *Trebellianica expreßè non prohibita computatur in legitimam filio, quādo grauatur purè cum non dicatur capi contra voluntatem testatoris.*

10 *Trebellianica fuit inducta in fauorē testatorum vt eorum hæreditates facilius adirentur.*

Quæstio XXVII.

Firma manente conclusione, de qua supra, quòd secundus maritus plus non consequi de dote quam cōsequatur vnus ex filijs primi matrimonij:excitatur dubitatio,quomodo inter ipsos priuignum & victricum diuisio facienda sit de ipsa dote, An in viriles partes,An vero veniat prius detrahenda legitima filij primi

primi matrimonij, & exinde de residuo fieri ĩter ipsos diuisio iuxta formã l hac edictali. C. de secun.nupt.

Prima quidem facie dicendũ videretur quòd diuisio deberet fieri in viriles portiones,& ꝙ in parte filij ex primo matrimomo confundatur legitima per tex.in d.l. hac edictali. iuncta gl.in uerbo diuidi, vbi dicit gl.quòd quando uxor dedit secundo viro centum quæ habebat in bonis,& fecit pactũ de eo de dote lucrãda, ꝙ filii ex primo matrimonio tantum reuocabunt vt sint ęquales cum secundo marito: & sic videtur velle. quòd legitima confundatur in dicta parte virili,& istam partem tenent Iacob.de Raue. & Cy.in d.l. hac edictali, in 2.q.qui respondent ad glo.in §. optimè,in autẽ. de nup. quæ videtur tenere contrarium, vt ea procedat qñ vnum auxiliũ esset fortius altero, quia tunc potest consequi quod est fortius,non aũt habere vtrunq; auxiliũ,& sic legitimam, & demũ diuidere cum secundo marito viriliter. Idem voluit ibi Saly. in 2.q.post dictũ Iac.de Raue. ac Ray. & Iac.Butri.dicens idẽ sentire gl. j. ĩ §.&qm̃ uariè in autẽ.quib.mod.ef

2 fi.sui. Pro qua opinione secundũ eũ, quæ sibi videtur magis æqua, facit: quia illud quod percipitur ex dispositione legis per filium computatur in legitimã debitam iure naturæ, vt no.gl.& ibi Bal.in l.quãquam C. ad l.falcid.ergo illud quod auocatur ꝑ filium primi matrimonij ex dispositiõe dictæ l.hac edictali. debet ei cõputari in legitimã & sic non potest duas deductiones facere, & subdit Saly. ꝙ in consulendo nõ recederet ab hac opinione,& idẽ dixit in l.qm̃ prætcritæ C.de secun.nup. & hãc veriorẽ esse opĩonem fatetur Anch.in cõs.101 co.j.vbi dicit ꝙ hęc opinio est uerior & non obstare tex.in ipsa l.hac edictali,in uers.ita tñ,& tex.in d.§.optimè,iuncta gl.in uerbo manifestè,ubi gl.dicit ꝙ filius habet legitimã iure naturæ, aliud aũt ꝑꝑ delictum transeuntis ad secunda vota: quia dictus uersi.ita tñ,& §. optimè non contradicunt: volunt enim per prouisionem l. hac edictali aliquid conferentis filijs primi matrimonij nõ tolli prouisionẽ alterius legis de-

3 ferentis legitimã: & sit fauorabile filijs illã amplecti:qa cõcurrũt dicta iura in origine nõ in exactione,nisi in eo quod plus est, sicut contingit in pluribus ꝑsecutorijs iuxta l. qui seruum ff.de actio.& obli.nec est dicendum quòd id quod confertur ꝑ illam l.hac edictali sit pœna:imo ex prouidentia filiorũ primi coniugij, vt dicit Io.And.post Inno. & Host. in c.fi.de secun.nup. Nã si esset pœna,correcta esset autoritate Apostoli.uiro mortuo nubat mulier in dño cui uoluerit.& istam sententiam sequitur Bal.in ipsa l. hac edictali, in lectura antiqua, ubi dicit pone ꝙ Berta,quæ habebat quattuor filios, nupsit Titio,& dedit oĩa bona in dotem,& decessit non relictis filijs ex secundo matrimonio:Certè iste Titius erit exæquãdus filijs prioris matrimonij,& ideo non lucrabitur tertiam partem vigore statuti, sed quintã quia est uirilis portio, quia sunt quinque capita succedentium & sic ex his verbis Bal.uidetur ꝙ filius ante oĩa non detrahet legitimã. Quod & uoluit idem Bald.in consi. 273.uo.2.vbi tradit ꝙ filij primi matrimonij & maritus faciunt uiriles partes.idem Bal.in cons.276. uerba statutorũ,col.2.versi. item lucratur dimidiam partẽ uol.3. Pau.de Cast. in consi.339.in fi.uol.2 & hanc partem etiam veriorem asserit Cuma. in consil. 109. in 3. dubio, cum qua etiam pertransit Capr. in consil.73. circa

circa fi. & Alex.in confi.158.col.3. vol.5.idē tenet Alcia.in l.in quartā, circa fi.ff.ad l.falcid.

3 Contrarium tñ est de iure uerius. Quod probatur primò per glos. expressam in d.§. optimè qui uult ꝙ filius habeat & legitimam & aliud remedium, & ꝙ unum non perdatur per alterum,& ratio est: quia unum auxilium habet iure naturæ, alterū uero quia mater transiuit ad secunda uota.& per illam gl.dixit ibi Ange. ꝙ illud,quod lucratur filius propter trāsitum matris ad secunda uota,non imputatur in legitimā : quia debet habere illud lucrum ultra ipsam legitimam. & pro hoc facit l. quoties ff.de actio. & obli. ubi si lex nouam obligationem introducit nisi

4 si nominatim cauerit ut ea sola actione utamur:etiam ueteres eo nomine cōpetunt actiones: & sic auxilium utrunq;, tam uetus quā nouū simul cōcurrunt, cum ad diuersa cōpetant ex diuersis causis.ergo idem dicendū in terminis huius quæstionis,cum unum beneficium descendat ex lege naturali l. cum ratio ff. de bon.damna.Alterum uero ex lege positiua & Principis constitutione seu beneficio per transitum ad secundas nuptias : ubi lex mulierem & matrem habet suspectam,ne, non modo substantiam liberorum, uerū etiam uitam filiorum secundis uiris adiiciat l. lex quæ tutores C. de admi.tut. præsertim cum non sit ratio quare unū aliud cōfundere debeat. Idem uoluit Bal. in d.l hac edictali, col.3.uers.modò super isto,ubi dicit quòd ista est ueritas : & quòd super isto passu pluries consuluit : & uerū fatetur,quia ita consuluit ut in cōsi. 401.col.2.uol.2.& in consi.22. uol.

5 Idem Bal.in quæstio.statuto. in uerbo dos q.5.& ita ēt tenuit Bar. in l. i.C.de inof.dotib.ubi illud,quod recuocatur per dictā l.hac edictali,non computatur in legitimam: hac ratione quia querelæ inofficiosæ dotis dantur ad retractandum lucrū dotis usq; ad legitimā debitā filijs: remedium uero l. hac edictali datur ad aliud, ut in residuo filij primi matrimonij reducantur ad æqualitatem cum uitrico,& ita etiam ibi tenent Bal.& Paul.de Castr.qui dicit ꝙ ordo urit, ut primò petatur legitima per quærelā inofficiosæ dotis : & sic ante debet de duci,postea residuum æqualiter diuidatur inter liberos primi matrimonij & secundū maritum:subdens ꝙ iste passus est quotidianus & ꝙ temerariū esset in consulendo recedere ab hac opinione : ꝙ pluries habuit de facto , ut patet in consil.173.col.2. secundum antiquam impresionē,& in consi. 348. col.2.uol.2.& in cōsi.462.uol.eo. & huic sententię uti magis cōi adhærent,Cuma.in cōs.109.col.fi. & Ful. in consi.89.col.2.& in consi. 97.col. 2.cum seq. ubi dicit hanc esse sequēdam in iudicijs,Paul.de Cast. in cōsi.349.col.2.uol.2.& Anch.in d.con

6 si.101.col.i. ubi inquit ꝙ non esset sibi contrariū tutū in cōsulendo recedere ab hac opinione & practi.Papien.in forma libelli, quomo. uxor agit ad dot.in uer.dictæ dominæ,co. pe.in fi.Cur.Sen.in consi.78. col.4. in fin.& Socy.in conf.35.col.pen.& fin. uolu. 4. ubi relatis opinionibus hinc inde concludit, quòd cum pro ista parte sit autoritas glo.Bartol.& Bald. qui fuerunt illuminatores iuris ciuilis,in consulendo & iudicando non esset tutum recedere ab ista opinione,cum autoritas gloss. cæteras antecellat,ut per Bald.in l. cum hæreditas. C. depos. In hancque conclusionem concurrit Deci. in consil.246.colu.2. ubi pariter dicit ꝙ esset temerariū recedere ab hac opi-

opinione. Pro cuius confirmatione
6 allegat notata per Bald.in ca.i. col. pe.verſ. ſed quæro vt lite nō cōteſt. vbi voluit quòd lucrum dotis, quod facit maritus propter adulterium vxoris reſeruatur filijs, & non imputatur eis in legitimam. & eam etiā amplectitur Ripa in l. in quartam, in fi.ff.ad l.falcid. D. meus Ruin.in conſ.94.col.3.vol.5. & Aymo. Crauet.in conſi. 142.col.2. & in conſil. 194.col.i.cum ſeq. Auguſt.Beroi in quęſtio.ſuis famil.q. 119.

7 Non obſtāt modo allegata in cōtrarium.& primo glo.in d.l. hac edictali, in verbo diuidi:quia reſpondet Fulgoſ.in d.conſi. 97.col pen. in fi. quòd licet prima facie gl. videatur velle vt ſupradictum fuit:Tamen in veritate id non vult, quia gl. ſolum notat æqualitatem filiorum primi connubii & ſecundi mariti quantū ad beneficium dictæ l. hac edictali, de debito autem iure naturæ vel loquitur:atque ideo ita verè debet intelligi ne contradicat gl.in d.§.optime.Igitur oportet de neceſſitate ita eam intelligere, alias illæ gl. eſſent contrariæ & ita etiam debbere intelligi dixit Paul.de Caſt. in citato cōſil.462 in fi.vol.2.

Similiter quoque ſecundum Fulgoſ.vbi ſupra intelligi debet quod notatur in d.l.quoniam præteritæ.

Non obſtat quod notat gloſ.in d. §.& quoniam variæ, quia ipſa gloſſ. facit pro hac ſententia, quia ibi gloſſator ſe remittit ad notata in d.§. optimè vbi manifeſtè, vt ſupra diximus probatur contrarium.

Nec in dictis Butrig. in d. l. hac edictali. poteſt fieri fundamentum cum idem ſibi aduerſetur in l.i.C. de inoffi.dot.vbi tenet contrarium: dum dixit quòd filijs primi matrimonij competit vtrunque auxiliū & quòd vnum per alterum non tollitur, quoniam ad diuerſa & ex diuerſis cauſis competit.

Non obſtant denique dicta Bald. in locis de quibus ſupra quòd maritus exæquandus ſit filijs prioris matrimonij: quia Bald.debet intelligi habito tantum reſpectu ad dictam l. hac edictali, non autem habito etiā reſpectu ad legitimam:quia illam retinet vltra beneficium dictę l. hac edictali prout uoluit idem Bal.in d. l.hac edictali.col.3.in fi. & in dictis conſi.401.col.2.uol.2. & in conſi. 22.vol.5.& ſi aliter ſentiret malè loqueretur per iura & rationes ſupra allegatas, & contra communem Doctorum ſententiam.

Vltimo non obſtat dicta Salyc. & Alex.in locis ſupra relatis: quia Saly.communiter repræhenditur, & ad eius rationem quam facit de filio, qui computat in legitimā, quod capit ex diſpoſitione legis, reſpondet Crauet.in d.conſi.194.col.2. quia verum eſt, quòd illud quod capit filius ex diſpoſitione legis, computatur in legitimam, quando non eſt contra expreſſam uoluntatem teſtatoris pront eſt Trebellianica expreſ-
8 ſe non prohibita, quę computatur in legitimam, quando filius grauatur purè, quia non dicitur capi contra voluntatem teſtatoris, cum prohibere non poſsit, vt per Ioan. de Anan.in conſil.67. Corn. in conſil. 305.col.4.uol.4.Dec.in conſi. 257. col.fin. Sed iſtud quod capiunt filij primi matrimonij habent ex diſpoſitione dictę l.hac edictali, cōtra voluntatem patris expreſſam & in eius odium. Ideo nullo modo retorqueri debet in eius fauorem vt ſaltem in legitima computetur.

9 Rurſus Trebellianica fuit inducta in fauorem teſtatorum, vt eorū hæreditates facilius adirentur, vt in ſtit.de fideicom.hæred. per totum:

Reli-

Relictum autem factum cõtra l.hac edictali accipitur per liberos primi matrimonij in odium relinquentis: Ideo non procedit argumentum de vno ad alterum, in quo est diuersa ratio quia ex separatis non bene infertur l.fi.ff.de calum.l. Papinianus exuli ff.de mino. Vnde cum tot tantiq; patres asserant hanc communẽ temerariumq; fore ab ea recedere, tam in consulendo quàm in iudicando, Ideo tu eam sequere, & illi adhæreas tanquam Bononiensis Carocio. *Vid. Cep. cons. 412 l. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l.hac edictali locum nõ habet si frater uel alia persona extranea dederit dotem secundo uiro, quod declara ut in nu. 3.*

2 *Dotans potest prouidere de restitutione dotis prout uult & cui uult.*

Quæstio XXVIII.

Exoritvr & dubium. An stãte statuto de quo supra in quæstione 26.dispositio.l.hac edictali locũ habeat si frater uel alia persona extranea quàm sit uxor secundo viro dotem de nouo cõstituerit pro muliere secundo nubente. Bald.in d.l. hac edictali, col.5.uersicu.sed pone format hanc quæstionem, & dicit quòd prima facie uideretur dicendum,quòd si alius quàm mulier dat dotem secundo uiro cum pacto de lucrando. quòd filij primi matrimonij habent reuocatoriam uirtute ipsius l.hac edictali, quia ista dos est data pro muliere, ergo perinde est, ac si ipsa mulier dedisset: tamen dicit se consuluisse cõtrarium ubi dos data esset de patrimonio dotantis, 2 & ratio est secundum eum,quia dotans potest prouidere de restitutione dotis prout uult & cui uult: unde potest pacisci quod illa dos restituatur sibi uel extraneo, uel remaneat penes maritum l.ex morte, in fin.ff.de pac.dotal.Subdit tamẽ hoc non habere locum in patre mulieris,quia est obligatus ad eam dotandam l.obligamur §.lege.ff.de actio. & oblig.l.qui liberos ff.de ritu nup. & ideo dicit se putare, quòd cũ ista dos intelligaẽ tunc emanare de patrimonio filiæ,quòd tunc habeat locum d.l.hac edictali,& istam opinionem Bald.refert & sequitur Curt. iun. in consil. suo 122 col.fin.& Roma.hanc partem etiam amplectitur licet de Bald.mentionem non faciat in consi.219.col.3.uersi.3. idem demonstratur,quem sequitur Salysel. in l.si ita quis §.ea,col.j.ff.de uerb. oblig.ubi expresse dicit quòd extraneus potest pro muliere secundo nu3 bente, fraude tamen cessante, dare in dotem secundo marito quicquid vult, & quòd d.l.hac edictali nõ habebit locum,quia consideranda est circa actus permissionem seu prohibitionem persona dans,& cui datur non autem persona intermedia solum & nudum misterium in dando præstans qualis est mulier per text. in l.profectitia §. si quis certam, de dona.inter uirum & vxor.& melius in l.sed & si mortis,ver.sed si præponas ff.de lega.prestand. l.cogi. §.hi qui solidum ff.ad Trebel.l.cum dotem ff.de dote præleg.l. j.uersic.sed si legatum ff. si quis aliquem testa. prohibue.

SVMMARIVM.

1 *Legi, hac edictali derogatum esse non censetur,si statutum disponat quòd maritus præmoriente uxore sine liberis, in omni casu lucretur dotem.*

Sed contra nu.6.

2 *Qui totum dicit nihil excludit.*

3 *Lex noua quamuis generaliter loquatur, & utatur uerbis uniuersalibus puta omnes, uel omni casu, uel quilibet, tamen recipit interpretationem per quam minus derogetur iuri communi, quod declara ut nu. 8.*

4 *Statutum utens dictione præcisa et taxatiua, ea non obstante recipit interpretationem ne fiat correctio.*

5 *Hæreditas patris non dicitur debita filijs, sed quasi debita & de ea iudicatur prout de lucro & non de dãno.*

7 *Dispositio uniuersalis tantum operatur regulariter quo ad quãlibet eius speciem quantum specialis quo ad suam speciem tantum.*

9 *Venalia licet non ueniat in legato generali facto de certis rebus, tamẽ fallit quando esset factum de omnibus rebus.*

10 *Lex, obligatione generali. ff. de pignor. locum non habet in obligatione uniuersali.*

11 *Hæredis appellatione licet non ueniant nisi descendentes in feudo uel emphiteosi ecclesiastica. Tamen id non procedit si dictum fuisset in concessione pro te & hæredibus omnibus, quia tunc ueniunt etiam extranei.*

12 *Renunciatio generalis etsi ad feuda nõ extendatur, Tamen secus est in uniuersali.*

13 *Concessio legitimandi ad omnia beneficia, trahitur et ad feuda.*

14 *Merum & mixtum imperium quamuis non ueniat in concessione iurisdictionis: tamen fallit in concessione de omni iurisdictione.*

Quæstio XXIX.

1 AN legi hac edictali derogatum esse cẽseatur si statutum disponat ꝙ uxore præmoriente sine liberis maritus in omni casu lucretur dotem, prout est in ciuitate Mutinæ, Ias. in auct. præterea, col. 7. uersi. aliquando & tertio C. un. vir, & vxor, dicit ꝙ licet Ro. in consi. 44. in 3. dub. teneat ꝙ per illa uerba uniuersalia in omni casu maritus lucrari debeat dotem non obstante existentia filiorum ex primo matrimonio per regulam uulgarem, quòd qui totum dicit nihil

2 excludit l. iulia. ff. de legat. 3. & sic ꝙ derogatum sit ipsi legi. Tamen quòd hoc non est uerum, quia lex noua

3 quamuis generaliter loquatur & vtatur uerbis uniuersalibus, puta omnes, uel omni casu, uel quilibet, tamẽ recipit interpretationem præsertim ut minus derogetur iuri cõi quàm sit possibile iuxta glo. ordinariam in fin. & ibi Bald. C. sine cens. vel reliq. Bar. & alii in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. noui nun. vbi licet nunciatio noui operis possit fieri omnibus diebus tamen non intelligitur de feriatis. Cum ergo hmõi statutum loquatur per uerba uniuersalia omni casu, tamen, ut minus derogetur iuri cõi, illa uniuersalitas poterit limitari & intelligi nisi superstint filijs prioris matrimonij. Quod confirmat Ias. ex notat per Bar. in l. 3. §. cum titio. de adi

4 men. leg. ubi statutum vtens dictione præcisa & taxatiua ea non obstante, interpretationem recipit ne fiat correctio. Nec habet obstare, secundum eum, si dicatur ꝙ operabuntur illa uerba vniuersalia, omni casu, in statuto sic vniuersaliter posita? cum non possimus dicere, ꝙ statutũ potius iudicandum sit superfluũ quam ꝙ quis indebitè damnũ sentiat, iuxta gl. Bar. & Doct. in l. fi. §. in computatione C. de iur. delib. quia hic filij prioris matrimonij non patiun-

5 tur dãnum, dato ꝙ lucrum perdant, quia èt hæreditas patris non dicitur debita sed quasi debita filijs, & de ea iudica-

iudicatur prout de lucro & nõ de dã no, vt no. in l. 3. C. de iur. & fac. ign. quia rñdet ꝙ illa uerba, omni casu, possunt multa operari absq; ꝙ exclu dantur filii prioris matrimonii contra ius cõe, nã possent operari quia ubi aliter maritus non lucraretur dotem nisi sibi fuisset actualiter data, & sic non lucraretur dotem promissam iuxta tradita per Barto. in l. iubemus, in §. sanè C. de sacrosan. eccle. Item ubi alias maritus non lucraretur dotem secuto matrimonio nisi uxorem traduxisset iuxta Barto. in l. nihil ff. rerum amo. istis casibus lucrabitur dotem quamuis nõ actua liter datã sed ꝓmissam siue sit secuta traductio ad domũ, siue nõ, & hoc modo minus derogabitur iuri cõi sic intelligendo quàm quòd filii prioris matrimonii excludi debeant. & cũ Ias. transit ibi D. Fran. de Pepis, in 7. no. Io. de Ami. cõs. 11. col. pen. Boer. in decis. 22. nu. 34.

6 Verum istis non obstan. altera opi nio vti magis à Doctoribus recepta amplectẽda est, quã in primis tenuit Ro. in citato consil. 44. col. 3. uersic. nec prædictis, ubi dicit attendenda esse illa uerba, omni casu, uniuersalia, quæ uidentur includere lucrũ dotis, siue superexistentibus filiis ex primo matrimonio siue non d. l. Iulianus, & iõ cũ sint clara verba statuti, qđ derogetur dictæ dispositioni l. hac edictali, merito interpretatione nõ indigẽt nec restrictione aliqua l. nõ aliter ff. leg 3. & qđ decis. Bar. ac Bal. in d. l. hac edictali locum habeat qñ statutũ simpliciter loqueretur, secus vbi omni casu vellet maritũ lucrari dotem facit, quoniam cum

7 tunc tantum operetur hęc vniuersalis dispositio regulariter quo ad quã libet eius speciem quantum specialis quo ad suam speciem tm̃ l. si chorus. ff. de leg. 3. l. si duo ff. de admin. tut. Ideo pinde habeẽ ac si statutum spãliter expressisset ꝙ ẽt filiis existẽ tibus ex primo matrimonio secundus maritus præcedẽte uxore dotem lucrareẽ, & seqũdo Rom. ita tenuit Dec. in l. omnia, in prin. ff. si cer. pet. & in cõs. 76. col 2. & in consi. 195. colũ. 2. 283. col. j. in fi. & in consi. 294. col. 2. & 301. col. 2. & in cõs. 358. col. 2. in prin. & in consi. 389. col. fi. in fi. & in consi. 472. col. j. & 662. col. i. & in auct. præterea, in 4. not. C. vn. vir, & vxo. & in c. sedes, col. 5. de rescri. Cur. iun. in consi. 85. col. j. & in cõsi. 183. col. j. in fi. Goza. in cons. 59. col. 3. & in consi. 76. col. 2. Paris. in cons. 91. col. 3. uol. 3. vbi refert ẽt ita tenuisse Socy. in consi. 52. col. pe. vol. 3. & Claud. Saysel. in l. si ita quis. §. ea lege, col. j. ver. & istam glosam ff. de ver. ob. Cur. iun. in aut. præterea nu. 16. C. unde vir & uxo. Alc. in lib. j. ff. de ver. signi. car. 28. ubi inquit ꝙ durum esset stantibus his uerbis, omni casu, ipsa verba restringere ut saluum censeatur ius liberorum primi matrimonii. Aug. Beroi. in quæstioni. suis famil. quæs. 119. uersicu. tertius casus.

Non obstant adducta per Ias. uidelicet quòd uerba uniuersalia reci

8 piunt restrictionem ut minus derogetur iuri communi: quia respondet Dec. in d. auten. præterea, in dicto quarto notabili, quòd illud pro cedit in dispositione generali, uel uniuersali, quando resultaret absurdum, aliàs secus ut in terminis huius quæstionis. pro quo facit, secun dum eum, quod not. Bartol. in l. ge

9 nerali, in §. uxori de usufruc. lega. ubi dicit quòd licet in legato generali facto de certis rebus non ueniãt uenalia: tamen quando sunt uerba uniuersalia, quia dicitur de omnibus: tunc ueniunt & uenalia & pro confirmatione, accedit quod notat

Dec.in d.l.omnia, col.j.& in d.c.se des, colum.5.& in consil.389.col. penul.quem sequitur Purpur.in l.j. nume.471.ff.de offi.eius cui manda est iurisd.ubi dicit quod l.obligatio ne generali.ff.de pigno. non habet
10 locum in eo. qui obligaret omnia bona.Facit quoque quod dixit Bal. in c.in præsentia, col.2.de probat. quem sequitur Alex.in cons.30.col. fi.uol.5.& in consil.195.colum.2.uo
11 l.iu. 6.& Goza.in consilio.59.nume. 15. quòd licet in feudo uel emphiteosi ecclesiastica appellatione hære dis non ueniant nisi descendentes iuxta id quod habetur in c.i.de alie na.feu. Tamen fallit si in concessio ne dictũ sit pro te & hęredibus tuis omnibus. quia tunc propter illam dictionem omnibus. apparet mentem concedentis fuisse comprehen dere alios & ideo dixit Dec.in d.cõ sil.294.colum.2.quod appellatione hęredum ueniunt & extranei, vbi testator loquutus est de omnibus hæredibus, & in consil.389.colum. penulti quem sequitur Cur.iun.cõl.
12 26.colum.4.in prin.ꝙ licet genera lis renunciatio non extendatur ad feuda, Tamen uniuersalis extenditur ad ipsa bona feudalia. Quod & uoluit D.meus Ruin.in consil. 37. col.3.in fin.uol.j. Quod corroboratur ex dictis ipsius Dec.in consil. 76. colum.2. quem sequitur Paris
13 in consil.3.nume.34.uol.i.ubi concessio legitimandi ad omnia beneficia extenditur & ad feuda.

Vltimò etiam facit quod notat Riminal.in Rub.ff.de iuris.om.iud. & Purpu.in l.imperium. colum.17.
14 uersic. & notandum est.ff.eod.titu. ubi dicunt ꝙ licet in concessione iu risdictionis non ueniat merũ & mix tum Imperium: Tamen fallit quan do concessio stet facta de omni iurisdictione, quia tunc propter illã dictionem uniuersalem, omnis ueniunt. Vnde ex his remanet firmata hæc cõclusio, quòd per dicta uer ba, omni casu, derogatum sit dispositioni dictæ l.hac edictali, & per con sequẽs quòd maritus lucrabitur do tem in præiudicium filiorum primi matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Legi, ac edictali, non derogatur stante statuto, quòd vxore præmoriente sine filijs ex eis maritus lucretur dotem, Sed contra nu.6.*

2 *Statutum simpliciter loquens de lucro dotis non intelligitur in præiudicium filiorum primi matrimonij, quod tamen declara ut in nu. 8.*

3 *Mulier quæ prohibetur alienare, curare debet ne ex actu per eam celebrando sequatur alienatio ex dispositione legali, declara ut nu.10.*

4 *Statutum de lucro dotis recipit interpretationem passiuam a iure communi, quod declara ut nu.13.*

5 *Statutum de lucro dotis ut deroget dispositioni dictæ l.edictali, requiritur ut specificè in eo dicatur quòd stantibus filijs ex primo matrimonio maritus lucretur dotem. Sed contra secundum communem nu.14.*

7 *Natura termini restrictiui & discretiui, est ut quicquid excipit ponat.*

9 *Lex, iam hoc iure ff de uulg. & pupilla. locum non habet ubi dicatur diuersa ratio.*

11 *Argumentum de pacto ad statutum secundum communem negatiuè non ualet.*

12 *Dispositio dictæ l.hac edictali, locum non habet in alienatione & dispositione necessaria.*

Quæstio XXX.

1 ORITVR & quæstio, An per statutum

tutum, quòd uxore præmoriente sine filiis ex eis, maritus lucretur do
2 tem derogatum censeatur l.hac edictali. C.de secun.nup. Videretur dicendum ꝙ non, quia statutum loquitur simpliciter ergo non debet intelligi in præiudicium filiorũ primi matrimonii ut per Bal.& Saly.in d.l.hac edictali.

Secundò, quia tale statutum afferens lucrum secundo uiro, ut eum inclusiuè uocans non extantibus filiis ex eis, habet etiam caput inclusiuum filiorum communium, illis existentibus, & exclusiuum mariti, ut in simili tradit Barto.in l.2.§.uidendum.ff.ad Tertullia. Sed quando existunt liberi communes, illi secundum statutum admittuntur: & cum illis filii primi matrimonii ab intestato ciuiliter succedunt, & sic quando agitur de capite exclusiuo mariti, illa reseruatio facta a statuto reseruat ius succedendi ab intesta to ipsis liberis primi matrimonii, pariter ergo uidetur quando igitur de capite inclusiuo mariti, non existentibus liberis communibus, debet illis reseruatio intelligi etiam de iure succedendi ab intestato, ut ęqualis sit determinatio & reseruatio respectu omnium filiorum, arg. l.iam hoc iure ff.de uulg. & pupil.

Tertiò hoc decidit Bal.in c.i.col. i.in fin.an mari.succe.uxo.ubi quærit an per istud statutum derogetur dictæ l.hac edictali, & primo dicit ꝙ sic sicut corrigitur per legem Lõbardorum Demum concludit contrarium quòd uir non lucrabitur nisi quatenus posset lucrari ex pacto. Hoc equidem tenuit & Socy.in cõs.
3 35.colum.2.uol.4.quia mulier, quæ non potest alienare, debet curare, nec ex actu per eam celebrando alienatio sequatur ex dispositione legali l.codicillis.§.penulti.de leg.2.l.si ita quis.§.ea lege, de uerb.oblig. ergo mulier, quæ nubit, non debet cõstituere tantam dotem, quòd ex forma statuti lucrum transcendat ratã, quę debetur filiis primi matrimonii
4 Item ꝙ quia tale statutum debet recipere interpretationem passiuã a iure communi l.2.C.de noxal.& sic ab ipsa l.hac edictali.

Vlterius ut tollatur dispositio dictæ legis requiritur quòd specificè statutum dicat quòd stantibus filiis primi matrimonii maritus lucretur dotem: Sed hoc statutum non dicit, sed ꝙ si non extent filii ex eodẽ matrimonio quòd maritus lucretur dotem, non autem specifice loquitur si non extant ex eodẽ sed ex primo.

Item non loquitur specificè quãdo lucrando dotem plus consequeretur quàm filii primi matrimonii contra dictam l.hac edictali: quia stat hoc quòd extent filii ex primo & maritus lucretur integram dotẽ: & tamen filii ex aliis bonis consequantur integram portionem, non ergo debet per tacitos & subauditos intellectus induci legum correctio prout uoluit gloss.in c.cupientes.§. quod si per uiginti, de electio. in 6. & gloss. ut liberis. C. de colla. Sed potius statutum reducẽdum est ad terminos iuris communis in quantum fieri põt & subdit ꝙ pũctualiter hãc q̃stionẽ decidit Bal. in l.i.C.de inoff.doti.ubi ponit quæstionẽ, q̃n statutũ disponit de lucro, si decedit sine filiis intelligendo ex eodem matrimonio, aliàs non uerificaretur questio in terminis l.hac edictali, quia deficeret cõditio ꝑ existẽtiam liberorũ: & tñ nõ derogat ipsi legi, & subdit, quòd Doc.cõiter in similibus terminis loquuntur. Huic quoq; sñiæ assentit Brun.in tract.exclus.fœmi.in 6.atti.princi.in 4.membro, q.27.colum.pen.in fi.Berous in

quæstio.suis fami.q.115.uersic. tertius casus.

Sed reuoluto Mantello (ut utar uerbis gl.in l.Papinian⁹ exuli.§.sed
6 nec impuberis.ff.de inoffi.testa.)prædictis non obstātibus altera pars est uerior, ꝙ imò facilè renuntiatum cē︦ seantur dispositioni dictæ l hac edictali: & sic quod excludātur filii primi matrimonii.

Et primò se offert decisio Bald.in cons.495.col.3.uol.5.ubi dicit quòd si statutum disponat ꝙ uir lucretur dotem uxoris præmortuæ sine filiis ex eis, ꝙ ex eo infertur ꝙ filius primi matrimonii, qui non est filius ex utroq; ipsorum, ad ipsam dotem datam secundo uiro non admittatur ex uirtute dictæ l.hac edictali, quia uerba debent intelligi cum effectu glos. in l.sed hoc nisi si de dot. Sed si diceretur ꝙ filius primi matrimonii posset eā aduocare per ipsam l.hac edictali non haberent effectū uerba dicti statuti, q̄ dicunt ꝙ maritus lucretur dotem, quia non lucratur qui aliis restituere tenetur l alind est capere ff.de uerb sign. Itē in col.pen.in uersi.præsupposita igitur ualētia statuti, ad demonstrationem, ꝙ non habebat locum d.l.hac edictali, arguit hoc modo: ꝙ supposita potestate ꝙ statutum possit tollere dispositionē ipsius legis, si statutum defert lucrū marito totius dotis nō existentibus liberis ex eis quòd maritus lucratur dotem ipsis filiis ex eis non existentibus. & quòd istud argumentum cō cludit formaliter. Nam maior patet ex uerbis statuti: minor est uera in facto. Igitur conclusio est necessaria, si enim possimus istud statutū glosare subaudiendo ibi ex eis supple nec ex alio matrimonio ista esset gl.ceruotina, & extranea præterea si subaudiremus hoc; esset sensus quòd extātibus ex alio matrimonio liberis uir nihil lucraretur quòd est falsum.

Præterea cōfirmatur hæc opinio secundum eum. Nā in isto casu non potest misceri ius cōe cū iure municipali pp illud uerbum ex eis, quod est terminus restrictiuus & discretiuus, de cuius natura est quicquid ex-
7 cipit ponit l.quæsitum.§.idem respōdet, & ibi no.ff.de fundo instrut. Ergo filii matrimonii non derogant ꝓuidentiæ statuti. Hoc idē uoluit Roma.in cōsi.44.col.3.ubi inquit, quòd stante statuto, de quo supra, si uxor decesserit sine liberis ex eis relictis tamen filiis ex altero matrimonio, quòd habet locum dispositio ipsius statuti, ex quo uerba sunt clara l.accusare.§.omnibus.ff.de accusat.l.cū in plures.§.lege.ff.loca Idem etiam tenuit post Bal & Roma.de quibus supra, Socy.in cōsi.52.col.pen.uol.3. qui confirmat hanc sententiam alia ratione. Nam si uerum esset quòd filiis prioris matrimonii habeant impedire huiusmodi lucrum, satis fuisset dicere quòd uxore præcedente sine liberis maritus lucretur dotē, qa ex quo dicebatur decedere cum liberis maritus non fuisset lucratus l.ex facto.§.pen.ff.ad Trebel. Igitur illa uerba, ex eis, superfluo fuissent apposita & nihil operarētur iuxta l.si quā do.ff.de leg.i. Igitur, ut euitetur superfluitas, censentur apposita ad exclusionem filiorum primi matrimonii ut non sint impedimento lucro, quod defert marito: & subdit Socy. quòd ista est uera opinio licet cōtrariū uideatur sentire Bald.in d.c.i.an maritus succedat uxo.quam etiā amplectitur Paris.qui in terminis huius statuti consuluit in cōsi.suo.91.uol. 3.ubi in 4.col.uersi.& etiam quoniā, dicit ꝙ ex quo tale statutum solum admittit filios ex illo matrimonio, & in tali lucro eos reseruat & exceputat

ptuat quòd talis reseruatio & exceptio facta de liberis ex eis confirmat regulam in aliis filiis non exceptuatis,& sic in illis ex primo matrimonio uulgata l.quæsitum.§.deniq;.ff. de fun.instr.

Sed ultra Socy.& Paris. in terminis adduco decisionē Pet. de Anch. de quo ipsi mentionem non faciunt. in consi.380.ubi expresse dicit, ꝙ si statuto caueatur,ꝙ decedente muliere sine filiis ex eo matrimonio tempore obitus sui remaneat dimidia pars suarum dotium penes maritū, ꝙ uirtute ipsius statuti non obstantibus filiis ex primo matrimonio maritus lucrabitur dotem: & subdit æquum fore dictum statutum seruari: quia in eo uersatur publici iuris ratio.ut sic contenti lucro dimidiæ dotis muliere decedente in secundo matrimonio sine liberis ex eo uiri magis prouocantur ad matrimonia contrahenda.

8 Nō obstant modò adducta in cōtrariū.Et in primis, quod statutum loquitur simpliciter: quia respondetur ꝙ argumentū procederet, quando statutum simpliciter loqueretur, Secus autem quando ex uerbis statuti appareret statuentes uoluisse derogare dictæ l.hac edictali, in præiudicium filiorum primi matrimonii, ut est casus quæstionis nostræ: tunc enim non recipit restrictionem nec interpretationem a iure communi, ut per Salyce.in d.l.hac edictali,in 6. q.in fin.& per alios de quibus supra in q.25.

Non obstat secundum argumentum, in quo dicebatur statutum exceptuare filios ex illo & eodem matrimonio, quibus extantibus una cū eis poterant succedere filii primi matrimonii: unde idem quando non extant filii ex eis sed solum ex primo matrimonio ut æqualis sit determinatio: quoniam ad hoc dicunt Dec. in consil.283.colum.3.uersicu.2.non obstat, & uersic.3.non obstat.& Paris.in d.consil.91.colum.pen.uersi. non obstat quartum, ad hoc est manifesta responsio.Nam quando extāt communes liberi: ideo maritus non admittitur quia conditio requisita a lege municipali non uerificatur, & ideo cum simus extra statuti terminos ;& sic in casu omisso ac in mera dispositione iuris nimirum si ueniūt liberi primi matrimonii cum liberis communibus, sed quando sunt tantum liberi ex primo matrimonio maritus lucratur dotem. & ipsi excluduntur a successione, & ideo talis æquiparatio fieri non potest, quia uerba statuti repugnant quę manifestam faciunt differentiam inter filios

9 communes & liberos primi matrimonii. & sic d.l.iam hoc iure, non potest procedere in casu isto, quia non habet locum ubi est diuersa ratio inter unum casum & alium, ut notat. Imol.in l.gaius, colum.3.ff.sol.mat. & Doct. in di.l.iam hoc iure, prout in terminis nostris, quoniam in capite exclusiuo mariti existentibus liberis communibus ueniunt omnes liberi æqualiter ad successionem ab intestato: quia tali casu inter ipsos communes liberos utriusq; matrimonii a statuto nil innouatur, sed in capite inclusiuo mariti non extantibus communibus liberis a statuto quid innouatur, quia excluduntur liberi primi matrimonii. Igitur nimirum si cessat argumentum æquiparationis, & ad illud, quòd inter filios debet esse ęqualis determinatio: secundum eos pariter respondetur, quòd adest diuersa ratio in uno casu & in alio,quādo nulli extāt ex secundo matrimonio, sed tātū ex primo.Itē & quādo extant ex utroq; & quia in casu,de quo quæritur,nul

lus extat ex secundo, quem casum exceptuat statutum, sed solũ extant ex primo quod statutum excludit, & eo in casu lucrum defert secundo marito, merito de casu ad casum non uenit arguendum. Imò plus uoluit Paris ubi supra quòd etiam si filii extarent ex utroq; adhuc illi tantum ex secundo matrimonio deberent admitti, exclusis filij ex primo & hoc uirtute statuti fauorem præstantis istis filiis ex secundo & excludentis illos ex primo. quod quidem fieri potest ut per Socy. in d. consi. 52.col.pen.& fi.

Ad dictum Bald.in d.c.i.an mari. succe. uxo. respondetur per Paris. ubi supra,& primò quòd Bald. ubi non determinat quæstionem, sed se remittit ad dicta per eum in d.l.hac edictali, vbi nihil dicit, & si aliquid diceret idem Bal.consulendo tenuit contrarium in dicto consil. 495. per totum, ubi latissime disputat hanc quæstioné,& ipsa opinio de qua in d.consi.est tenenda tanquam magis deliberata & consulta,ut tradit Bar. in l.si pater C.de institu. & substitu. & Alexand.in consi.186.col.12.uer si.15. non obstant, uol.2. & Cur. Senio.in consi.77.in fi.& Bald.ubi supra in specie reprehendit Socyn. in d.consi.52.col.pen.

10 Non obstat quartum fundamentum,quòd mulier debet curare, ꝙ secundo uiro plus non concedatur, quam contineatur in dispositione dictæ l.hac edictali; quæ alienatio & dispositio nedum pacto, sed etiam ꝑ dispositionem statutariam & legalem uidetur sibi prohibita: quia re-

11 spondetur secundum communẽ opinionem,de qua per Socy.in d.consilio 52.col.j. & Paris in d.consil.91. colum.4.in fin.quòd non ualet argumentum de pacto ad statutum negatiuè,ut per Barto.in l. alia §. eleganter ff.solu.matrimo. Vnde licet pacto non possit contra dispositionem dictæ l.hac edictali, in præiudicium filiorum primi matrimonii alienare & disponere: tamen bene potest ex dispositione statutaria istud induci,& derogari dictæ l. hac edictali.ut etiam dixit Anchar.in citato consil.380. colũ.3. Item quia di-

12 spositio ipsius legis non habet locũ in alienatione & dispositione necessaria ut per Bald.in d.consi. 495.colum.5.& Roma.in consi. 219.quem sequitur Claud.in l.si quis ita. §.ea lege,col. j.ver.& istam glosam ff.de uerbo.obliga.prout est illa alienatio,quæ fit uirtute statuti, cum statutum derogando dictæ l.hac edictali,permittat lucrum secundo marito in præiudicium filiorum primi matrimonii, & consequenter uidetur permittere dationem in dotem, ex qua sequitur lucrum tanquam necessarium antecedẽs, qui enim uult consequens, necessariò uult antecedens ad illud l.illud ff. de acquiren. hæredita. Vnde isto casu alienatio uirtute statuti non dicitur prohibita sed permissa: & ita tollitur quod habetur in d.l.codicillis §. fi. & per gl.in d.§.ea lege.Nam illa locum habent in materia prohibita in antecedenti & consequenti; Secus ubi permissio consideratis uerbis statuti claris conceditur in antecedenti & consequenti, quia cum ex uerbis statuti sit derogatum ipsi l. hac edictali prohibitio de qua ibi penitus cessat ita Bal.in citato consi.495.co.5.uer. nec obstat,& Socy.in alleg. consil. 52. & Paris. in præfato consil. 91. col. pen.

13 Non obstat quòd statutum recipere debeat interpretationem passiuam à iure communi,& sic a d.l.hac edictali, quia respondetur secundũ Socy.in d.consil.52.col.fina.hoc esse ue-

se uerum nisi ex uerbis statuti constaret quòd statuentes velint recedere a iure communi, quia tunc nõ recipiet talem interpretationem, alias secus. & inquit, quòd hæc fuit distinctio Ioan. de Imol. in l. si uero. §. de uiro ff. soluto matrimo. in materia interpretationis restrictiuè; ubi, quando quæritur, an lex uel statutũ generaliter loquens recipiat interpretationem restrictiuam per regulam iuris cõmunis, distinguit; ꝙ aut constat de mente legis nouæ, quòd uoluerit corrigere legem antiquam in materia de qua quęritur; & tunc non recipit restrictionem argu. l. j. §. generaliter ff. de lega. præstan. Si uerò non constat de mente quòd noluerit corrigere materiam de qua quæritur, licet in alia materia corrigat, & tunc lex noua distingui debet per legem antiquam auten. offeratur cum glo. C. de lite contest. uel quando si non fieret restrictio quis indebitè damnum pateretur iuxta notata in l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberand. Sed in casu huiusmodi quęstionis ut supra dictum fuit satis dicitur constare quòd statutum voluerit corrigere ius commune: legitur restrictio fieri nõ debet, quia statutum uult quòd si vxor decesserit sine filiis ex eo matrimonio maritus lucretur dotem, ꝙ est contra ius commune. Igitur non debet restringi per id ipsum ius cõmune: præsertim, quia illa verba ex eis nihil operarentur contra l. si qñ de lega. j.

Non obstat quòd per statutũ non derogatur dictæ l. hac edictali, & sic non fit pręiudicium filiis primi matrimonii nisi expresse istud dicatur: quoniam vera & communis conclu-
14 sio est in cõtrarium, quòd imò ipsi legi derogatur. si ex uerbis statuti potest apparere statuentes uoluisse derogare licet expresè de ipsa derogatione mentionem non fecerint, nec de filiis primi matrimonii, ut ꝑ Saly. in d. l. hac edictali, nu. 6. q. in fi. & per ea quę dixi supra in q. 25.

Nõ obstat ultimo loco autoritas Bald. in d. l. j. C. de inoffi. doti. qm̃ ut dicit Paris in iam sæpius allegato consil. 91. col. fi. Bald. ibi uerbũ nullũ dicit quoad terminos huius quęstionis, & sic ex his constat ut subdit Paris. quòd non est curandum de dictis per Socyn. in d. consi. 35. cũ ipsemet contrarium punctualiter tenuerit in terminis huius statuti in d. consi. 52. cuius opinio tanquã magis deliberata & copiosius examinata est sequẽda, ex eo etiam, quòd rationes, qua per eum ibi adducuntur sunt efficacissimę, & in quo respondet omnibus in cõtrarium adductis de quibus in d. consi. 35. & ideo tu sequere hanc sententiam quam dicit esse ueram & sequendam Socyn. in citato consi. 52. in fi.

SVMMARIVM

1 *Statutum disponens quòd muliere prædecedente sine filijs maritus nihil teneatur restituere de dote non corrigit l. hac edictali. C. de secund. nup. Sed contra nu. 11.*

2 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis quod declarat, ut nu. 12.*

3 *Verba generalia statuti & absoluta generaliter intelligi debent; & à uerbis eius non est recedendum etiã quòd essemus in materia odiosa quã do proprietas uerborum hoc requireret.*

4 *Verba uniuersalia statuti de lucro dotis faciunt includi ea quæ aliàs nõ includerentur.*

5 *Statutum quòd maritus præmoriente uxore in omni casu lucretur dotẽ exclu-*

excludit filios primi matrimonij.

6 *Idem quando statutum defert totam dotem.*

7 *Verba negatiua sunt maioris uirtutis quam affirmatiua, quia negatiua intensius negat quam affirmatiua affirmet.*

8 *Dispositio affirmatiua licet uerificetur in primo actu, secus est in negatiua, quæ porrigitur in infinitum.*

9 *Testator si aliquid reliquit filiæ ultra legitimam & mandauit eam quod nõ nuberet mercatori alias quòd perdat legatum, si ipsa, primò nupsit mercatori, & eo mortuo nobili non mercatori perdit legatum.*

10 *Verba statuti sunt intelligenda ne sint superflua, sed ut aliquid operentur, maximè quando aliquis sanus intellectus aliquid importans, et iam si sit contra ius commune, potest ei dari, et præsertim ubi uerba sũt uniuersalia.*

Quæstio XXXI.

1 QVAERITVR etiam, An statutũ disponens, quòd muliere prædecedẽte maritus nihil teneatur de dote restituere, corrigat l. hac edictali C. de secun. nupt. & sic excludat filios primi matrimonij, & videtur dicendũ quòd non, quia hmõi statutum non loquitur in casu in quo extant filij ex primo matrimonio, Vnde iste casus non intelligitur in statuto compræhensus, sed ab illo exceptus & exclusus. Quo casu cũ uerba respectu personarum sint indefinite prolata, cum non exprimantur personę, quibus restitutio fieri prohibetur, licet respectu rei, idest dotis, sint uniuersalia propter illud verbum, nihil ut in l. fi. ff. de lib. & posthu. sequitur q̃d iste casus tanquam omissus a statuto
2 remanere debet in dispositione iuris cõis, & sic l. hac edictali, per quã plus nõ debetur marito quã vni ex filiis primi matrimonij, & ita ex his decidit Do. meus Ruin. in consi. 63. col. 2. in fi. vol. 3.

3 Quibus tñ non obstantib. contrariam sñiam tanquam magis amicam veritati tenendam existimamus. Et primo, quia verba statuti ꝙ maritus nihil de dote restituat sunt generalia & absoluta, siue extent filii, siue non ergo generaliter intelligi debẽt l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. & a uerbis ipsius non est recedendũ l. quod constitutum ff. de mili. testa. dato q̃d essemus in materia odiosa q̃n verborum proprietas hoc requirere videtur l. cum lege, vbi Are. ff. de testam. Cal. in consi. j. in ti. de cõsangui. uel affi. Sed a fortiori ubi materia est fauorabilis, prout in casu hmõi qõnis vbi tale statutum excludens expressè vel tacitè filios ex primo matrimonio inductum fuit, ut s. dixi in q. 24. in fauorẽ viduarũ, quę uiros non reperiebant. Igitur per tale statutũ excludendi veniunt filii primi matrimonii, & per consequens maritus ad lucrum dotis admittendus.

4 Secundò probatur ista opi. Nam quòd nihil de dote restituatur sunt verba vniuersalia, quæ verba faciunt includi quæ alias non includerentur vt per Bar. in l. generali. §. vxori ff. de usufru. leg. & D. meũ Ruin. in cõsil. 149. nu. 10. uol. 2. & in terminis de lucro dotis hoc voluerunt Ro. in cõsil. 44. col. 3. Dec. in l. omnia ff. si cer. pet. & alii de quibus s. in q. 29. ubi
5 statutũ disponens quòd maritus pręmoriente uxore in omni casu lucretur dotem, pp illa uerba uniuersalia in omni casu excludit filios primi
6 matrimonii. Itẽ similiter q̃n defert statutum totam marito ut per Paul. de Castr. in consi. 192. col. 2. vol. j. ergo & idem dicendum est, quando disponit, ꝙ nihil de dote restituatur.

Tertiò

7 Tertiò confirmatur hæc sententia Nam uerba negatiua sunt maioris uirtutis quàm affirmatiua: quoniam negatiua intensius negat quàm affirmatiua affirmet ut est glo. in c. cum
8 dilectus, de consuetu. Hinc uidemus quòd licet dispositio affirmatiua uerificetur ī primo actu l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. sign. Tamen secus est in negatiua, quæ porrigitur in infinitum, ut est gl. fi. in l. hoc genus. ff. de condi. & demon. quam sequitur Oldrad. in cōsi. 16. incip. The
9 ma: per quam ipse consuluit ꝙ si testator aliquid reliquit filiæ ultra legitimam, & mandauit ꝙ non nuberet nisi mercatori uel filio mercatoris alias perdat legatum: si ipsa primò nupsit mercatori, & eo mortuo nobili non mercatori quòd perdit legatum, & istam limitationem dicit alibi non legisse Ias. in l. duobus. §. ei qui. ff. de iureiur. quam etiam sequitur Pau. de Ca. in d. l. hoc genus, qui dicit quòd ex illo cōsi. Abbas habuit magnum honorem. & idē tenet Ias. in l. diuortio, in §. quod in anno, col. fi. ff. solut. matr. & Dec. in consi. 617. colum. i. Sed statuta disponentia affirmatiuè, quòd maritus lucretur in omni casu dotem, uel quòd lucretur totam dotem excludunt filios primi matrimonii, ut per Roma. Dec. & Paul. ut supra dixi: ergo fortius excludere eos debet statutū negatiuè disponens, quòd maritus nihil de dote restituere teneatur, cum ipsa negatiua, nihil maximè sit uniuersalis, ut d. l. fi. de libe. & posthu.
10 Quartò facit. Verba apposita in statutis sunt intelligenda, ne sint superflua, sed ut aliquid operentur, ut notat Bar. in l. 4. §. prætor ait, in 3. col. uersi. quæro quid si statutum. ff. de damno infec. maximè quando aliquis sanus intellectus aliquid importans etiam contra ius commune potest ei dari. l. i. §. fina. ubi notatur. ff. ad municipa. Paul. de Cast. in d. consil. 192. in prin. & præsertim ubi uerba sunt uniuersalia, ut per Corn. in consi. 316. colum. penulti. uol. i. & Dec. in consilio. 617. in fin. Sed si istud uerbum, nihil, non excluderet filios primi matrimonii esset sine uirtute operandi contra l. si quando, de lega. i. superfluoq; esset appositum, cum satis fuisset dicere simpliciter in statuto quòd maritus prę moriente uxore nō restituat dotem. Igitur, ne frustra appositum censeatur, faciendum est quòd illa dictio, nihil uniuersalis excludat ipsos filios ex primo matrimonio prout in simili dicit Socy. in consil. 52. colum. pen. uol. 3. quòd statutum deferens dotem marito uxore prę moriente si ne filiis ex eis derogat l. hac edictali & sic excludit filios primi matrimonii a dote materna, ne dicta uerba ex eis cēseātur superfluo apposita, ut de hoc latè dixi supra ī quæst. pcedenti.
11 Quintò & ultimò hanc quæstionē in terminis decidunt Dec. in consil. 19. colum. 2. & 3. & in consi. 353. col. 2. Paris. in consi. 91. col. 3. in fi. uol. 3. ubi uult idem esse in isto casu, ac si expressè esset derogatum dictæ l. hac edictali, & Berous in quæstio. suis famil. q. 119. uersi. tertius casus.
12 Non obstat modò argumentum ex aduerso factū, quòd cum in huiusmodi statuto non fuerit facta mētio de filiis primi matrimonii iste casus tanquam omissus debet remanere in dispositione dictæ l. hac edictali, ac secundum eam regulari, quia respondetur, quòd etsi in specie non fuerit derogatum ipsi legi, & sic facta mentio de filiis primi matrimonii: tamē cū ex cōiecturis cōstet de cōtraria intētione statuentiū, nō procedet dictū argumentū, cū statuentes possint illi legi derogare, ut per Salyce. in d. l. hac

l.hac edictali.quæst.61.n fin.& Paul. de Cast. in citato consilio.192.col. 2.in fin.& alios de quibus supra in quæst.25 Quod tamen satis dicitur constare de mente ipsorum statuentium in terminis huius quæstionis. cum studiosè appofuerint, & cum misterio illud uerbum, nihil: quod effectum aliquem producere non potest nisi præmissam exclusionem filiorũ primi matrimonii.Igitur &c.

Nec obstat autoritas Doct. mei Rui.quia ex rationibus supra deductis necnon & ex autoritatibus pariter citatis constat non esse standum eius singulari sententiæ, sed adhærendum esse communi opinioni a qua in iudicando non est recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Legi, hac edictali derogatum esse non intelligitur si statutum admittit maritum ad lucrum dotis per mortem vxoris decedentis sine liberis communibus, sed contra nu.5.& 11.*

2 *Statutum si disponat quòd vxore præmoriente sine filijs ex eis maritus lucretur dotem non derogat l.hac edictali sed contra nu.17.*

3 *Statutum simpliciter disponens quòd vxore premoriente sine liberis maritus lucretur dotem non excludit filios prioris matrimonij, quod declara, ut nu.16.*

4 *Dos data primo uiro non censetur simpliciter constituta secundo extantibus filijs ex primo matrimonio quo ad effectum ut maritus ex statuto possit aliquid lucrari ultra id quod acquiritur uni ex filijs primi matrimonij.*

6 *Exceptio firmat regulam in omnibus casibus non exceptuatis.*

7 *Statutum quando loquitur simpliciter, licet recipiat interpretationem a iure communi: Tamen fallit quando statutum procedit ulterius faciendo aliquas exceptiones, quia tunc non habet locum ius commune sed statuto stare debemus in casibus non exceptis ab ipso statuto.*

8 *Princeps quando excipit unum casum in quo noluit tertio præiudicare, ex tali exceptione declaratur intentio Principis & ampliatur quòd in alijs casibus non exceptuatis noluit tertio præiudicare.*

9 *Cõstitutio procuratoris ad omnia præterquam ad unum casum requirentẽ speciale mandatum, ut puta quòd non possit deferre iuramentum, operatur ut omnia alia possit in quibus requiritur speciale mandatum.*

10 *Verba intelliguntur eo respectu quo prolata sunt.*

12 *Statutum licet debeant secundum legis declarari & in nõnullis casibus restringi: Tamen id non procedit ubi uerba legis municipalis adeò ampla sunt ut commodè & citra manifestam cauillationem restringi non possunt.*

13 *Verbum minimum in statuto non cẽsetur oppositum sine uirtute operandi.*

14 *Statutum admittens maritum ad lucrum totius dotis uxore descendente sine liberis excludit filios primi matrimonij.*

15 *Res appellatione uenit tota res.*

Quæstio XXXII.

1 AN dispositio l.hac edictali correcta esse intelligatur stante statuto, quòd uxore præmoriente sine liberis communibus maritus lucretur dotem. Do.meus Ruin.in consilio. 59.colum.10.uersicu.præterea,uol. 3.ut uelle quòd non: quoniam ubi etiam uerbum cõmunibus non fuisset

fet expreſſum, ſed ſolum dictum fuiſſet non extantibus filiis intelligeretur de communibus & natis ex uxore & uiro cui defertur lucrum, & ſic talis expreſſio omnino fuit ſuperflua ut probatur in l.cum uir,& ibi Bartol.& Doct.ff.de condi.& de mon.l.ſi inter ff.de pact.dotal.ergo datur intelligi quòd illa uerba ſine liberis communibus non habeant derogare diſpoſitioni dictę legis, ꝑut etiam non derogatur, ſi ſtatutum ſimpliciter diſponere de lucro dotis non exiſtẽtibus liberis, ut per Bar. & alios in d.l.hac edictali. Cui ſentẽtiæ accedat quod notat Socy.in cõſil.35.colum.3.in princip.uol.4.ubi

2 ſtatutum deferens lucrum dotis marito uxore præmoriẽte ſine filiis ex eis nõ derogat illi legi, quia illa uerba etiam intelliguntur quamuis nõ ſint expreſſa in ſtatuto ſimpliciter deferente lucrum dotis, ſi uxor prę deceſſerit ſine filiis, & ſic illa expſſio tanquam ſuperflua nihil operatur,& ſubdit quòd Bal.punctualiter ita decidit in l.i.C.de inoffi.doti.

Secundò idem uult ipſe D.meus Rui.in conſil.61.in 2.dubio, uolu.3.ubi inquit quòd tale ſtatutum ꝙ non extantibus communibus liberis maritus lucretur dotem, ſi non

3 procedit ulterius non derogat ipſi l.hac edictali. ſed quòd maritus tantum conſequetur quantum unus ex filiis primi matrimonii, cui minus acquireretur,ut per Bar.ac alios in d.l.hac edictali, & Bartol.in diſputatione incip.mulier habens amplũ patrimonium, ubi dicit quòd ſi mu

4 lier tranſeat ad ſecunda uota, quòd dos primi matrimonii non intelligitur ſimpliciter conſtituta, quando extãt filii primi matrimonii quo ad effectum ut maritus ex pacto uel ſtatuto poſſit lucrari ultra id quod acquiritur uni ex filiis primi matrimonii, cui minus acquiritur: & ſubdit quòd in terminis hoc uult Bal.in c. i.an mari.ſucce.uxo.

5 His tamen non obſtantibus contraria ſententia de iure eſt uerior & magis recepta, quod probatur. Nam ſtatutum ponit regulam quòd non extantibus communibus liberis ex uxore prædefuncta maritus lucretur dotem, & ab ea excipit unum caſum ſolum, & in eo duntaxat maritum excludit a lucro dotis, uidelicet quando extant communis liberi ſumendo argumentum a contrario ſenſu (ut licet) iuxta not.in l.i.ff. de offic.eius cui manda eſt iuriſd.& quo ſequitur quòd cum talis exce-

6 ptio firmet regulã in omnibus aliis caſibus non exceptuatis l.tribunus. §.fi.ff.de teſta.mili.quòd firma manet regula, quòd maritus etiam extantibus filiis primi matrimonii debet luctari dotem ut decidi uidetur ex dictis per Bald.in l.i.§. ſed exci-

7 piuntur, in fin.ff.de feriis ubi inquit quòd quando ſtatutum loquitur ſimpliciter tunc recipit interpretationem a iure communi l.ſi ſerui ueſtri C.de noxal.Si uerò procedit ulterius faciendo aliquas exceptiones, & tunc non habet locum ius commune quia in caſibus a ſtatuto non exceptis debemus ſtare ſtatuto & non iuri communi.Nam exceptio in quibuſdam, uidetur regulam in cæteris confirmare. Quod & comprobatur

8 per ea quæ notat Alex.in conſi.215. colum.8.uerſicu.10. conſidero, ubi quando Princeps excipit unum caſum, in quo uoluit tertio præiudicare, ex tali exceptione declaratur intentio Principis, & ampliatur quòd in aliis caſibus non exceptuatis noluit tertio præiudicare. Cui etiam opitulatur quod dixit Lap.in ca.qui ad agẽdum.de procura.quem ſequitur Alex.in l.fin.ff.quod quiſq. iur.

&

& in consil. 36. col. i. uol. 6. & Dec. in
9 c. in consultationibus in fi. ff. de off. deleg. ubi si constituo procuratorem ad omnia nisi quòd non possit iuramentum deferre, & sic excipio casum requirentem speciale mandatum: Certè per talem exceptionem ampliatur regula ut procurator omnia alia possit in quibus speciale mandatum requiritur. Item in proposito cùm statutum excipiat liberos cõmunes; quibus noluit præiudicare: ergo infertur quòd liberos primi matrimonii uoluit excludere. & ita in terminis huius quæstionis arguit Dec. in consi. 283. colum. 2. uers. hoc idem, ubi etiam pro confirmatione facit quod idem Dec. in j. col. considerat, dum dicit quòd cum ista uerba, non extantibus liberis communibus, fint prolata respectu uxoris præmortuæ intelligi debent de communibus liberis ex marito & uxore præmortua, quia uerba intelliguntur eo
10 respectu quo prolata sunt l. debitor. §. fi. ff. ad Trebel. & in talibus liberis communibus ex dicto marito & uxore præmortua, est ratio manifesta. quod maritus pater liberorũ excludatur, quia pater maritus æquo animo tolerabit, si illo excluso eius filii admittantur, propter maximam affectionem patris in filios l. isti quidem ff. quod met. cau. nec propter hoc maritus retrahetur a matrimonio, ad quod cum tali lucro a statuto inuitatur: secus esset in liberis primi matrimonii. Igitur cum maritus excludatur a lucro dotis existentibus communibus liberis, illis ergo non extantibus maritus indistinctè admitti debet prout statutum generaliter loquitur. & sic etiam existentibus liberis ex primo matrimonio, aliàs si eorum occasione maritus non deberet lucrari dotem: ipsa uerba, de communibus liberis ex uxore præmortua, essent superflua & nihil operarentur, contra l. si qñ. ff. delega. i.

11 Secundò quòd dictæ i. hac edictali, per huiusmodi statutum sit derogatum, ultra Dec. in citato cõs. 283. col. i. & 2. uoluit Paris. sequẽdo Dec. in consi. 91. col. 3. in fi. uol. 3 Alcia. in
12 lib. i. de uerb. sign. car. 28 ubi inquit quòd licet statuta debeant secundũ leges declarari, & in nonnullis casibus restringi. tamen id non procedit, ubi uerba legis municipalis tam ampla sunt, ut commodè & citra manifestam cauillationem restringi nõ possunt, ut si statutum diceret, quòd maritus decedente uxore sine communibus liberis lucretur dotẽ. Quorsum enim liberorum communium mentio fit: nisi ut qui communes nõ sint reiiciantur: Idem tenuit D. mei Rui. in consi. 59. col. 9. in fi. uersi. nõ obstat etiam quod dicitur, & col. 10. in prin. uer. cũ enim maritus, uol. 3.

Non obstant quæ in contrarium adducta fuerunt, & in primis dictum D. mei Rui. in consi. 59. col. 10. ubi ponderat dicta uerba, non obstantibus communibus liberis esse superflua, cum alias sine expressione ea tacitè intelligerentur. quia respondetur quòd imò cum uirtute operandi apposita fuerant, ut aliquid addatur iuri communi, & sic ad demonstrationem, quod intentio statuentium fuit excludere filios primi matrimo-
13 nii, cum quodlibet minimum uerbũ in statutis non censeatur appositum sine uirtute operandi, ut per Bald. in rub. de contrahen. emptio. in 9. q. & D. meum Rui. in conf. 81. col. 3. & 4. uol. i. & per Dec. in terminis huius quæstionis in dicto conf. 283. colum. i. & Alcia. ubi supra, Socyn. in consi. 52. colum pen. uolu. 3. Quod etiam demonstratur alio modo. Nam nos uidemus, ut supra dictum fuit in q. 32. quòd statutum disponens quòd

uxore

14 uxore prædecedente sine liberis maritus lucretur dotem, excludit filios primi matrimonii, ut per Paul. de Castr. in citato consil. 192. colum. 2. uol. 1. & tamen attenta ratione Domini mei Rui. hoc non esset dicendum: cum etiam si statuto caueatur simpliciter quòd maritus lucretur dotem, tale statutum debet intelli-
15 gi de tota dote; quia appellatione rei uenit tota res, ut not. in l. si rem. ff. de rei uendi. & probatur in l. de pupillo. §. qui nuntiat, ubi Bar. & communiter Doct. ff. de op. noui nuntia. ergo sequitur ꝙ artificiosè & cum misterio dicta uerba, sine communibus liberis, sunt apposita in statuto ad exclusionem filiorum primi matrimonii. cũ alium effectum operari non possint ut in simili dicit Pau. de Cast. in d. cõsi. 192. col. 2. in fi. de statuto deferente lucrũ totius dotis.

Secundò in dictis Do. mei Rui. nõ põt fieri fundamẽtum. cum ipsemet non audeat hoc pro firmo ponere: dum dicit, uel saltem negari non põt quin de hoc dubitari potuisset & tãto fortius, cum in citato cõs. 59. col. 9. in fi. cum seq. in prin. admittat ipsa uerba operari exclusionem filiorum primi matrimonii.

Non obstant etiam notata per D. meum Rui. in d. conf. 61. in 2. dubio, quia Bar. & alii in d. l. hac edictali. & Bart. in d. disputat. mulier habẽs &c. allegati per ipsum D. meũ Rui. nõ loquũtur in statuto de quo in quæstio
16 ne præsenti, uidelicet nõ extantibus cõmunibus liberis, sed solum quãdo simpliciter per statutum conceditur lucrũ marito uxore ꝑmoriente sine filiis. Quo casu uerũ est ꝙ tũc statutũ recipit interpretationẽ a d. l. hac edictali. & ad dicta Bar. in simili casu respondet Paris. in cõsi. 91. col. pen. in fi. uol. 3. & ideo, cum dictę decisiones non meruerint allegari in proposito huius quæstionis, non ualent dicta per eum in d. consi. iuxta notata per Bar. in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de libera. lega.

Minusq; facit decisio Bal. in d. c. i. an mari. succe. uxo. quia licet Bal. ponat quæstionem, An per statutũ uxore præmoriente sine filiis ex eis, maritus lucretur dotem, excludantur filii primi matrimonii, & sic derogetur dictæ l. hac edictali, & arguat hic inde ad partes: tamen pro decisione se remittit ad dicta per eum in ipsa l. hac edictali, ubi nullam penitus facit mentionem de terminis il-
17 lius quæstionis: & quatenus hoc diceret uiribus non subsisteret eius sententia, quia contrarium ipse de directo consuluit, ut in consi. 495. uol. 5. ubi per multas rationes & quidem sine filiis ex eis, excluduntur filii primi matrimonii, & Bal. in d. c. i. reprobat in specie, Socy. in consil. 52. col. pen. uol. 3.

Ad dicta per Socy. in conf. 35. post Bald. in l. i. C. de inoffic. dot. respondet Paris. in d. consilio. 91. colum. fi. quòd Bald. ibi uerbum nullum dicit ad terminos illius quæstionis, & quòd idem Socyn. fuit sibi contrarius, ut patet in consil. 52. ubi magis deliberatè loquutus fuit, & quia latissimè illam quæstionem ac satis abundè examinauimus supra in quæstio. 30. Ideo non contero tempus ubi non expedit, ad ibi dicta me remitto. & ita hanc partem teneas tanquam fulcitã, melioribus rõnibus & autoritatibus.

SVMMARIVM.

1 *Legi, hac edictali, derogatum esse cẽsetur stante statuto. quo caueatur ꝙ uxore præmoriente sine filijs amborũ duorum, maritus lucretur dotem, & nume. 10.*

2 *Verba debent intelligi eo respectu quo prolata sunt.*

3 *Statutum si disponat quòd uxore præmoriente sine communibus liberis, maritus lucretur dotem, excludit filios primi matrimonij.*

4 *Argumentum a contrario sensu sumitur etiam in materia correctoria, ut uerba aliquid operentur etiam ad correctionem iuris antiqui.*

5 *Statutum si admittit maritum ad lucrum dotis uxoris præmorientis sine filijs ex eis, excludit filios primi matrimonij.*

6 *Statutum concedens marito lucrum totius dotis uxoris præmorientis sine filijs, excludit filios prioris matrimonij.*

7 *Statutum quòd uxore præmoriente sine filijs amborum, maritus lucretur dotem, non uerificatur in nepote ex filia.*

8 *Verba geminata magis demonstrant enixam uoluntatem statuentium.*

9 *Legi, hac edicta li etiam tacitè derogatur.*

Quæstio XXXIII.

1 Qvid si statutum deferat dimidiam partem dotis marito uxore præmoriente, sine filiis amborum duorum, An corrigatur dispositio ipsius l. hac edictali. & omissis superfluis teneas, quòd ipsi legi per huiusmodi statutum derogatum esse censetur: quoniam illa uerba, sine filiis amborum duorum, sunt prolata respectu uxoris præmortuæ, & ideo intelligi debent de filiis natis ex eodem matrimonio, cũ uerba intelligan-
2 tur eo respectu quo prolata sunt l. debitor. §. fina. ff. ad Trebel. l. si quis domum. §. quod tamen. ff. loca. notat Bal. per illum tex. in l. si pater. §. qui duos. ff. de adoptio. Cum ergo maritus excludatur præmortua uxore a lucro dotis extantibus filiis amborũ duorum: illis ergo non existentibus maritus admitti debet ad dictam dimidiam prout statutum generaliter loquitur: & sic extantibus etiam liberis ex primo matrimonio, alias si maritus propter ipsos filios ex primo thoro non lucraretur dictam partem dotis, sequeretur quòd illa uerba sine filiis amborum duorum, prout statutum loquitur, supeffluo apposita essent, & nihil operarentur: quod nullo modo est dicendum c. si papa, de priuileg. in 6. l. si quando, de lega. i. & hoc fundamento uti-
3 tur Dec. in consil. 283. colum. j. vbi dicit, quòd si statutum disponit quod vxore pręmoriente sine communibus liberis maritus lucretur dimidiã partem dotis, quòd ipsa verba, sine liberis communibus, cum sint prolata respectu vxoris præmortuæ, & ne superfluo apposita videãtur, & sic sine virtute operandi, excludũt filios primi matrimonij. & subdit, hoc in
4 tantum procedere, quod etiã in materia correctoria vt uerba aliquid operentur, sumitur argumentum a cõtrario sensu, etiam ad correctionem iuris antiqui, ut not. Roma. in auct. ex testamento, per illum text. C. de colla. & de hoc est glo. in l. nulla. C. de episco. & cleric. notat Bal. in l. ob seruare, in §. proficisci. ff. de offi. pro consul. & lega. Pro qua sententia accedat quod dixit Roma. in consi. 44. col. 3. & Socy. in consi. 52. col. pen. uol. 3. ubi tradit, quòd statutũ si ad-
5 mittit maritum ad lucrum dotis uxore præmoriente sine filiis ex eis, excluduntur filii prioris matrimonii propter illa uerba, ex eis, ne frustratoriè apposita cẽseantur. Ad idem facit quod dixit Paul. de Cast. in cons. 192. col. j. & 2. ubi concludit, quòd statutum concedens marito, quòd præ

moriente

moriente uxore sine liberis, lucretur totam dotem, excludit filios primi matrimonii: cum illud uerbum totum, non possit operari alium effectum & ideo cum in casu huius quæstionis militet eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio l.illud.ff.ad l.aquil.

Secundò ista opinio confirmatur ex iis, quæ dixit Dec. in consilio.
7 353.colum.fina.ubi inquit, quòd si statuto caueatur, quòd uxore prædecedente siue filiis amborum, maritus lucretur partem dotis: quòd tale statutum non uerificabitur in nepote ex filia: quia si extenderetur ad hunc nepotem, ille non esset filius duarum sed quattuor personarum: quod utiq; dicendum est in terminis huius quæstionis, quia filii primi matrimonii non essent filii duorum, sed trium personarum. Igitur cum uerba dicti statuti in filiis primi matrimonii non possent adaptari, nec pariter eiusdem statuti dispositio l.4.§.toties.ff.de dam. infec.& licet ratio Decii in casu suo a nonnullis mordeatur: tamen in terminis de quibus tractatur bene procedit: quia uerè dicere non possumus filios primi thori esse filios ipsorum amborum, idest eiusdem matrimonii, & tanto fortius, cum ultra uerbum, amborum, addatur & uerbum, duorum; quæ uerba cum sint gemi-
8 nata magis demonstrant enixam uoluntatem statuentium, uoluisse excludere filios primi matrimonii, &
9 sic tacitè derogare dispositioni ipsius l.hac edictali. Quod quidem sufficere uidetur, ut per Saly.in d.l. hac edictali, in 6.quæst.in fi.& Socy. in consilio.52.colum.penul.in prin. uol.3.& alios de quibus in quæstionibus præcedentibus, ubi istam fore communem opinionem demonstrauimus.

10 Tertiò & ultimò quòd excludantur filii primi matrimonii stante statuto de quo supra, uoluit Dec.in cōs. 19.colum.2.Paris.in consil.91. col. 3.in fi.uol.3.& D.meus Rui. in cōsi. 63.colum.1.uersicu.& in primis, & colum.2.uersi u.non obstat, uol.3. ubi propriè dicit quòd illa uerba, sine filiis amborum, sunt posita ad exclusionem filiorum ex alio matrimonio: & ita, si casus tibi euenerit, sequere hanc opinionem.

SUMMARIUM.

1 Dispositioni l.hac edictali non censetur derogatum, si stante statuto quòd liceat mulieri secundò nubenti, totam dotem dare, & tradere, secundo uiro, exclusis filiis primi matrimonii: mulier non dederit dotem secundo uiro, & nu.6.

2 Dos data primo uiro censetur data secundo, quod declara ut nu.7.

3 Verba legis, uel statuti ubi non conueniunt, ibi etiam non militat eius dispositio.

4 Statutum de lucro dotis cum sit correctorium iuris communis, restringendum uenit, ut minus lædatur dispositio ipsius iuris communis, quam sit possibile.

5 Verba statuti, si est possibile, semper debent intelligi ne quis indebitè dānum patiatur, etiam si ita intelligēdo statutum nihil operaretur, uel addèret iuri communi.

8 Verba statuti non debent censeri superfluò apposita.

9 Verba statuti contra ius commune, non recipiunt declarationem ab illo, quando statutum superfluum redderetur.

10 Iuris necessitati non subiicitur omne quod subiicitur licentiæ, & potestati alicuius.

11 Filios magis amore prosequi solemus,

mus, quàm nosmetipsos.

12 *Verba statuti debent capi largè, uel strictè, si ita interpretanda, euitatur correctio iuris communis.*

Quæstio XXXIIII.

Qvia a Doctoribus communiter recipitur, quòd derogatum censetur dispositioni l. hac edictali C. de secun. nup. stante statuto quòd liceat mulieri secundo nubenti totam dotem dare, & tradere secũdo uiro, exclusis filiis primi matrimonii, absq; eo quòd cogatur eisdem aliquid reseruare, uel restituere, ut per Cur.
1 Sen. & Inn. in autent. præterea. C. unde uir & uxor, ac Ias. in consilio. 50. uolu. i. Dubitatur modò, an si mulier non dederit neque tradiderit dotem secundo uiro, & sic usa non fuerit facultate sibi a lege statutaria concessa, maritus per mortem uxoris decedentis cum filiis primi matrimonii, lucretur dotem. Primo quidem aspectu uideretur dicẽdum quòd sic, quia a statuto concessum reperitur mulieri, quod aliàs a lege etiam per
2 missum erat. Nam lege cautum cõperitur, quòd dos data primo uiro censetur data secundo l. dotem. ff. de iure dot. Cum igitur illa expressio statuti nihil plus possit operari, quàm ea quæ tacitè insunt a lege l. 3. ff. de lega. i. sequitur quòd sicut maritus lucratur dotem datam primo uiro ex dispositione legis, ut per Cuma. in consi. 109. & alios de quibus infra in quæst. 75. ita etiam lucrari debeat dotem stante præmisso statuto quòd liceat mulieri dare, & tradere secundo uiro dotem; & si actualiter, & expressè non tradiderit, nec dederit.

Verum his non obstantibus sententia contraria uti uerior tenenda est.
3 Et primò quia ubi non conueniunt uerba legis uel statuti, ibi etiam non militat eius dispositio l. quod constitutum. ff. de milita. testamen. Sed uerba statuti non conueniunt, & in simili casu non loquuntur: quia licet ex ui ipsius statuti sit in libera potestate mulieris nubere, & dare, ac tradere bona sua in dotem secundo uiro, tamen requiritur quòd dederit, & tradiderit ipsa bona uiro unde. cũ non usa fuerit facultate ei a iure municipali concessa in non dando dicta bona actualiter secundo marito: sequitur quòd non debet habere locũ dispositio ipsius statuti, sed quòd debet habere locum dispositio iuris cõmunis argu. l. commodissimè. ff. de liber. & posth. & eorũ quę notat Alex. in consi. 212 colum. 3. uol. 6.

4 Secundò facit. Nam statutum, de quo agitur, cũ sit correctorium iuris communis, ut abundè diximus supra in quæstio. 2. restringendum uenit ut minus lædatur iuris communis dispositio quàm fit possibile l. fi. §. in computatione C. de iure delibe. ergo necessariò restringendum est, ut solum in casu a lege municipali dispositio locum habeat, & sic quando tradidit dotem secundo uiro.

5 Tertiò uerba statuti, si possibile est, semper debent intelligi ne quis indebitè damnum patiatur, etiam si ita intelligendo statutum nihil operaretur uel adderet iuri cõmuni: quia potius debet iudicari statutum ut sit superfluum, & nullus effectus, quàm quòd quis indebitè damnum patiatur, d. §. in computatione. Sed filii indebitè damnum paterentur, si uerba statuti intelligerentur in alio casu, quàm quando actualiter dos data fuit: quia priuarentur legitima, & successione eorum matris, propter secundum maritum ergo &c.

6 Vltimò in terminis hoc uoluit. Rayn. de Forliu. in consilio. 68. & in consilio. 267. inter consilia Signoro, de

de Homod. qui idem ipſe tenuit in conſilio.37.69.quæ conſilia quamuis uideantur inuicem aduerſari, tamen in caſu propoſito bene conueniunt. Idem dixit Paul.de Caſt.in conſilio. 237.ſecundum antiquam impreſſionem, nunc ſecundum nouam, eſt in conſilio.349.in 2.uol.qui loquuntur in caſu ſtatuti ciuitatis Aſt.incip.de-teſtanda, Curt.Sen.in auten.prærerea.C.unde uir & uxor, & in conſil. 78.colum.6.& Cur.Iun. in dicta auten.prærerea, colum.5.Iaſ.in conſil. 50.uol.1.Brun.in Tracta.exclu.fœmi. in 6.articu.principa. in 4.membro. quæſtio.27.

7 Non obſtant allegata ex aduerſo ꝙ dos data primo uiro, cenſetur data ſecundo, & quòd ſicut ex ui ſtatuti maritus lucratur dotem illam tacitam,& præſumptam a lege, ita etiam debet lucrari dotem ipſam de qua diſponitur a ſtatuto: quia reſpondetur quòd argumentum poſſet procedere quando ex primo matrimonio non extarent filii, quia extantibus filiis ut diximus infra in q.75.dos nõ uidetur repetita in ſecundo matrimonio ſimpliciter, ſed ita demum quòd uir nõ lucret ultra quã haberet unus ex filiis primi matrimonii,qui minus haberet, ne aliquid aduerſus filios prioris matrimonii machinari contingat, iuxta l.ſi conſtante, in fi.ff. de dona.an. nup.& Doct. in d.l.hac edictali.

8 Præterea uerba ſtatutorum in dubio non debent cenſeri ſuperfluo appoſita l.ſi quando.ff.de lega. i. Bald. in rubri.de contrahen.emp.quæſt.8.

9 D.meus Ruin.in conſilio.51.colum. 3.uolu.3.ubi uerba ſtatutorum contra ius commune non recipiunt declarationem ab illo,quando reddere tur ſuperfluum ſtatutũ, allegat Bart. in l.2.ff.de uſucapio. & in l.4.§.prætor.ff.de dam.infec. Sed ſi nos dicemus ꝙ a ſtatuto præſumatur dosdata ſecundo uiro, fruſtratoria eſſent illa uerba,poſſit,& licet: quia non om

10 ne, quod ſubiicitur licentię, & proteſtati, ſubiicitur neceſſitati iuris l.non quicquid ff.de iudi.l.1.ubi Bar. & alij C.quomodo & quãdo iud.Igitur ne fruſtrarorie appoſita cenſeantur dicta uerba, & ſine effectu, concludendum uenit: quòd licet ex tenore prænarrati ſtatuti poſſit mulier, & ei liceat dare, & tradere ſecundo uiro dotem lucrandam in præiudicium filiorum primi matrimonii: tamen ex hoc non eſt præſumen

11 dum quòd dederit, & uoluerit priuare filios primi matrimonii ob maritalem affectionem: cum filios amore magis proſequi ſoleamus quàm noſmetipſos l. iſti quidem. ff.quod met.cau.l.fin.in princip. C.de cura. furio.Ita Cur.Sen.in d.conſilio. 78. colum.8. & Iaſ.in citato conſil.50. uerſic.quarto principaliter moueor: & tanto magis ſumenda eſt dicta intelligentia in terminis.de quibus agitur, cum per eam minus derogetur iuri cõmuni,per ea quæ uoluit Do. meus Rui.in conſilio.38.colum.pen. uol.3.& in conſilio.169.col.3 uol.3.

12 ubi dixit quòd uerba ſtatuti debent capi largè, uel ſtrictè ſi ita interpretando euitatur correctio iuris communis. allegat text.in ca.cum dilectus, de conſuetu. & ibi Abb. in 5. notab.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſi caueatur quòd præmoriente uxore ſine liberis maritus lucretur dimidiam dotis, & alio diſponatur quòd uerba ſtatutorum intelligantur ad literam prout iacent: per hoc ultimum ſtatutum non intelligitur eſſe derogatum remedio l.hac edictali.*

C. de secun. nup. & nu. 8.

2 *Statutum disponens quòd omnia statuta præcisè seruentur, recipit interpretationem a glossa, & lege licet non ab homine.*

3 *Statutum, quòd omnia statuta non recipiant interpretationem uel glossationem: interpretationem iustam & legitimam recipient.*

4 *Verba præcisa recipiunt modificationem.*

5 *Verba quantumcunque præcisa recipiunt subauditionem, & interpretationem secundum subiectam materiam.*

6 *Verba Papæ, quamuis præcisa, recipiunt interpretationem, & tacitam conditionem.*

7 *Disposit. d. l. cum auus. ff. de cond. & demon. procedens ex interpretatione testatoris, non ideo minus procedit quamuis in ciuitate sit statutum, quòd uerba testamenti nullam recipiant interpretationem.*

Quæstio XXXV.

STATVTO cauetur in ciuitate Veronæ, quòd uxore prędecedente sine liberis, maritus lucret dimidium dotis, alio quoq; disponitur, quòd uerba statutorum intelligan-
1 tur ad literam prout iacent. Dubium modo offertur. An primum statutum recipiat interpretationem a d. l. hac edictali, ex quo de filiis primi matrimonii statutum in litera non loquitur. Non insistendo in uerbis superfluis, sed amplectendo communes Docto decisiones: teneatis, quòd tale statutum recipit interpretationem a d. l. hac edictali. Et Primò ex his quę notat Bald. in l. omnes populi, colum. 20. ff. de iusti. & iure, ubi dicit, quòd si statuto caueatur quòd
2 omnia statuta pręcisè seruētur, quòd nihilominus recipiunt interpretationem a glossa & lege, licet non ab homine, allegat l. quamuis. C. de adul. & ratio est, secundum Ias. in l. quamuis ff. de in ius uocan. quia interpretatio legis est necessaria. Et Bal. sequitur Alex. in consi. 80. col. 3. uol. 1. ubi inquit quòd statutum disponēs, 3
quòd omnia statuta non recipiant interpretationē uel glossationem. hoc non obstante, statuta recipient iustā & legitimam interpretationem. Idē uoluit ipse Alex. in cons. 50. col pen. uer. nec obstat, uol. eo. ubi propriè loquitur in statuto disponēte q͏ uerba statutorū intelligātur prout uerba sonant & in cons. 192. col. 2. uol. 6. & in consi. 211. col. fi. eod. uolu. 6. ubi per illa uerba, solum censetur reiecta friuola, & cauillosa interpretatio, non autem iusta & legitima. Quod & uoluit Ripa in l. i. nu. 26. ff. si cert. peta. & in respons. 3. lib. 1. respons. Paris in consilio. 127. colum. 3. uersic. & illud uerbum, uolu. i. Socy. iun. in consi. 1. nume. 141. uol. i. & D. meus Ruin. in consil. 3. colum. 5. uolu. 3. & in consi. 15. uolu. 3. & in consilio. 127. colum. fina. eod. uol. 5. ubi pariter refert hāc sententiam a doctoribus magis receptam. Pro qua opinione facit quod not. Ange. & Moder. in l. 3 §. in amittenda. ff. de acquiren. possessio. ubi uo-
4 lūt quòd uerba præcisa recipiant modificationem. Hinc etiam dicunt gl. Barto. & alii in l. si stipulatus sum dā-
5 num. ff. de uerbo. obliga. quod uerba quantumcunque præcisa recipiunt etiam subauditionem, & interpretationem secundum subiectam materiam. Accedat etiam quod notat Bal.
6 in c. cum Ferrariensis, colum. 8. de constitu ubi tradit quòd uerba Papæ quamuis pręcisa recipiunt interpretationem, & tacitam conditionem. Facit gloss. notab. in c. licet de euitanda, de electio. in 6. ubi si Papa præcisè rescri-

sè rescribat, tamẽ legitimæ exceptiones admittuntur.

Confirmatur hæc sententia ex dictis per Socyn. in l. cum auus. colum. 54 & sequen. ff de condi. & demonstra. quem sequitur Socy. Iun. in cõs.
7 i. nume. 143. uolu. i. ubi uoluit, quòd dispositio illius legis, quæ procedit ex interpretata mente testatoris, non ideò minus procedat, quamuis in ciuitate sit statutum, quòd uerba testamenti nullam recipiãt interpretationem, cum non de illa uel simili interpretatione intelligatur, sed tantum
8 de friuola, & ex ranea, & in terminis huius quæstionis de lucro dotis, ita decidit Cur. Iun. in consi. 122. col. fina. in princip. ubi inquit quòd huiusmodi statuta modicum operantur: cum per ea uerba, sola friuola interpretatio remota uideatur, non autẽ iustæ interpretationes legis. Quod tanto magis uidetur dicendum in terminis huius nostræ quæstionis, cum per dictam interpretationem non derogetur iuri communi: per ea quæ notat Aret. in consi. 145. de quo facit mentionem Cur. Iun. in consil. 6 col. 4. in fi. cum sequen.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis in præiudiciũ filiorum primi matrimonij, non extenditur ad filios, qui sunt alienæ iurisdictionis, & nume. 15.*

2 *Verba generalia statuti non porriguntur ad eos qui sunt alterius iurisdictionis, & nu. 16. & 19.*

3 *Statutum disponens quòd ex stipulatione notarij acquiratur utilis actio sine cessione, non extenditur ad forensem, pro quo factã fuit stipulatio.*

4 *Prouisio nulla legalis actiua uel passiua directò agit in non subditum, nihil agentem per se uel per alium intra territorium l. condentis.*

5 *Statutum Florentiæ disponẽs, quòd statuta edita contra cessantes, locum etiã habeant in quibuscunque forensibus, & contra quoscunque forenses habitantes in ciuitate, uel districto quomodolibet trafficantes, uidetur inualidum ex defectu potestatis, si forensis non cessauit in ciuitate uel districtu Florentiæ.*

6 *Forum sortiri, & statutis ligari a pari procedunt.*

7 *Statutum habilitans, uel inhabilitans personam alias inhabilem, uel habilem non extenditur ad forensem.*

8 *Statuta quæ disponunt circa personam legitimandam ad aliquem actum nõ porriguntur ad eos qui non sunt suæ iurisdictionis.*

9 *Statutum disponens quòd filiusfamilias possit testari, non extenditur ad forensem.*

10 *Statuto, si caueatur quòd uir non possit instituere uxorem, si forensis testabitur in loco statuti, non impedietur uir instituere uxorem.*

11 *Statutũ inhabilitans fratrem sororis a succedendo, non extenditur ad fratrem forensem.*

12 *Forensis non poteſt gaudere beneficio alterius statuti.*

13 *Statuto si disponatur quòd debitor debitoris capiatur ad instantiam creditoris, non poterit capi debitor debitoris ad instantiam creditoris forensis.*

14 *Statutum arctans communitatem ad emendationem damni dati alicui, non arctat eam quãdo damnum passus est forensis.*

Quæstio XXXVI.

1 LEGE municipali cauetur quòd maritus præmoriente uxore, sine filiis, lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonii. An huiusmodi statutum porrigatur seu ex-

tendatur ad filios dicti primi matritendii qui sint alienæ iurisdictionis. monttendo multa quę hincinde dici Ominunt, concludendum fore arbitra
2 poilr quòd non. Et primò, quia uerba muneralia statutorum non comprę-gendunt eos qui sunt alienæ iurisdi- heonis, ut uoluit Ioan.mona. in c. ut ctiimarum, de constitu.in 6. quem se anuitur Anto. de Butr. in c.ecclesia qanctæ Mariæ, eod.titu.de constitu. squod & uoluit Bald.in l.fi.§.in computatione, in fin.C.de iure delibe.ar gu.l.qui tabernas. ff.de contrahen.
3 emptio. Hinc dixit Ange.in consi. 73. quòd statutum disponens, quòd ex stipulatione notarii quæratur uti
4 lis actio sine cessione, non extenditur ad forensem, pro quo facta fuit stipulatio: quia nulla legalis prouisio actiua uel passiua directo agit in non subditū nihil agentem per se aut per alium intra territorium, legem condentis l.fina.ff.de iurisd.om.iudi.& l. 3.ff.de offic.præsid.facit etiam quod notat Do.meus Ruin.in consilio.18. colum.3.uolu.5.ubi concludit quòd statutum ciuitatis Florentiæ dispo-
5 nens, quòd statuta edita contra cessantes, locum etiam habeant in quibuscunque forensibus, & contra quoscunq; forenses habitantes in ciuitate, comitatu, uel districtu, quomodolibet mercantes: uidetur inualidum ex defectu potestatis, si ille albertus, de quo in themate suo, non sit factus cessans indistrictu, uel ciuitate Florentiæ, cum statutum loquatur in personam quę non est subdita.
6 Secundò. Nam a pari procedunt forum sortiri in aliquo loco, & in statutis uel legibus eius subiici, ut notat gloss. in c. quod clericis, de foro compe. Docto.in rubri.de consuetu. Alex.in consil.44. colum.3. uolu.5. in consi.19.col.3.& in cōsi.116.col.1. eod.uolu.Socy.in consil.271.colum. 2.in fin.Do.meus Ruin.in consilio. 200.col.1.uolu.2. Sed filii primi matrimonii forenses nón sortiuntur forum in loco statuti uictrici l.fi ff.de iurisd.omn.iud.ergo statutis uel legibus illius loci non subiiciuntur.
7 Tertiò facit. Nam statutum habilitans uel inhabilitans personā alias inhabilem uel habilem, de iure com
8 muni, non extenditur ad forenses. ut notat Bart.in l.1.ff.de tuto.uel cura.datis ab iis, ubi dicit quòd statuta ciuitatum quæ disponūt circa personam legitimandā ad aliquem actū, non porriguntur ad eos qui nō sunt suę iurisdictionis. Idem uoluit ipse Bart.in l.cunctos populos, colum. 6.in princip.in 3.quæstio.in fin.C.de
9 sum.tri.& fide catho.ubi tradit quòd si statutum disponit circa personam, ut quod filiusfamilias possit facere testamentum filiusfamilias forensis in illa ciuitate non poterit testari, quia statutum non potest legitimare personam sibi non subditam, nec circa ipsam personam aliquid disponere, p dictam l.1.ac l.etiam, cum ibi nota-
10 tis.ff.de tutel. Et subdit quòd etiam si statuto caueatur quòd uir non possit instituere uxorem suum, si forensis testabitur in ciuitate statuentium, non impediretur uir instituere uxorē suam.& cum Bart.ibi transit Iasin 1. lect.col.5.in prin.& in 2.lect.colum.
11 antepen. Idem facit Alex.in consi. 45.colum.3.uolu.5.ubi concludit ꝙ statutum inhabilitans fratrem sororis a succedendo non extenditur ad fratrem forensem.necnon Corn. in consilio.45.colum.penul. uersi.item est aduertendum, uolu.1.& in consi. 94.col.2.uolu.2.& in consi.162.col. 2.uolu.3.Do.meus Ruin.in consilio. 120.colum.fina.uol.1.& 201.colum. 1.eod uolu.ubi opinionem Bartol.de qua supra communem esse attestatur cum ea quoque pertransit Marsil. in l.fi.

l.fin.colum.30.uersicu.hanc tamen conclusionem.ff.de iurisd.omn.iudi. Sed huiusmodi statutum loquens in personam filiorum primi matrimonij,eos inhabilitat ab eo,quod de iure communi consequi debebant, uigore l.hac edictali.C.de secun.nupt. ergo ad eosdem tanquam non subditos statuentibus trahi seu extendi nõ potest. Imò plus dicitur, quòd etiam si bona dotalia sita essent in territorio statuentium, adhuc ipsi filii primi matrimonii nõ ligarentur lege ipsa statutaria,per ea quæ dixit Anchara.in repe.c.canonum statuta, in 12. questio.principa.uersicu.quæro ulterius, circa ista statuta permissiua, de consti tur. quem sequitur Alex.in citato consi.44.col.3 ubi dicit,ꝙ statutum habilitans uel inhabilitans personam alicuius, non uidetur forensem habilitare uel inhabilitare,etiam super bonis sitis in territorio statuentium,quando statutum expressè non disponeret contra forensem ratione rerum positarũ sub iurisdictione statuentis, cum in dubio non extendatur ad forensem: quia bona ueniunt accessoriè ad personas ubicunq; sint, nec bonorum ratione potest fundari iurisdictio,& potestas statuendi in forensem,ut not.Cyn.in l.1.C.ubi pet. tuto.quod & uoluit Paris. in consil. 53 col.13.uersicu.nec dicatur, uolu. 3.& Do meus Ruin.in consi.49.col. 3.& fin.uol.3 post Calder.ibi per eũ citatum.& Corn.in preallegato cõsi. 94.colum.2.ubi attestatur hanc fore communem opinionem.

12 Quartò accedit.Nam forensis non potest se iuuare beneficio statuti in eius fauorem, cum sit conditum ad beneficium subditorum, ut per Guido.de Suza.in quæstio.suis,in quæst. incip.sed pone: quem sequitur Alex. in consilio.100.in princip.uolu.3.& in consilio.44.colum.3.uolu. 5. Et ideo dixit Roma.in consilio. 224.in-

13 cipien.ista captura,quòd stante statuto quòd debitor debitoris capiatur ad petitionem creditoris, non poterit capi debitor debitoris ad petitionem creditoris forensis.Item uoluit Paul.de Cast. in consi 345.incipien. statutum,secundũ antiquam impres-

14 sionem,quòd statutum arctans communitatem ad emendationem damni dati alicui,non arctat eam quando dã

15 num passus est forensis.Sed propius ad materiam lucri dotis hoc tradit Paris.in consilio.34 colum.3.uol.3. ubi concludit,maritum forensem nõ gaudere beneficio statuti de lucro dotis,ex quo non erat originarius ipsius ciuitatis,nec etiam ibi constituerat, nec habebat domicilium. Si ergo forensis non potest se iuuare dicto beneficio ipsius legis statutariæ: ergo nec etiam ea debet ligari: cum contrariorum eadem debeat esse disciplina l.fin ff.de lega.1.ut dixit Alex. in consilio. 41.colum.2.uolu.2.uolu.7. & in citato consil.44.colum.3.& Dominus meus Ruin.in consil.18.col.

16 fina.uolu.5.ubi tradunt quòd statutum nunquam intelligitur comprehẽdere forensem quò ad hoc, ut ei nocere possit: & per consequens sequitur,quòd filii primi matrimonii,cum sint forenses, non ligantur ipsa legẽ municipali, concedenti marito dotẽ in præiudicium ipsorum filiorum,sed quòd in eis remanet firma dispositio dictę l.hac edictali, uidelicet quòd maritus non habebit de dicta dote,nisi id quod sibi a dicta lege permittitur & ne illotis manibus pertransire uideamur sine spe ciali decisione huius nostræ quæstionis,in indiuiduo ac

17 in terminis terminantibus. ita consuluit Paul.de Cast.in consil.263 incip.præsupposito, colum. 2.uolu.2. ubi loquitur in Decreto huius dominij Montisferati. quem refert Bruo.

In trac.exclus.fœmi.in 6.arti.princi. col.5.in prin.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis secundum communem, locum habet si maritus promisit dotem restituere in omnem casum & euentum dotis restituendæ, & nu.6.*

2 *Hæres, si promittit simpliciter soluere legata, non uidetur renuntiare detractioni falcidiæ.*

3 *Fructus in dispositione hominis intelliguntur deductis expensis.*

4 *Beneficium habens ne conueniatur ultra quam facere possit, si promittit summam debitam restituere, non uidetur renuntiare dicto beneficio.*

5 *Promissio simpliciter facta per maritum uxori de restituendo dotem intelligitur deductis expensis.*

7 *Promissio dotis restituendæ facta per maritum uxori, regulatur moderamine stat uti.*

8 *Verba contractus sicut recipiunt interpretationem a iure communi, ita etiã debet recipere interpretationem a dispositione statuti.*

9 *Verba restituendæ dotis debent exponi, idest quatenus sit restituenda.*

10 *Verba stipulationis, interpretantur contra stipulantem.*

11 *Promissio indeffinita restituendi dotem, non derogat speciali consuetudine.*

12 *Renuntiatio non præsumitur, cum in effectu sit donatio.*

13 *Insinuatio, secundum communem, requiritur in renuntiatione.*

Quæstio XXXVII.

SVBINTRAT & alia quæstio. An tale statutum de lucro dotis locũ habeat, si maritus promisit restituere dotem in omnem casum & euentum dotis restituendæ. Ex infrascriptis concludendum est quòd sic. Primò per id quod notat Cy.in l.fin.per illũ
2 tex.C.ad falci.l.quem sequuntur ibi Bal.& Ang.& Saly.ubi si hæres simpliciter promisit soluere legata non uidetur renuntiare detractioni falcidiæ.

Secundò facit quòd notat Roma. in l.fructus.ff.sol.matr.ubi si in dispo
3 sitione hominis fit mentio de fructibus intelligitur deductis expensis l. fundus qui.ff famil hercilcun.

Tertiò accedit quod uoluit Bald. in l.quod nomine.ff.de condi.inde.
4 ubi ille qui habet beneficium ne conueniatur ultra quàm facere possit, si promittit restituere summam debitam, non uidetur renũtiasse dicto beneficio & Bald. sequitur Do. meus Rui.in cons.159.col.3.in fi.uol.3.

Quartò cõfirmatur ista opinio ex not.per gloss.in l.meuius.§.a me.ff. de legat.2.& per gloss & Bart.in l.2. in princip.ff.de dote prælega. ubi si
5 maritus promittit simpliciter restituere dotem uxori, intelligitur deductis expensis ergo idem dicendum uidetur, quòd ista generalis promissio doti restituendæ intelligatur saluo lucro dotis.
6 Quintò & ultimò in terminis huius quæstionis hoc uoluit Bald.in d.l.fi.
7 C.ad l.falcid quia ista promissio dotis restituendę facta per maritum regulatur moderamine statuti quod & tenuit idem Bal.in consi 273.colum. i.uolu.1. Hanc etiam sententiam am
8 plectuntur Ray.Alex.& Ias.in l.post dotem.ff.solu.mat.moti hac ratione, quia sicut uerba contractus recipiũt interpretationem a iure communi l. quæro.§.inter locatorẽ ff.loca l.quidam cum filium.ff.de uerbo.obliga. ita etiam debent recipere interpretationem a dispositione statuti. Huic etiam

etiam assentiunt Ang. Imol.& Rom. in l.damni infecti § si parietem ff de dam.infec. Alex.in consilio 133.col. 2.uolu 5.& in consilio.201.colum.4. uol.6.& in consilio.5.colum penult. uolu. 3.ubi attestatur hanc esse communem opinionem. Id quoq; placuit Corn.in consilio.270 colum.1. uolu.3.ubi concludit, stante huiusmodi statuto de lucranda tertia parte dotis, quòd si est facta stipulatio reddendi dotem, in casu dictæ restitutionis, quòd talis stipulatio non uerificabitur quo ad tertiam partem dotis, quę defertur marito ex ui statuti, quia per dictam stipulationem solum uidetur prouideri cui dos debeat restitui, non autem quòd sit restituenda, eo casu, quo restitui, non deberet de iure communi, uel ex forma statu-
9 ti. Pro quo facit etiam, secūdum eū, quia illa uerba, restituendæ dotis, debent exponi, idest quatenus sit restituenda, arg. l. stichum qui meus erit. ff. de lega.1. Item quia sumus in sti-
10 pulatione, cuius uerba interpretantur contra stipulantem l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. obliga. necnon & Dec. in consil. 195. col. 2. ubi etiam fatetur hanc communem. & in consilio. 402. colum. 2. ubi dicit pro hac parte bene facere text. in l. si prior. ff. sol. matr. ubi si primus maritus promittat dotem secundo simpliciter, in ista generali promissione nō tollitur beneficium quod marito cōpetebat. ne conueniatur ultra quàm
11 facere possit. & quod notat Bald. in l.2. C. de bon. quæ libe. ubi indefinita promissio restituendi dotem non derogat speciali consuetudini. Quæ opinio confirmatur alio modo. Nam in tali promissione restituendæ dotis nulla habita fuit mentio lucri dotis quod mortua uxore uiro competebat: unde tali lucro non potest dici
12 renuntiatum nisi appareat, quia renuntiatio non præsumitur cum in effectu sit donat io, ut not. gloss. & Bal.
13 in l. si inter, in uerbo donationis. C. de solutio. & ideo uidemus quòd in tali renuntiatione requiritur insinuatio, ut per gloss. in l si quis obligatione. ff. de reg. iur. & per Alex. in l. si mulier. ff. de condi. ob cau. & in l. creditore. C. de pact. ubi dicit hanc esse communem sententiam. Item non est uerisimile, quòd quis uelit renunciare iuri suo; ut not. Bal. in l. i. in ulti. notab. C. de edic. diui. Adria. tollen. ubi dicit quòd constare debet renunciationem cum effectu factam fuisse, quia ea non præsumitur. In hanc similiter sententiam concurrunt Ias. in consilio. 90. colum. 2. uolu. 3. Moder. in repet. c. per uestras. §. 12. fol. 184 col. 3 de dona. inter uir. & uxo. Dec. in l. i num. 76. C. de senten. quæ pro eo quod interest profe. Alcia. in lib. i. de uerbo. sign. car. 22. in fin. Dominus Ruin. in consilio. 81. colum. 2. uolu. 1. & in consilio. 84. colum. 6. eo. uolu. & in consilio 148. colum. 2. & in consi. 159. col. 3. in fi. uolu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Lucro dotis renuntiari non intelligitur per maritum si promisit totam uel integram dotem restituere uxori, Sed contra nu. 3 & 9. ubi communis.*

2 *Trebellianica non uidetur prohibita si testator iussit totam uel integram hæreditatē restitui, sed in cōtrarium nu. 14. & 15. ubi est communis.*

4 *Legatum integrum tunc dicitur præstari quando sine detractione quartæ prę statur.*

5 *Expensa licet deducantur ex decima, quæ soluitur de beneficijs: Tamen fallit, quando soluitur integra decima.*

6 *Beneficium habens, ne conueniatur ultra quàm facere possit, illi renuntiatū si pro*

si promittit totam uel integram summam soluere.

7 *Hæres promittens soluere integra legata, censetur renuntiasse detractioni falcidiæ.*

8 *Venditor, qui ex decreto poterat cogere emptorem ad retrouendendū, si fecit finem, & totius iuris sui remissionem, emptori, censetur etiam ei remisisse ius cogendi eum ad retrouendendum.*

10 *Declaratio glo. in l.neratius, in uerbo, conferre ff.de relig. & sump.fune. & nu.11.& 13.*

12 *Impensa funeris mulieris, est æs alienum dotis.*

16 *Lucro dotis renuntiatum non censetur per promissionem de qua supra, si ea facta comperitur per errorem, & non ex certa scientia.*

Quæstio XXXVIII.

1 QVID si maritus promisit restituere totam uel integram dotem, An uideatur renūtiasse lucro dotis quod ei defertur. Primò uidetur quòd nō, per ea quæ not.Bald.in l.neratius.ff. de relig.& sump fune.per glossellam ibi in uerbo,conferre,ubi dicit quòd quando maritus debet restituere integram dotem potest deducere iustā retentionem,puta expensas funeris: ergo idem similiter dicendum est, ꝙ si promisit restituere integram dotē, quòd poterit deducere lucrum,quod sibi ex ui statuti debetur: cum portio statuti sit iusta retentio.ita arguēdo dicit Cremen.in notab.suo.24 incipien.statuto cauetur,ꝙ dicit menti tenendum.& per dictam gloss.in d. l.neratius,ita in terminis huius quæstionis tenuit Barb.in consil.24.col. 3.uolu.1.& in consilio 68.colum.fin. uolu.2.qui dicit quòd hoc etiam tenuit in ipsa l.neratius,Nicolaus Alexandri gener Bar.licet quidam Moder.id sibi ascribant.& Cur.Iun.in l. precibus,nu.64.C.de impub. & aliis substitu.

Secundò pro ista opinione adducuntur plures leges uidelicet l.si totā l.lucius.§. hæres institutus l.nam quod.§.fin.cum l.sequen.&. seq.& l. ita tamen.§.Trebellianum.ff.ad Trebel.ubi grauatus restituere totā hæreditatem potest retinere quartam Trebellianicam.

Vltimò corroboratur ista opinio
ex not.per Bart.in l.centurio, col.7.
2 uersicu. quid si testator.ff.de uulga.
& pupil.ubi per ista uerba, totam &
integram hæreditatem restituo uolo,
non intelligitur prohibita detractio
Trebellianicę,& ita istam partē Bar.
tenet Barb.d.consil. 24.colum.2.uol.
1.Socyn.in consil.14.in fin.& in cōs.
33.col.6 uolu.1. quam firmat communem
Bertran.in consil.158.in ult.
dubio,uolu.3. & magis communem
Crot.in l.nemo potest, colum.13 ff.
de lega.i.

3 His tamen non obstantibus contraria
sententia de iure est uerior & magis
a Doctoribus recepta. Quæ primò
probatur per text.in l.decem in
2 fi.& ibi gl. ff,de fideicommiss.libert.
ubi de iure digestorum,in casibus,in
quibus secundum illa tempora testator
poterat prohibere detractionem
falcidiæ in legatis,si disponebat in testamento,
quod legatum integrum
præstaretur,uidebatur prohibere falcidiam.&
tex.ibi non constituit differentiam
an dictum sit integrum legatum
uel totum.

Secundò per text.in l.i.§.cum elicitur.ff.si
cui plusquam, per l.falcid.
4 ubi legatum integrum tunc dicitur
præstari qn̄ absq; detractione quartæ
præstatur. Ad idem est text.in l.lex
falcidia,in uerbo integræ pensiones
ff,ad l.falcid. & in l.Titia,in uerbo integra

tegra legata,& in l.qui fundum.§.si cui ex parte,in uerbo,tota legata, & in l.si uir uxori,in uerbo,non uidebi tur totum,sed deducto eo.ff.eo.titu. ad l.falcid.

Tertiò facit text.in clem. si beneficiorum coniuncta gloss.in uerbo ta
5 xationem,de decim.ubi licet ex decima,quæ soluitur de beneficijs,deducantur expensæ,ut probatur in l.i.ff. de fructib.& lit.expen.tamen ubicũque apponuntur ista uerba, integra soluatur decima,nunquam deducuntur expensæ,ut etiam probatur in c. tua nobis,in c.in aliquibus, in c.cõmissum, de decim. ubi dicitur quòd debent decimæ integræ solui, & iura exponunt illud uerbum,integræ,non deductis expensis.

Quartò,accedat quod notat Bald. in l.quod nomine.ff.de condi.indebi. quem sequuntur,Alex.in consil.133. colum.3.uolu.5.Moder.in c.per uestras.§.12.nu.16 de dona.inter uir.&
6 uxo.& Do.meus Ruin.in consil.152. colum.3.uolu.3.ubi præsupponit, quod si ille qui habet beneficium, ne conueniatur ultra quàm facere possit,& sit talis,qui huic beneficio renunciare possit, sicut potest socius l.si conuenerit,cum ibi notat.ff.de re iudica. & promittat restituere totam,uel integram summam debitam,quòd uidetur dicto beneficio renunciasse.

Quintò,probatur ex ijs quę dicit Bart.in l.2.in prin.ff.de dote præleg. quem sequitur Alex.in d.consi.133. col.3.& Dominus meus Ruin.in citato consil.159.colum 4.in princip. ubi inquit quòd si maritus promisit restituere quicquid ad illum peruenit ex causa dotis, quòd non poterit expensas deducere: quia uidetur illas remisisse.

Sextò,comprobatur hæc opinio per Cy.in l.fin.C.ad l.falcid.quem sequuntur Bald.Ang.& Saly.ibi,& Domin.
7 meus Ruin.in d.consilio.159.colum. 4.ubi si hæres promisit soluere integra legata,censetur renunciasse detractioni falcidię.

Septimò,pro ista parte facit quod not. Do.meus Ruin.in consil. 84.col.
8 6.uolu.1.ubi uenditor, qui ex decreto poterat cogere emptorem ad retrouendendum,si facit finem,confessionem,& totius iuris sui remissionẽ emptori, censetur etiam ei remisisse ius cogendi ipsum ad retrouendendum. Si ergo uidemus quòd in iuribus & casibus suprascriptis, uerba, integram, & totam operantur effectus,de quibus supra: Idem dicere debemus quòd promittens totã uel integram dotẽ restituere,ad ipsius dotis restitutionem teneatur absq; detractione lucri dotis,quod alias uiro defertur ex ui statuti.
9 Vltimò,ne eamus per mẽdicata suffragia,in terminis huius quæstionis, hoc uoluit Bald.in d.l.quod nomine, ubi inquit, quod stante consuetudine,quod maritus lucretur certã partem dotis,si promittit integralem restitutionem,perdit beneficium consuetudinis,si promissio non est relata ad consuetudinem.Idẽ tenuit Ange. in l.si patronus.ff.de dona. Rayn & Alex.in l.si cum dotem, in fin.solut. matr.Barb.sibi contrarius in c.Raynaldus,colum.24.in uersi.nota ibi cõtra uoluntatẽ,de testa.Alex.in cõsil. 5.colu.n.penul.uolu.3.ubi attestatur hanc esse magis communem, & eam tanquam communem sequitur idem Alex.in consilio,133.colum.3.uolu. 5.ubi inquit qui Bald. melius locutus fuit in d.l.quod nomine,quàm in d.l.neratius. Idem etiam uoluit lin consi.201.colum.2. uolu.6. qui allegat Ang.& Imol.ita tenentes in l.dãni infecti.§ cum parietem.ff.de dam. infec. Hanc quoq; partem amplectitur Paul. de Castro in consilio.192. uolu.

uolu.1.colum.1.& seq. Dec.in l.1.nu. 76.C.de senten.quæ pro eo quod interest profe.& in c sua nobis colum. 2.uersicu 5.& ultimo,de confir.util. uel inutil.& in consilio.402.colum. 2.& in consilio.195.colum.2.ubi asserit hanc esse communem. Ias.in cõsil.90.colum.2 uolu.3.Moder.in Repet.c.per uestras.§.12.car.184 col. 3.Ripa in l.centurio, num.130.ff.de uulga.& pupil Gozad. in consil.59. colum.3 Dominus meus Ruin.in cõsil.81.col 2.& in consilio.84.colum. 6.uolu.eod. & in consil.148.colum. 2.uolu.3 & in consilio.159. colum. 3.& in fi eod uolu.necnon in consi. 56.colum.1.uolu.5.Boer. in decisio. 244 colum.antepen.

10 Non obstant allegata in contrarium. Et in primis tex.in d.l.neratius, iuncta gloss.quia respondetur pluribus modis. Et primo,quod gl. ibi diuinat,quia text.non utitur illis uerbis, sed dicit, dotem restitui fuit stipulatus,& de tota uel integra nihil dicit. Ideo cum gloss. diuinet ad text & sine lege loquatur, non est ei credendum l.illam.C.de collat. nec debet attendi autoritas,sed ratio loquentis c.ego solis 9.distin.ita ad illam gloss.respondet Barb. in d.cap. Raynaldus in dicto uersicu. nota ibi contra uoluntatem.

11 Secundo respondetur per Alex.in d.consil.133.colum.2.quod ille tex. 12 iuncta gloss. non obstat: quia impẽsa funeris mulieris,est æs alienum dotis l.impensa.ff.de relig.& sumpt.fune.& ideo quicunq; fecerit illam impensam animo repetendi potest eam cõsequi aduersus illum ad quem dos peruenit l.in eum.ff.eod.titu.& non spectat talis impensa ad onus mariti quatenus dos non sit penes eum remansura l. sic pro rata cum l.seq.ff. eod.titu.de religio.& sumpt.funer. & ideo quando maritus promisit restituere integram dotem soluto matrimonio ei, qui ipsam pro muliere dedit,non potest dici quod uideatur cogitasse de impensa funeris, & uoluisse obligari ad non deducendum ipsam impensam,quia non spectabat tale onus marito apud quem non erat remansura dos mortua uxore.& ideo si contingebat eum facere impensam funeris,hoc faciebat tanquã quilibet alius,qui talẽ impensam spõte facere potuisset, & ideo nimirum si eam deducit, uel repetit tanquam quilibet alius,d.l.in eum,& l.at si qs § sed interdum,& d.l.neratius, cum esset in potestate mariti non facere dictam expensam funeris, & sic prouidere quod permissio totius dotis restituendæ nihil operaretur quo ad releuandum stipulatorem ab impensa funeris. Sed quando maritus est ille,qui lucratur partem dotis uxore prædecedente,non mirum si uidetur remisisse illam partem, quando tanquam maritus promittit restituere integram dotem in omnẽ casum dotis restituendæ: quia certum erat ꝙ uxore prædecedente ipse tanquã maritus erat lucraturus partem dotis ex forma statuti,& ideo non erat in eius potestate prouidere,quod promissio totius dotis restituendæ nihil operaretur,quo ad eum, nisi careret dicto lucro dotis concesse a statuto. Ideo nimirum si uideatur renuntiasse beneficio dicti statuti.

13 Vel & tertio respondetur ad illum text secundum Alex.in d consi.201. colum 4.uolu 6.quod posito quod illa opinio esset uera posset procedere,quando ille qui dedit dotem stipulatus fuit ante solutum matrimoniũ, quod in casu soluti matrimonii tota dos ei reddatur: nam debet intelligi in casu,in quo non contingat fieri necessariam diminutionem pro funeris impensa: ut puta quia matrimonium aliter

aliter quàm morte mulieris soluatur,uel taliter quod nulla ueniat facienda necessaria deductio impensæ funeris,prout contingere posset: pone mulierem in mari perisse, uel casu simili,aut quod alius,gratis impẽsam faceret.

14 . Non obstant leges allegatæ in secundo argumento: quia ad illas respondet Alex in d.consilio. 01.col. 3.Barb.in d.cap.Raynaldus in loco supra allegato.Ripa in d.l.centurio, nume.130.& Dominus meus Ruin. in d.consilio.148.colum.penul.quod illo tempore, quo facta fuerunt illa iura,nondum erat inductum,quod testator posset prohibere Trebellianicam, uel falcidiam l.quod de bonis. §.1.& l.Titia.ff.ad l.falcid.Sed illud fuit inductum iure autenticorum §. si uero expresšim,in autent.de hære. & falcid. & licet ante prouisionem dicti.§.si uero expresšim, non posset testator de iure communi prohibere Trebellianicam: tamen attẽto quorũ postea est prouisum per ius commune in d.§.si uero expresšim: Ideo nõ debet mirum uideri, si hodie per dicta uerba,totam,uel integram,impediatur detractio Trebellianicæ.

15 Non obstant deniq; & tertio notata per Bart.in d.l.centurio, & aliorum,qui firmant opinionem Bartol. communiter receptam,quia respondetur,quod imo communis est in cõtrarium,ut per Doct.in d.l.centurio, & Alex.in consilio.5.colum.3 uolu. 3.Beltran.sibi contrarium in consil. 241. uolu.3. Dec.in l.precibus. col. 12.C.de impub.& alijs substi. Ripa in l.i.§.sed & quoties, colum. 2. ad Trebel.Paris in consilio.93.numero. 45.uolu.2.ubi pariter asserit hanc esse communem, & in consilio.21.nu. 35.uolu.3. & in consil.54.nume.37. eod.uolu.& eam quoq; uti communem sequitur Dominus meus Ruin. in consilio.47.colum.fin.uolu.2.qui idem tenuit in consilio.173.colum. penul.eo.uolu. & in consil.146.col. penul.uolu.3.& in consilio.148.col. 2.& in consilio.139 colum.3.& 4 eo. uolu.Socyn.Iun.in consilio.11 .nu. 53.uolu.1.Adeo quod ex supradictis clarè liquet communem fore Doct. sententiam quod per talem remisšionem de restituendo totam, uel integram dotẽ, renunciatur lucro dotis.

16 Limita tamen hanc communem procedere, ubi talis promisšio facta per maritũ,fuisset facta ex certa sciẽtia,& non per errorẽ,ut declarat Bal. in d.l.quod nomine, & Ang. ac Imo. in d.§.cum pariete & Alex. in citatis consil.113.colum.2. uolu.5.& 201. colum.3.uolu 6.Moder.in dicto cap. per uestras.car.184. colum.3. Dec.in consilio.402. colum.3.uersicul. non obstat.

SVMMARIVM

1 *Renuntiatio lucri dotis facta per uirũ uxori, non ualet, sed contra est communis, ut nu.10.& nu. 16.*

2 *Iuri de futuro renuntiari non potest, declara tamen ut nu.21.*

3 *Renuntiatio est quædam priuatio,quæ præsupponit, habitum de præsenti.*

4 *Iuri conditionali, non potest renuntiare.*

5 *Renuntiatio iuris de futuro, in iudicijs ualet.*

6 *Renuntiatio gratis facta dicitur donatio, quod declara ut nu.24.*

7 *Prohibitus donare prohibetur quoque gratis remittere.*

8 *Donatio cadit in iure consistente in spe.*

9 *Donatio facta inter coniuges non ualet nisi morte donantis confirmetur,præcedente tamen traditione rei donatæ, fallit ut nu.26.*

11 *Pactum per quod efficitur conditio mulieris*

lieris melior, tanquam fauorabile dotis, ualet.

12 *Pacta apposita in cõtractu dotis, sunt approbata & seruanda, nisi reperiantur expresse prohibita.*

13 *Fauori suo quis renuntiare potest.*

14 *Statuto si caueatur, quòd masculi excludant fœminas, huiusmodi statuto potest masculus renuntiare.*

15 *Prohibitio tollens facultatem concessam omnibus hominibus a iure disponendi de re sua, inducit pœnam.*

17 *Maritus si promittit totam, uel integram dotem restituere uxori, stantẽ statuto de lucro dotis, censetur renuntiasse beneficio dictæ legis municipalis.*

18 *Expressa renũtiatio plus ualet, quam tacita.*

19 *Maritus potest concedere uxori facultatem disponendi de dote.*

20 *Declaratio ad l. si liberis ff. de pact. dotal.*

22 *Tabellio, si utitur uerbo, renuntiauit, super iure de futuro, intelligitur per uiam pacti.*

23 *Differentia est inter pactum, et renuntiationem.*

25 *Lex, si unquam C. de reuocan. dona. nõ habet locum, quando renuntiauit iuri quærendo, non radicato ulla spe certa.*

27. *Donatio facta uxori per maritum de re aliena bona fide ualet: & uxor illam usucapere potest.*

Quæstio XXXIX.

1 DVBIVM oritur. Nunquid maritus possit eius uxori renuntiare lucro dotis, quod ei a statuto defertur. Et primo uidetur dicendum, quod non, per text. in l. si liberis, secũdum lecturam gloss. ibi. ff. de pact. dotal. ubi si maritus remittit uxori pactũ de lucrãda dote, nõ ualet talis remissio.

2 Secundo, quia huiusmodi renuntiatio lucri dotis, quę fit per maritum, est de iure sibi competenti de futuro: Sed iuri de futuro renuntiari nõ potest. l. qui pater. §. quod quis. ff de

3 reg iur. not. gloss. & Doct. in l. i C. de pact. & ratio est, quia renuntiatio est quædam priuatio, quę præsuppo it habitũ de præsenti l. decem. ff. de uer. oblig qui habitus non est in iure cõsistente in spe de futuro, intelligendo etiam de spe rationabili habente fundamentum de præsenti, ut declarant Moder. in d. l. i. C. de pact. Pro

4 quo facit, quia etiam iuri conditionali nõ potest renuntiari l. si ita scriptum. §. si sub conditione, de lega. 2. Sed ius portionis debitæ marito ex ui statuti est conditionale, quia eidẽ debetur sub conditione, si uxor prę moriatur. Probatur etiam hæc opi

5 nio, quia speciale est in iudiciis, quod ualeat talis renuntiatio iuris de futuro gloss. est in l. i. C. de cura. bon. dan. not. Bart. & Docto. in l. postquam liti. C. de pact. ergo in contrarium est ius commune l. ius singulare. ff. de legi. l. i. ad fin. ff. ad municipa.

6 Tertio ista opinio probatur Nam talis renuntiatio gratis facta dicitur donatio l. ędibus. §. i. ff. de don. Doc.

7 in l. i. ff. eo titu. Hinc uidemus quod ille qui prohibetur donare, prohibetur quoq; gratis remittere, ut per Bald. & Saly. in l. i. C. de pact. Ergo maritus renuntiando tali lucro quod erat in spe, dicitur talem spem lucri

8 donasse: cum donatio etiam cadat in

9 iure consistente in spe l. spem. C. de dona. Sed donatio facta inter coniuges est prohibita, ut not. Bart. in l. i. ff. de dona. int uir. & uxo. nisi confirmetur morte donantis, præcedente tamen traditione rei donatę l. Papinianus. ff. de dona. inter uir. & uxo. & in l. penul. C. eod. titu. ergo sequitur quod talis renuntiatio non ualet. & ita in terminis huius quæstionis dixi

dixit Cuma.in consilio.26.colum.fi. uersi quia.

10 Quibus non obstantibus contrarium est de iure uerius,quod imo huiusinodi lucro per maritum potest renuntiari. Quod ex infra dicendis lu
11 ce clarius apparebit. Et primo, quia pactum per quod efficitur conditio. mulieris melior,ualet, tanquam fauorabile doti l dedie.ff.de pact. dotal.Sed per hanc renuntiationem,cõditio mulieris efficitur melior, quia dos redit ad suam naturam l.si unus. §.pactus ne peteret.ff.de pact.

Vlterius istud pactum confertur in tẽpus soluti matrimonii,ergo &c. :l.si eum seruum §.fin.cum l. seq.ff. de dona.int.uir.& uxo.

12 Tertio,quia omnia pacta apposita in contractu dotis sunt approbata, & seruanda, nisi reperiatur expresse prohibita l.1.§.illud.C.de rei ux.act.

Quartò ꝙ possit renuntiari ostenditur: quia quòd maritus possit lucrari dotem,hoc inductum fuit a statuto principaliter in eius utilitatem
13 ergo suo fauori renuntiare potest, ut in his terminis locuti sunt Socy. in consi.114.col.2.uol.j. & Paris.in
14 consil.127.colum.2.uolu.j.prout in simili uidemus, quòd stante statuto ꝙ masculi excludant fœminas, huic statuto potest masculus renuntiare ut per Bald.in l.maximum uitium, colum.7.uersi.sed pone frater C.de libe. pręteri.

15 Quintò facit.Nam si maritus non posset tali lucro renuntiare,ista prohibitio tollens facultatem cõcessam omnibus hominibus a iure disponendi de re sua, induceret pœnam ut in simili habetur,in l.non usque ff.si qs a paren.fue. manumis.& not.Doct. in l.turpia.ff.de legat.j.ut ergo non inducatur talis pœna,fatendum est, quod permissa censeatur talis renuntiatio.

16 Sextò in specie hoc uoluit Alex. in l.si socer.§. lucius, col.antepen. uersicu.utrum ff.sol.matri.Paul. de Castr.in consi.232.colum.2.in antiquis.Socy.in d.consil.114.colum.2. Doc.in l.in eo,colum.fin.de reg. iu. in l j.colum.pen.C.de secun.nup. & in cõsi.260.colum.2.Moder. in rep. rubri.de dona.inter uir.& uxo. car. 42.colum.4.in princip.& in car.51. colum.4.Paris in consil.127.colum. 2.uol.j.Pro cuius confirmatione accedat alia cõmunis sententia,de qua per Bald in l.quod nomine.ff.de cõdi.indeb.& Alex.in consil.5.colum.
17 pen.uolu.3.ubi si maritus stante statuto de lucro dotis promittit restituere totam,uel integram dotem,cẽsetur renuntiasse lucro dotis sibi a le
18 ge municipali concesso. Si igitur ualet tacita renunciatio fortius debet ualere expressa renunciatio, ut per Dec.in l.expressa, de reg.iur.& Socy.Iun.in consi.37.colum.fi.uol. j.per gloss.in Clem.sæpe, in uerbo, partibus,de uerb.signi.

Corroboratur hæc sententia per ea,quæ dixit Barb.in consil.59.in 2. dubio,uolu 2.quem sequũtur Dec. in d.consil.260.colum.2. & Paris.in
19 citato consil.127.colum.2.ubi concludit quòd maritus potest consentire uxori disponendi de dote, & ei remittere lucrum dotis quod sperabat habere. facit etiam quod no.Ias. in consil.90.col.2.uolu.3.

20 Non obstant adducta in cõtrariũ. Et in primis text.in d.l.si liberis: quia respondet Paul. de Castr. in d. consilio.232.colum.2.quòd ideò ibi non ualet renuntiatio: quia ibi maritus constante matrimonio dictum pactum de dote lucranda remisit nõ sponte,sed ex quadã necessitate causata à muliere, quæ iurgium cum eo fecit, & reddite noluit, nisi pactum lucri remitteretur, Vnde redditur: nullum

nullum ne malitia mulieris sibi pro-desset, & de ipsa remissione lucrum sentiat, & detur materia iurgandi. Secus cum si ante matrimonium, uel in ipso matrimonij contractu sponte uxori renuntiasset, argu. l. queris. ff. de pact. dotal.

21 Ad secundum argumentum respondetur, uerum esse quod non ualet renunciatio iuris de futuro in uim simplicis enunciationis, quando fieret parte absente, & aliqua publica persona non acceptante, ut not. Bart. & Bal. in l. postquam litẽ. C. de pact. Secus si parte præsente, quia tũc ualet in uim pacti. casus est ubi notant Doct. in d. l. j. C. de pact. ubi notanter dicunt Ia

22 cob. Butrig & Bald quòd si tabellio utitur uerbo, renuntiauit super iure de futuro, intelligitur per uiã pacti: quia si non ualeat quod ago ut ago, ualet ut ualere potest ad liberãdum l. an inutilis ff. de acceptila. & hoc quã fit præsenti, quod dicunt esse notabi

23 le & subtile. Nec mirum aduersum esse in pacto, & renuntiatione: quia in pacto reperitur uerbum præsens, & futurũ, ut promitto, quod est præsentis temporis, & non petere, quod est futuri temporis, trahitur ad futurum: Sed in renuntiatione non reperitur nisi uerbum præsentis tẽporis, ut renuntio. Ideo non trahitur ad futurum, secundum Iaco. Butrig. in d. l. i. C. de pact. quod Bal. ibi dicit esse subtile. & eũ sequitur Socy. in iam sæpius allegato consil. 114. col. 2.

Non obstat & tertium: quia primò respondetur, quòd tunc renun-

24 tiatio dicitur donatio, quando quis remittit ius acquisitum, non autem quærendum. & ita intelligitur text. in l. ædibus. §. i. de dona. ut per Dominum meum Rui. in consil. 98. col. 9. in princip. uolu. i. & in consil. 170. column. 3. uersicu. non obstant notata in c. quamuis, uolu. i & Rip. in l. si unquam, in q. 11. C. de reuocan. donat.

25 ubi quærit, an d. l. si unquam habeat locum & procedat in renuntiatione hæreditatis nondum aditæ. & primò arguit quòd sic, quia renũciatio est donatio l. hoc iure. §. i. ff. de don. Demum concludit quòd si acquirendum ius, cui renuntiatur, sit radicatũ de præsenti spe certa, & probabili, tunc habet locum dispositio dictæ legis, quia tunc talis renuntiatio dicitur donatio, secus quando renuntiatur iuri quærendo non radicato ulla spe certa & ideò cum huiusmodi lucrum non sit ius quæsitum. sed quærendum, & non radicatum in persona mariti ulla spe certa, quia ita posset prius mori maritus quam mulier meritò dicitur, quòd renuntiatio dicti lucri non sit donatio, & per consequens prohibita inter uirum & uxo.

26 Secundo respondetur, Dato etiam quod sit donatio, quod licet ea regulariter non sit permissa inter uirum & uxorem: tamen id procedit quando uir donat aliquid uxori de proprio matrimonio, ppter quod uideatur pauperior effici: Secus quando renunciat sibi lucrum quærendum, per quam renuntiationem huiusmodi lucrum remanet in persona uxori. Casus est de hoc clarus in l. si sponsus. §. si maritus ff. de donat. inter uir. &

27 uxo. & ideo dicta ratione uidemus quòd si maritus rem alienam uxori, bona fide donauerit, ualet donatio: quia non fit pauperior, & uxor illam usucapere poterit l. sed & si constante ff. de donat. inter uir. & uxo. Cum ergo per talem renuntiationem uir non efficiatur pauperior, ex quo nullum damnum patrimonij patitur l. damnum dicitur l. proculus, cum ibi notatis ff. de dam. infe. Sequitur talẽ renuntiationem ualere: præsertim cum sit collata in tempus finiti matrimonii l. si cum §. fi. l. & quia l. sed

interim

interim ff.de donat.int.uir & uxo. Ita respondendo ad dictum fundamẽtum dixerunt, Socy.in d.consil.114. colum.2.Dec.in consil.260. colum. 2.& Paris.in citato consil.127.col.2.

SVMMARIVM

1 *Renuntiatio lucri dotis facta per maritum uxori, an possit retractari per eius creditores & nu. 6.*

2 *Obligatio conditionalis, uel in diem facta: cum sua conditione, uel die restituenda est, quod declara ut in nume. 15.*

3 *Alienatio facta in frau. cre. nõ ualet.*

4 *Glo. in l. si donaturus §. fin. ff. de cõdi.cau.dat. quæ loquitur in lucro proueniente ex pacto, extenditur & ad lucrum proueniens ex statuto.*

5 *Lucrum acquisitum pro damno reputatur, quod declara ut nu. 16.*

7 *Alienatio in fraudem creditorum tantum consideratur, quando agitur de diminutione patrimony.*

8 *Declaratio tituli ff. de ijs quæ in frau. credi. & §. item si quis in fraudem, institu. de actio.*

9 *Alienare non intelligitur, qui occasione acquirendi non utitur.*

10 *Statuto disponente, quòd extantibus masculis filiæ non succedant, frater si uult etiam inuitis creditoribus, poterit renuntiare ad commodum sororis.*

11 *Maritus grauatus per uxorem ad restituendam eius hæreditatem filio communi, poterit incontinenti non retenta Trebellianica restituere hæreditatem, nec ob id dicitur fraudare creditores.*

12 *Creditores sub prætextu fraudis non poterunt reuocare dimidium usufructus bonorum aduentitiorum filij, ei in præmium emancipationis donatũ.*

13 *Donatio inter cõiuges prohibetur, quãdo donãs efficitur pauperior, et eius patrimonium minuitur, aliàs secus.*

14 *Maritus potest consentire uxori, disponendi de dote, & remittere lucrũ dotis quod sibi à statuto per mortem uxoris defertur.*

Quæstio XL.

1 QVONIAM in prçcedẽti quçstione conclusum fuit, quòd maritus potest renuntiare lucro dotis, quòd sibi a lege municipali conceditur. Quæritur an talis renuntiatio possit per creditores mariti, tanquã in eorum fraudem facta, retractari. Et

2 dicendum uidetur quòd sic: quia obligatio conditionalis, uel in diem cũ sua conditione uel die restituẽda est l.ait prætor.§.si conditionalis ff. de ijs quæ in fraud. credito. Vnde licet lucrum dotis debeatur marito sub conditione, si uxor prędecesserit, tamẽ reuocari debet huiusmodi remissio, conditione postea purificata.

3 Secundò facit. Nam talis remissio dicitur alienatio, sed alienatio in fraudem creditorum facta non ualet toto titu.ff.de ijs quæ in fraud. cred.

Item quia talis alienatio dicitur diminutio patrimonij, cum tale lucrum proueniat ex causa onerosa, & ideo de eo, ut de causa onerosa, iudicari debet propter onera matrimonij, ut per glos. in l. si donaturus. §. fi. ff.de condi.cau. dat. quæ licet loquatur in lucro proueni. nte ex pa-

4 cto: Tamen secundum Doct. ibi extenditur ad lucrum proueniens ex dispositione statutaria, ut etiam latissime dictum fuit supra in quçstio. 4. Et ideo cum de diminutione patrimonij agatur per talem remissionem: quia tale lucrum acquisitum

5 pro damno reputatur, iuxta glo. in l.j C si quis ff. de itine. actuq; priua & per Bald. post Cyu. in l. cum te,

in prin.C.de do.an.nup. & Alex. ac alios in l.3.ff. de dam.infec. & Dec. in cons 63.col.pen.Sequi uidetur ꝙ maritus non potuit à se abdicare lucrum,nec ei in præiudicium creditorum renunciare .

6 Sed prædictis non obstantibus,cõtrariam partem ueriorem esse arbitramur: ꝙ imò,secundum ueram & communem conclusionem maritus potest huic beneficio sibi à statuto concesso renunciare , ut abundè dictum fuit in quæstione præcedenti ; nec prætestu fraudis existimamus à creditoribus retractari posse:quoniã
7 alienatio in fraudem creditorum, solum consideratur in diminutione patrimonij l. qui autem, in prin.ff. de ijs quæ in frau credi. ibi pertinet.n. hoc edictum ad diminuentes patrimonium suum , non ad eos qui id agunt ne locupletentur.& quem tex. singularem dixit Ange. in §. si quis in fraudem, in gl. in uerbo rem suã. Instit. de actio. ubi etiam per illum concludit,ꝙ si debitor repudiat hæreditatem,uel legatũ,uel si alio modo, & titulo rem poterat acquirere & non uult: imò repudiat etiam in
8 fraudem & spretum creditorum,nõ habet locum dictus §.si quis in fraudem,nec titulus ff. de ijs q̃ in fraud. credito. ex quo non agitur de diminutione patrimonij.Quod inquit bene notandum .

Secundò , pro ista opinione facit tex.in l.alienationis uerbum §.j. ff.
9 de uerb.signif.ubi qui occasione acquirendi non utitur, nõ intelligitur alienare,& ideo dicit ibi Alcia. ꝙ in edicto, quo prętor in fraudem creditorum gesta reuocat , non compræhenditur,qui legatum repudiat:quoniam alienationis uerbo prætor usus non est,allegat dictam l. qui autem.

Tertio confirmatur hęc sententia per l. maximum uitiũ, per Bal. in 6. col.uersi.sed pone quòd frater C.de liber.præteri. quem refert & sequit̃ Alex.in addit.ad Bar. in l.patrem ff. de ijs quæ in frau. credi. & Brun. in Tracta.exclus. fœmi. in 10. artic. in q.2. & in articu. 12.q.7. ubi dicit ꝙ
10 stante statuto, quòd extantibus masculis filiæ non succedat,si frater nõ uult excludere sororẽ, sed eam uult admittere secum ad succedendum & renuntiare beneficio statuti,creditores uerò uelint eum conuenire tanquam hæredem insolidum,quòd nõ obstante contradictione creditorũ , poterit masculus renũtiare legi municipali in eius fauorem inductæ . Quod dictum tenendum perpetuo cordi affixũ dixit Ias. in d.§. si quis in fraudem,col.penult.

Quartò accidat quod not. Bal. in rub.C.de ijs quæ in frau. credi. quẽ
11 sequitur Alex.in d.l.patrem,ubi dicit : quòd si uxor tua institueret te hæredem & rogaret te ut post mortem restitueres bona sua communi filio, si tu habes suspitionem de creditoribus tuis, poteris incontinenti restituere hęreditatem filio,nec propterea diceris fraudare creditores , quia tale fideicommissum ex coniecturata mente testãtis non præsumitur fuisse conditionale,sed ad beneplacitum patris,per tex.quem reputat unicam & singularem in iure in d.l.patrem,secundum unam lecturã. Imo sm Ias.in d.§.si quis in fraudẽ, col.pen.ille tex.uult unum quod est longe singularius , quòd si tu pater in casu prædicto restituas hęreditatẽ incontinenti filio non retenta quarta Trebellianica , quæ detrahitur de fideicommissis particularibus, secutus plenam fidem & debitam pietatẽ ut ibi inquit tex. non diceris creditores fraudasse , & subdit Ias. quòd iste tex. tanquam singularis non est obliuioni tradendus .

. Quintò in medium affertur decisio Alber. de Rosa. in d. l. patrem, ubi
12 dicit se determinasse per illam legē quæstionem. quam habuit de facto, uidelicet ꝙ si pater emancipauerit filium suum, qui habebat multa bona aduentitia, & in ipsa emancipatione sibi remisit in præmium emancipationis dimidiū usufructus illorum bonorum aduentitiorum: ꝙ creditores patris non poterunt dicere hoc fore factum in fraudem, & reuocare uelle per iura, & rōnes ibi per eum citatas, & præsertim per tex. in d. l. qui autem. Cum ergo in isto lucro dotis, quod à marito uxori remittitur, non agatur de diminutione patrimonij, uidetur ꝙ talis remissio reuocari non possit. & pro qua opinione uidetur esse bonus tex. in l. cum hic status §. si maritus, de dona. inter uir. & uxo. & in l. sed, & si uir. §. quod legaturus ff. eod. titu. ubi
13 donatio inter coniuges prohibetur, quando donans efficitur pauperior & eius patrimonium minuitur: secus si lucrum, quod fieri potuisset, remittatur. & ideo dixit Barb. in consilio 59. uolu. 2. de quo mentionem feci in quæstione præcedenti, quòd
14 maritus potest consentire uxori disponendi de dote, & remittere lucrū dotis, quod sperabat uirtute statuti: quia agitur de remissione lucri, & patrimonium eiusdem per talem remissionem non minuitur, & sic in terminis cōcludit, ꝙ dispositio dictæ l. qui autem in tali lucro dotis uerificet. & in specie in terminis huius quæstionis, ita cōsuluit Dec. in cōsi. 260. per totū, & Paris. in consi. 127. col. 2. & 3. uol. j.
15 Non obstant allegata in cōtrariū. Et primò quod dicitur de obligatione cōditionali per tex. in d. l. ait prætor. §. si conditionalis: qua secundū Dec. in dicto cons. 260. col. 2. ille tex. intelligi debet in obligatione conditionali, in qua agatur de diminutione patrimonij secundum naturam tituli, quia pro constanti ibi præsupponitur, ꝙ si obligatio esset pura indubitanter reuocaretur. Secus in obligatione conditionali in qua non tractatur de diminutione patrimonij: quia tunc nō militat dispositio dicti §. si conditionalis, sed dicta l. qui autem.

Secundò nō obstat ꝙ remissio huiusmodi lucri uideatur respicere diminutionem patrimonij, quia ex rationibus & iuribus supra citatis clare constat de contrario.

Non obstat denique, ꝙ tale lucrū acquisitum uideatur ex cā onerosa propter onera matrimonij: quia ad hoc respondetur secundum Dec. in d. consil. 260. col. 2. duobus modis. Verum quia prima eius responsio iuribus non subsistit, cum contra eum sit communis opinio, ut latè demonstrauimus supra in q. 4. Ideò omittēdo primam solutionem, & deueniendo ad secundum dicitur: ꝙ etiā dato ꝙ tale lucrum propter onera matrimonij detur, sufficit ꝙ in huiusmodi remissione non agatur de diminutione patrimonij: cum hoc solum attendatur & consideretur in materia dictæ l. qui autem.

16 Vltimo non obstat, ꝙ de lucro acquisito idem iudicetur quod de damno, quia id uerum esse fatemur: in lucro perfecto & radicato prout esset in donatione facta, & consumata, prout loquitur tex. in l. cum te C. de dona. ante nup. & ita declarat latè Alexand. in cons. 89. colum. penul. in princ. uolu. 2. & in consil. 203. in fin. uolu. 6. Secus in lucro non perfectè acquisito, prout loquitur tex. in dicta l. qui autem. Si enim esset hæreditas adita, uel legatum acceptatum, esset incorporatum in patrimonio,

& non posset repudiari, Secus est ante acquisitionem perfectam d.l. qui autem. & ideò cum in terminis huius quæstionis lucrum dotis non sit perfectè acquisitum, & incorporatū in patrimonio mariti, meritò sequitur, ꝙ potest tale lucrum remitti, & repudiari. quia propter hoc non sequitur diminutio patrimonii, ita formaliter respondet Dec. in citato cōsil. 260. col. fi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest reuocare licentiam concessam uxori testādi de dote, Sed contra, nu. 4.*
2 *Eius est nolle, cuius est uelle.*
3 *Filiusfamilias si donat causa mortis rē patris, eo consentiente, potest pater talem donationem reuocare, quod declara ut in nu. 7.*
5 *Donatio, quæ fit per uirum uxori, ut alii donet, ualet.*
6 *Dispositio l. hac edictali C. de secundis nup. locum non habet, quando uxor reliquit uel contrario, uel donat ultra mensuram dictæ legis, cum grauamine de restituendo tertio.*
8 *Donatio causa mortis facta per filium emancipatum de re patris, eo consentiente: non potest per ipsum patrem reuocari.*

Quæstio XLI.

Pone, stante dicto statuto de lucro dotis, ꝙ maritus consenserit,
1 uel licentiam præstiterit uxori testādi dote, An possit huiusmodi licentiam, & consensum iam præstitum, uir ante mortem uxoris reuocare. Videtur primò dicendum ꝙ sic: quia talis reuocatio facta fuit antequam uxor decederet. Vnde cum adhuc testamētū nō esset sortitum effectum sed esset in pendenti l. 3. ff. de adimē. lega. §. posteriore, Instit. quib. mod. testa. infir. uidetur quòd per maritū
2 reuocatio ipsa fieri possit. quia eius est nolle, cuius est uelle, ut in regula iuris, cuius est nolle ff. de reg. iur. Sed donare licentiam testandi de dote, procedit ex mera uoluntate mariti: ergo eius oppositum. s. posse reuocare, pariter ex eius uolūtate procedere debet.

Secundò ista opinio probari uidetur ex notatis p Bar. in l. 2. in prin.
3 in uers. quarto solet formari: de dona. ubi si filius donat causa mortis rem patris, eo consentiente, potest pater talem renuntiationem reuocare, argu. l. in ædibus. §. quod si filius, in j. responso. ff. de dona. Quod & uoluit Cy. post Dy. in l. nec fratris C. de dona. cau. mor. Petr. de Anch. in consi. 76. col. j. quem sequuntur Moder. in rub. de don. int. uir. & uxor. car. 37. col. 2. uersi. item dicas el. j. Bal. & Moder in l. senium C. qui testa. face. pos. Et ratio est, secundum Bal. ibi: quia uiuente filio nō est ius alteri quæsitum: ergo eodem modo dicēdum uidetur, ꝙ cum uxor testata fuerit de re pertinente ad maritū in spe, ꝙ maritus uiuente uxore possit dictam dispositionem reuocare: cum inter uirum & uxorem non teneat donatio. & sic non potest fingi uirum uxori donasse saltem efficaciter, prout inter patrem & filium cōsiderāt in simili Doct. in locis supra citatis.

4 His uero non obstantibus, contrariam partem uti ueriorem amplectādam fore arbitramur, ut in terminis decidit Alex. in consi. 246. uol. 6. ubi expressè consuluit, maritum qui præstitit consensum uxori testandi de dote, non potuisse ea uiuente, dictū cōsensum reuocare, & inter alia mouet ex dictis per Saly. in d. l. nec fratris

tris C.de dona.cau.mor.ubi inquit, ꝙ si pater præstitit consensum filio existenti in eius potestate super donatione, uel legato facto de re ipsius patris: posito ꝙ per huiusmodi consensum pater uideretur primo donare filio: tamen quia fit ut res in aliũ transferratur, & non penes filium remaneat, ualet donatio inter patrem & filium: ergo secundum Alex. idem inter uirum & uxorem, per l. donatio, iuncta l. donationes quas C. de dona. inter uir. & uxo. & rationem assignat Saly. quem sequit̃ ipse Alex. quia ex ea non efficitur locupletior ille, cui præstatur consensus, allegat in argumentum l. si sponsus in fi. de dona. int. uir. & uxo. Sed melius ꝙ ualeat dicta donatio, quo ad terminos huius quæstionis, probatur secũdum Alex. in d.l. si sponsus. §. si maritus el 2. ubi quoq; inquit ipse Alex. Fulgo. ita tenuisse in d.l. fenium.

Secundò, idem consuluit Socy. in consi. 114. colum. 2. & 3. uolu. j. quoniam, quando uxor donat rem mariti, eo consentiente, uidetur resultare duplex donatio, una uiri, per quã uidetur donare uxori, altera uxoris extraneo, ut probatur in d.l. ædibus §. quod si filius ff. de dona. & per Io. de Imo. in l. 2. in prin. ff. eo. ubi concludit, quòd donatio quæ fit per uirum uxori ad finem ut alij donet, ualet, ex quo res non debet remanere penes uxorem, nec de ea fieri locupletior, per tex. ubi dicit, ibi esse casum, in l. profectitiũ. §. si quis certum ff. de iur. dot. & in l. quod autẽ §. fina. cum l. seq. ff. de don. inter uir. & uxo. ubi potest donari seruus uxori ut manumittatur: quia non debet remanere dominium rei penes eam. & Imo. sequitur Alex. in addi. ad Bar. in d.l. 2. ff. de dona. qui pro confirmatione Imolæ, adducit notata per Bal. in l. hac edictali, colum. 2. uersic. nũc

6 statim succedit C. de secun. nup. ubi inquit, quòd si uxor relinquit uiro, uel uir uxori, uel donat ultra mensuram illius legis, cum grauamine de restituendo cuidam tertio, nõ habet locum dicta lex: quia est considerãda persona commodum capientis, non restituere debẽtis l. cum dotem ff. ad l. falcid. l. si mulier, alias, sulpitius ff. de donat. inter uir. & uxo. Idẽ etiam tenuit Paul. de Castr. in d.l. 2. colum. j. uersicu. in primo uerò casu, motus etiam illa ratione. quia duplex resultare uidetur donatio: una quam pater uidetur fecisse filio cum sibi consensit, ꝙ de pecunia ipsius patris donaret: altera quam facit ipse filius donatario.

Nec obstat secundum eum, quòd pater non potest donare filio quem habet in potestate l. 2. C. de inoffic. doti. quia hoc est uerum, quando res donata erat remansura penes filium: quia hoc non posset fieri: sed re acquireretur ipsi patri, cum sit profectitium, in quo etiam hodie ius est immutatũ, & sic, perinde esset ac si pater sibi ipsi donasset: Sed quia non est remansura apud ipsum, sed apud alium, quia donat filio, ut alteri fil.[9] donet: Tunc ualet etiam prima donatio, argu. l. cogi. §. hi qui solidum ff. ad Trebel. ubi qui non potest capere solidum pro se, potest capere ut alii restituat. Cũ igitur in casu quęstionis de qua agitur, ualida fuerit licentia concessa per maritum uxori testandi de ipsa dote, cum de ea nõ debeat fieri locupletior, nec penes eam remanere debeat. Sequitur firma conclusio maritum dictam dispositionem uti perfectam reuocare nõ posse, iuxta l. perfecta C. de don. & idem in casu huius quæstionis, sequẽdo Socy. ubi supra in d. consi. 114. uoluerunt Moder. in repe. rub. de don. int. uir. & vxor. §. 47. col. 4. in prin.

Non obstant quæ in contrariū adducta fuerunt, Et primo, quòd datur & permittitur reuocatio licentiæ præstitæ, quemadmodum & testamēti, quod non sortitur effectum ante mortem testatoris: quia respondetur, quòd admittitur testamenti reuocatio, cum ambulatoria sit uolūtas hominis usque ed mortem, d.l.3. nō sic in licētia, quia ipsa habet uim donationis perfectæ, ut supra ostensum fuit, quæ reuocari non potest d. l. perfecta. C. de dona.

7 Ad notata per Bartol. in l. 2. ff. de dona. respondetur, quòd in contrarium tenuerunt Paul. Imol. Sal. Alexand. & Socy. in locis supra citatis.

Secundò alia datur responsio, uidelicet, quòd dato, & concesso, ꝙ uera esset opin. Bart. Tamen nō quadrat ad propositum huius quæstionis. Nam Barto. uidetur concedere patri reuocationem donationis factę per filium eo consentiente, quia censetur uoluisse donare filio, cui prohibetur a lege donare, ut l. j. §. si pater ff. ꝓ don. Sed in terminis huius quęstionis, sumus in casu, in quo donatio facta coniugi ualet, Ideo non permittitur reuocatio, ut demonstratū fuit supra, in quęstio. 39. cum de uno ad aliud nō bene inferatur l. papinianus exuli. ff. de mino. & istud est de

8 mente Barto. in d. l. 2. in fi. dum vult, quòd si donatio facta fuisset per filium emancipatū de re patris eo consentiente, non esset locus reuocationi, & sic pœnitentiæ: ex quo inter patrem & filium ualeret donatio, & ita in specie respondet Socy. in d. cōsil. 114. colum. fina. ubi pro hac opinione adducit notata per Bald. in d. l. fœminæ: ubi decidit, quòd si filius donat, causa mortis, rem patris, eo cōsentiente, pater potest eam reuocare, si autem alius quàm filius, qui est in potestate, legaret rem meam me consentiente, cum esset sibi ius legādi quæsitum, seu donatum, non uideretur quòd posse per pœnitētiam impedire, argu. l. sicut. §. si uenditor. ff. quib. mod. pig. uel hyppo. soluat. l. 2. C. si aduer. dona. & ideo ex his concluditur, quòd cum maritus consenserit uxori disponendi de dote, & simus in casu, in quo donatio ualet sicut in extraneo, & res non est integra, quia consensus præstitus iam executionem habuerat per cōfectionē testamenti, quæ impedit mutationē uoluntatis, ut patet ex notatis per Barto. & Imol. in locis præallegatis, quòd maritus non potest talem licētiam reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Maritus promittens cum iuramento restituere dotem, in omnē casum, &c. cum renuntiatione de omnibus iuris, & legum auxilijs, censetur renuntiasse beneficio statuti de lucro dotis, & numero 24*

2 *Omnia includit, qui omnia dicit.*

3 *Oratio uniuersalis est maioris uirtutis quam generalis.*

4 *Legatum generale factum uxori per maritum de usufructu rerum suarū non complectitur uenalia. secus quādo in legato appositum esset signum uniuersale omnium rerum suarum.*

5 *Statutum simpliciter disponens, quòd maritus lucretur dotem, uxore decedente sine liberis, & si non excludat filios primi matrimonij, tamen secus est, si statuto caueretur, quòd in omni casu maritus lucretur dotem.*

6 *Priuilegia studij Parisiensis, si sint cōcessa studio Tolosano, intelliguntur de præsentibus tantum, & non de futuris, secus si dictum esset de omnibus priuilegijs.*

7 *Conseruator Imperialis, quamuis non possit*

possit constituere procuratorem ante litem contestatam, tamen si in conseruatoria sint apposita uerba, quòd possit omnes actus facere opportunos tunc poterit ante litem contestatam procuratorem constituere.

8 *Maritus promittens totam dotem restituere, sibi praeiudicat in lucro dotis.*

9 *Effuso sermone quis uti non debet.*

10 *Renuntians omni iuri & legum auxilio, censetur renuntiasse beneficio Senatusconsulti Velleyani, accedente praesertim iuramento.*

11 *Necnon purgationi morae.*

12 *Paritérq; remissioni, occasione belli superuenientis.*

13 *Item ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest.*

14 *Similiter & beneficio inuentarij.*

15 *Ac etiam beneficio cedendarum.*

16 *Plus & beneficio excussionis.*

17 *Atque etiam beneficio l. plerique ff. de in ius uocan.*

18 *Rursus & beneficio ordinis, & diuisionis.*

19 *Facultati quoque reuocandi donationem ob non insinuationem factam.*

20 *Beneficióq; non incarcerandi.*

21 *Exceptioniq; simulationis.*

22 *Necnon & dispositioni l. de his ff. de transact.*

23 *Similiq; modo auxilio legis municipalis.*

25 *Repetitioni dotis potius est fauendum quàm lucro mariti.*

Quæstio XLII.

1 MARITVS qui promisit cum iuramento restituere dotem in omnē casum & euentum dotis restituendæ cum renuntiatione de omnibus iuris & legum auxiliis, an censeatur renuntiasse beneficio statuti de lucro dotis, Non uagando ubi nō expedit dicendum est, quòd sic. Primò, quia ipsa renuntiatio facta comperitur de omnibus iuris & legum auxiliis, unde uidetur quòd comprehendere debeat lucrum dotis: quia, qui omnia

2 dicit: omnia includit l. a procuratore C. manda. l. Iulia. ff. de legat. 3. &

3 etiam quoniam maior est uirtus orationis uniuersalis, quam generalis, ut per Barto. in l. generali §. uxori. ff. de usufru. lega. quem sequitur Decius in consil. 294. colum. 2. & in consil. 358. Dominus meus Ruin. in consil. 78. colum. penul uolu. j. ubi licet in

4 legato generali facto per maritū uxori de usufructu rerum suarum, nō ueniant uenalia, tamen secus quando apponitur signum uniuersale omnium rerum suarum, quia tunc ueniunt & uenalia. Hinc uidemus ut

5 supra dixi in q. 29. quòd licet, stante statuto simpliciter disponente de lucro dotis, maritus non excludat filios primi matrimonii uirtute l. hac edictali C. de secun. nupt. Tamen si statutum disponat, quòd maritus in omni casu dotem lucretur, tunc propter illa uerba uniuersalia in omni casu, excluduntur filii primi matrimonii. Pro cuius confirmatione accedat quod notant Moder. in l. j. ff. de leg. j. ubi uolunt, quòd si priuilegia studii Parisiensis sint concessa studio Tolosano, intelligitur de præsentibus tantum, & non de futuris, per l. si ita ff. de auro & argento lega. & per notata per Bald. in l. omnia priuilegia C. de episcop. & cleric. secus si dicto studio cōcederentur omnia priuilegia, quia propter illam dictionē, omnia, uenirent, & futura. & ideo dixit Do. meus Ruin. in consil. 61. col. 12. volumi. 5. quòd, & si conseruator Imperialis non possit constituere pro-

7 curatorem ante litem contestatam l. uel habitam pro contestata, per l. quod quis l. neque tuto res l. nulla

nihil.C.de procur. Tamen si in conseruatoria sint apposita uerba, quòd posit omnes actus facere, quos opportunos iudicauerit, Tunc propter illam dictionem, omnes, poterit constituere & procuratorem, ante litem contestatam, uel habitam pro contestata.

Secundò principaliter facit. Nam
8 ista est uera & cõis Doctorum sententia, quòd si maritus promisit totã dotem restituere, censetur remisisse lucrum dotis, quod sibi ex forma statuti cõpetebat, propter illam dictionem, totam, ut abũdè diximus supra in quæst. 34. post Ang. Imol. & Rom. in l. damni infecti, la ultima. §. cũ parietem ff. de dam. infec. Si ergo tale lucrum remittitur, quãdo dicitur de tota dote restituenda pari ratione uidetur idem dicendum, quando est renuntiatum omnibus iuris, & legum auxilijs, quia talis renũtiatio magis uidetur respicere lucrũ dotis, quàm si dicatur de tota dote, quia ibi de renuntiatione nullum uerbum.

Tertiò quòd per dictam renuntiationem excludatur a lucro dotis ma
9 ritus, facit: Nam imputandũ est marito, qui effuso sermone usus fuit, ut uult text. notabilis in l. fin. in fin. C. de dot. promis. ibi, ne, dum effuso sermone sese iactat, in promptum incidat periculum, quem Ange. multum notat ibi ad illud, quod dicunt Perusini, ꝙ nemo debet ita latè uerba sua effundere. & per illum tex. dixit etiã notabiliter Bald. in l. pactũ quod dotali quęst. 16. C. de colla. se consulere, ꝙ caueant sibi renunciantes a uerbis generalibus, ne in promptum, ex effuso sermone, incidant periculum & ideò cum maritus apertius legem suam non dixerit, imputãdum est ei, arg. l. ueteribus ff. de pact.

Quartò pro ista sententia facit. Nã nos uidemus ꝙ ille, qui renũtiat omni iuris & legum auxilio, censetur renuntiasse beneficijs infrascriptis.

10 Primò beneficio Senatusconsulti Velleyani, ut per Bart. & alios in auten. matri & auię, colum. pen. uersic. quæro quid si nõ renũtiauit C. quando muli tutel. offic. fun. non pot. & in l. si sub conditione, colum. pen. uersic. quæro quid si. ff. de testa. tutel. quem sequitur Alex. in consil. 11. col. pen. uersicul. pondero illa uerba, uolu. 2. Aret. consil. 33. colum. pen. Socyn. in consil. 200. col. pen. & in consil. 103. colum. fi. uolu. 3. maximè accedente iuramento.

11 Secundò per dictam clausulã, quis censetur renuntiasse purgationi moræ, ut per Crot. in l. si insulam, in fi. ff. de uerb obliga Dec. in consil 452. colum. penul. Afflic. decisio. 174. col. fin. Gozad. consil. 77. col. 5. in fin.

12 Tertiò, ut cõductor non possit petere remissionem occasione belli superuenientis, ut per Alber. de Ros. in l. item quæritur §. excepto. ff. locat. quem sequitur, Ias. in l. j. col. antep. in fin. C. de iu. emphi. ubi dicit, quòd quando in instrumento emphiteotico renuntiatum fuit exceptioni doli mali, & omni auxilio, quo emphiteota se tueri poterat a pstatione canonis, uel pensionis, ꝙ teneretur etiam emphiteota ad canonis solutionem, dato ꝙ bellum superuenisset post cõtractum celebratũ, & istud subdit pcedere nedũ in emphiteota, & liuellario, sed etiam in quocunq; simplici colono, seu conductore, & in omnibus casibus in quibus propter sterilitatem remissio fieret, uel ob aliũ quẽcunq; casum, & ita se obtinuisse corã Collegio Pergamensi, & ita ꝙ seruatur in Lombardia, quod dicit singulare, & diligentissimè multum notãdũ quia dicta clausula semper in instrumentis apponi cõsueuit, propter magnam utilitatem quam affert, & hoc

notan-

notandum etiam esse uoluit, Cep. in cautel. 51. regula est. quod & tenuit Gozad. consil. 59. colum. 3. in fi. & consil. 87. colum. 3. & 88. colum. 4. in fin. Anto. Capi. in decisio. 87. col. pen. & decisio. seq. col. j. in fin.

13 Quartò, renuntiatum quoque censetur. ne quis conueniatur nisi in quantū facere potest. ita Corne. in consil. 128 colum. 3. uersicu. confirmātur prædicta, uol. 3. quem sequitur Gozad. in d. consil. 69. colum. 3. & in consi. 88. colum. pen.

14 Quintò, beneficio inuentarij, ut per Corne. in consil. 31. colum. 5. uersi. confert, uol. 3. quem refert, & sequitur Gozad. in d. consil. 69. col. pen.

15 Sextò, beneficio cedendarum actionum, ita Ang. in l. 2. C. de fideiuss. Socyn. conf. 200. colum. pen. Corn. consil. 51. colum. penul. uolu. 2. Dec. consi. 27. colum. 2. & consil. 452. colū. penult. & in l. fin. colum. 4. uersic. illud tamen ff. si cer. pet. Afsli. decisil. 188. Moder. in tracta. de pigno. in 3. membro 5. par. princi. col. 19. Purp. in l. j. nu. 67. C. de transact. & dicit Bald. in consil. 4. quæritur, uolum. 4. quòd ista pars de rigore iuris, est uerior.

16 Septimò, beneficio excussionis, ut dicit Bald. in l. j. col. 3. C. de conuenien. fisc. debi. lib. 10 quem sequitur Aret. in consil. 33. colum. pen. in princip. Alex. in consil. 32. colū. 3. & in conf. 34. col. 2. uol. 4. Dec. in d. l. fi. col. 4. & in dicto consil. 27. colum. pen. Marsi. in rub. de fideiuss. colum. 14.

17 Octauò, beneficio l. pleriq; ff. de in ius uocan. ut per Ias. ibi col. 4. uersicu. decimo tertio limita.

18 Nonò, beneficio ordinis, ut Gui. Pap. in decisio. 367. Et diuisionis, ut per Aret. in dicto consil. 33. col. pen. in princip.

19 Decimò, facultati reuocandi donationem ob non insinuationē factam. ita dixit Corn. in cōsil. 54. col. 3. uolu. 4. Gozad. consil. 87. colum. 3. Dominus meus Ruin. consil. 180. nu. 15. uolu. j.

20 Vndecimò, beneficio non incarcerandi, ut per Bar. in dicta auten. matri & auiæ, colum. pen. & ibi Salyce. & Alex. ac Iaso. in d. l. pleriq; Socyn. consil. 126. colum. 2. uersic. confirmatur, uolu. j.

21 Duodecimò, exceptioni simulationis, ut per Gozad. in dicto consi. 69. colum. 3.

22 Decimò tertiò, dispositioni l. de his ff. de transact. ut per Alex. in cōs. 11. col. 4. uolu. 2. Socy. in consi. 200. colum. penul. uol. 2. & in cōsil. 103. colum. fin. uolum. 3. Dec. in consi. 452. colum. penult. Ias. in d. l. de his, col. 4. Gozad. in consil. 69. colum. 3. in fin. Socy. Iun. in consi. 116. col. antepen. uolu. j.

Si ergo ipsa uerba, omni iuris & legum auxilio operantur, ut ex his renuntiatum esse censeatur tot tantisque beneficijs de quibus supra: Idem utiq; dicendum est, ut per ea etiam renuntiatum sit legi municipali de lucro dotis loquen-

23 ti: quia secundum Bald. Ang. Cuma. & alios in l. sed & si quis. §. quæsitum ff. si quis cautio. ipsa uerba operantur, ut non solum intelligatur esse renuntiatum auxilio iuris ciuilis, sed etiā legis municipalis. Quod & uoluit Roma. in cōsi. 251. Dec. in consi. 452. colum. penulti. Marsil. in rubric. de fideiusso. col. 14. uersi. restat modò, ultimò loco. Gozad. in citatis consiliis. 69. 87. & 88. ac Dominus meus Ruin. in cōsil. 51. colum. 7. uol. j. quia, si nō ueniret ius municipale uirtute dictorum uerborum, sequeretur quod illud

illud uerbum, iuri, esset superfluũ: cum sub uerbo, legum, cõtineatur ius commune. Igitur ut euitetur superfluitas uerborum, dicendum est, secundum eum, ut ueniat & ius municipale.

24 Vltimò, in terminis huius quæstionis ꝙ renuntiatum censeatur lucro dotis, in specie hoc uoluit Dec. in consi. 195. colum. j. licet in casu suo consuluerit cõtrarium uigore primæ conuentionis, de qua ibi. & sic ex his firma remaneat hæc conclusio, ꝙ per ista uerba renuntiatum sit lucro dotis, quod marito competere poterat ex ui statuti. & in dubio capienda est

25 hæc interpretatio: quia potius fauendũ est repetitioni dotis, quàm lucro mariti, ut not. Bald. in consi. 229. uol. j. secundum primam impressionem. & de quo mentionem facit Dec. in alleg. consil. 195. col. 3. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, quòd uxore praemoriente sine liberis maritus lucretur dotem, argumentum sumitur a contrario sensu, quòd existentibus liberis maritus priuetur commodo dicti lucri.*

2 *Argumentum à cõtrario sensu si sumitur in pacto multo fortius in statuto.*

3 *Argumentum à contrario sensu in statuto sumitur, ubi ius commune non corrigitur, sed conseruatur.*

4 *Statutum excludens sororem, extante fratre, ex ui argumenti à cõtrario sensu, eo non existente, ipsa non excluditur.*

5 *Argumentum à cõtrario sensu etiã ad correctionem iuris communis admittitur, quando in sensu directo statutum nihil operaretur.*

6 *Statutum disponens, quòd mulier forensis non habens filios possit dimittere, & legare dotes suas cuicunque uoluerit, sumit argumentum à cõtrario sensu, quòd de ipsis mulier, filijs existentibus disponere non possit.*

7 *Statuto si disponatur, quòd filia nõ extantibus masculis, matri succedat ab intestato, masculis extantibus, ex ui argumenti à contrario sensu excluditur.*

8 *Statutum si concedit lucrum dotis marito, non extantibus communibus liberis, ipsis ergo extantibus, per argumentum à cõtrario sensu, maritus non admittitur.*

Quæstio XLIII.

1 QVAERITVR, an stante statuto, ꝙ uxore pręmoriente, sine liberis, maritus lucretur dotem: a contrario sensu eiusdem statuti, existentibus liberis, maritus excludatur. & concludendo dicas ꝙ sic. Et primò per text. in l. inter socerum. §. cum inter, iuncta gloss. in uerbo, id actum ff. de pact. dotal. ubi si pactum initum est inter patrem puellæ, & generum, quòd si filia moriatur, sine liberis, dos patri restituatur, id actum inter contrahentes intelligitur, ut filia defuncta, cum liberis superstitibus dos retineatur: quia posito quid iuris in uno de contrarijs, & in opposito, quid iuris sit intelligitur. Idem uoluit Corn. in consil. 287.

2 in prin. uolu. j. Si ergo in pacto dotali sumitur contrarius sensus, idẽ & in statuto, ut per glo. in rub. C. de decret. decur. lib. 10. facit l. sed & ea ff. de legi.

3 Secundò, pro ista opinione facit. Nam in statutis sumitur licite

te argumentum a contrario sensu,
ubicunque ius commune non cor
rigitur, sed potius conseruatur, se-
cundum Bald. in l. 2. in princip. C.
de condi. inser. in l. apud antiquos.
C. de fur. Docto. in l. j. §. huius rei
ff. de offic. eius cui manda. est iuris
di. & in c. apostolica, de his quæ
fiunt a præla. vbi dicunt, quòd ad
correctionem iuris communis, nō
debet sumi argumentum a cōtra-
rio sensu, & hoc quia illud est odio
sum. Secus econuerso, quando ius
commune cōseruatur, quia hoc est
fauorabile, secundum glo. in c. sta-
tutum, in verbo, dinumerandum
est, de præbē. in 6. Sed quòd extan
tibus liberis excludatur maritus,
in hoc conseruatur ius commune,
per quod disponitur, ꝙ dos solu-
to matrimonio reuertatur ad dotā
tem, uel ad liberos mulieris l. dos
a patre C. solu. matr. Igitur ualide
sumendum est prædictum argumē
tum a contrario sensu & pro ista
opinione facit quod not. Domi-
4 nus meus Ruin. in consil. 19. col.
2. . uolu. 3. ubi dicit ꝙ si statutum
excludat sororem extante fratre,
non tamē eam excludit fratre non
existente ex ui argumenti a cōtra-
rio sensu, quia non corrigitur ius
cōmune, sed potius conseruatur:
quia cum iure communi concor-
dat statutum, si a contrario sensu
sumatur argumentum, cum de iu-
re communi soror defuncti præ-
ferri debeat remotioribus agna-
tis ab intestato, ut in §. reliquum,
5 in auten. de hęred. ab intesta. Imò
fortius dicitur, ꝙ etiam quando re
sultat correctio iuris cōmunis ad-
huc legitime sumitur argumentū
a contrario sensu, quando in sen-
su directo statutum tū nihil opera
retur, ut per Petr. de Anch. in con
6 sil. 213. quē refert, & sequit̄ Brun.
in trac. exclus. fœmi. in 8 art. prin-
cipa. colum. pe n. ubi consuluit, ꝙ
statutum disponens, ꝙ mulier fo-
rensis non habens filios, possit di-
mittere & legare dotes suas cui-
cunq; uoluerit: a contrario sensu
censetur disponere, quòd si habet
filios, non possit. Quod argumen-
tum inquit esse sumendum maxi-
me quia alias hoc statutū esset de-
risoriū. Idem uoluerunt scribē. in
d. l. j. ff. de offic. eius cui mand. est
7 iurisd. & Camp. in tracta. de statu.
exclud. fœmi. in 14. q. ubi dicunt,
ꝙ stāte statuto ꝙ filia succedat ma
tri ab intestato, nō extantibus ma
sculis, ꝙ masculis extātibus, ex ui
argumenti a contrario sensu, filia
excluditur per dictam l. inter soce
rum. §. cum inter: quia in sensu
directo huiusmodi statutum nihil
operaretur, prout etiā esset in ter-
minis huiꝰ quæstionis. Quid enim
operarentur uerba statuti disponē
tis, maritum debere lucrari dotē si
mulier moriatur sine liberis? quā
do etiam si cum filijs moreretur
maritus deberet etiam admitti ad
tale lucrum? certe nihil contra l.
si quando ff. de lega. i. Igitur. &c.
Tertiò, & ultimò hoc in termi-
nis decidit Paul. de Cast. in consi.
237 colum. j. quia in casu isto ma-
ritus uocatus est a statuto sub con-
ditione, quando mulier decederet
sine liberis. Vnde illis existentibꝰ
& ita conditione, sub qua maritus
uocatur, deficiente, non potest ha-
bere locū uocatio, & statuti dispo-
sitio l. iubemus. §. fi. C. ad Trebel.
l. ex facto. §. fi. ff. eod. titu. Idem
etiam uoluit Dec. in consi. 283. &
maxime, col. 4. ubi dicit, ꝙ si statu
8 tum concedit lucrum dotis mari-
to non extantibus communibus li
beris, quòd ipsis extantibus, mari-
tus ad tale lucrum nō admittitur,
&

& hoc per argumentum a contrario sensu. Clarius idẽ tenuit Cur. Iun. in consi.93. colum.3.& Socy. Iun. in consi.27. colum.pen. uol.i. Dominus meus Ruin. in consi.58. colum.6. uersicu. nam in quãtum, & colum.7. uersic. dicebatur etiã, & iterum, necnon, colum.penult. uersicul.& ad istud respondetur, uolu.3.& in consil.59.col.8. uersi. secundò alia ratione,& uersic. tertiò idem comprobatur: ac in uer. quarto pro eadem eo. uol.3.& in consi.63. colum.i. eo uolu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet in muliere minore, Sed contra nu.7.& 12.*

2 *Statutum mandans carcerari debitores non comprehendit minores.*

3 *Statutum pœnale prohibens extrahere bladum de comitatu non ligat minores, declara ut nu.13.*

4 *Statutum de compromissis non ligat minores, sed contra nu.9.*

5 *Consuetudo ligat infantes & furiosos, quia & lex scripta eos ligat.*

6 *Statutum ligat minores.*

8 *Statutum disponens quòd non repudians hæreditatem infra mensem habeatur pro adeũte ligat minorẽ.*

10 *Statutum, si mandat causas cõpromitti, Tutor & curator tenentur compromittere.*

11 *Consuetudo quod emens rem teneatur consanguineo retrouendere ligat & minorem.*

Quæstio XLIIII.

1 CADIT quoque alia dubitatio. Nũquid statutum de lucro dotis locum habeat in muliere minore. Et prima facie uideretur dicendum quod nõ. Primo, quia statutum mandans carcerari debitores, non compræhẽdit minores, ut per Roma. in consi.120. colum.2. quem sequuntur Barb. in consil.6. colum.i. uol.4.& Roch. de Cur. in repet. c. fin. quæst.14. in fin. de consuetu.

Secundò ex iis quæ not. Roma. in singula. suo ultimò. ubi inquit, quod statutum pœnale prohibens extrahere bladum de comitiatu, non ligat minorem.

Tertio, facit quod scribit Bart. in consil.40. in 2. part. secundum nouam impressionem incip. quæritur, ubi in effectu concludit, quod
4 statutum de compromissis fiendis inter contunctos non compræhendit minores. quia statutum generaliter loquẽs debet referri ad habiles l.i.C. de sacrosan. eccl. Si ergo huiusmodi statuta, de quib9 supra, non includũt minores, nec ẽt statutum de lucro dotis debet mulieres minores includere.

His tamen non obstãtibus altera pars est de iure uerior. quę. Primò probaẽ ex ijs quæ dixit Cyn.
5 in l.2. in fi.& ibi Bartol. quæst.22. C. quæ sit lon. consue. ubi uolunt, ꝙ consuetudo ligat infantes, & furiosos, quia & lex scripta eos ligat l. diuus. ff. de offic. præsid. l. penult. ff. de parricid. Idem etiam tenuit Saly. in l.j. in fin. C. eod. titul. quæ sit lon. consue. ubi dicit hanc esse communem opinionem. Pro cui9 confirmatione accedat quod dixit Oldrad. in d. l.2. colum. fin. ubi inquit, quòd si sit consuetudo in ci-
6 uitate ꝙ soluat talem collectam, tenebuntur etiam infantes, & furiosi. Cum ergo ex ui talis consuetudinis infantes includantur, & furiosi, multo magis debent ligari minores uigintiquinque annis maiores

iores tamen infantibus.arg.autē. multo magis. C.de sacrosan.eccl.
7 Secundò, ꝙ ligentur minores, hoc uoluit Bart.in repet.l.de quibus,col.10.uersi.primò ergo quæro ff.de legi.per tex.in l.fine hærede.§.lucius ff.de admi.tuto.ubi etiam ibi notat Bar.Rom.in dicto sing.vltimò,& id consi.120.col.2. Barb.in consi.44.col.pen.uolu.3. & in consi.6.col.i.uolu.4. Alex.in consi.49 col.3.uolu.i.& in consi. 254.col.i.uolu.6.Dec.in auten.si qua mulier, in 2.notab.C.de secū. nup.Pro quo facit qđ notat Pau. de Cast.in l.si pupillorum C.de repudian.hęredi.ubi statutum dispo
8 nens,ꝙ non repudians hæreditatē infra mensem habeatur proadeunte,ligat minorem. Accedat quoq; quòd uoluerunt Salyce. Paul.de
9 Cast.& Alex.in l.fi. C.de in integ. resti.ubi statutum de compromissis fiendis ligat etiam pupillos, & minores,quod & tenuit Alex.in d. consi.254.per totum, & Tiraq.in
10 tract.de retrac.car.287.nu.13.Et in tantum hoc est uerum,ꝙ si statutum mandat causas compromitti,tutor,& curator tenentur compromittere,licet uolūtarium compromissum facere non possint, ut per Bal & Ang.in l.Imperatores. ff.de pact.ac Paul.de Cast.& Alex. in l.si plures ff.eod.titu.Pro cuius confirmatione facit quod uoluit Tiraquel. in loco de quo supra,
11 ubi concludit,quòd consuetudo, quòd emens rem teneatur eam cō sanguineo retrouendere, ligat & minorem.
12 Tertiò,& ultimo,ī terminis cō suetudinis uel statuti de lucro dotis,quod ligentur minores,uoluit Guliel.de Cun. in l.ingenium.ff. de statu.homi.quem referunt & sequuntur Bar. in d.l.2.q.22.C.quæ sit lon.consuetū.Alex.in consi.65. col.2.uol.6.quod est duplicatum, co.uolu.in consil.119.& Roch.de Cur.in repe.dicti c.fi.q.14. Idem quoq; tenuerunt Bald.& Paul. de Castr.in l.i.C.si aduers.dot.Rom. in consil.314.& Corn.in consi.6. col.pen.uolu.3.

Non obstant quę adducta fuerunt.Nam ad primum argumentum respondetur, ꝙ contrarium eius,quod uoluit Rom.ubi supra, & in specie cōtra eum, tenuit Ias. in l.neq; impuberes ff.de in ius uocan.Ad secundum de statuto pro-
13 hibente sub pœna extrahere bladum de comitatu,pariter respondetur,ꝙ Roma.loquitur in statuto puniente id quod de iure communi erat impunibile. Quo casu uerum est:ꝙ in tali statuto non includuntur minores,ut in specie dixit Roma.in d.singu.ulti.per tex. in c.2.de delic puero. Nam homicidium (ut scitis) casu perpetratū, sine culpa est,impunibile l.i.C.de sicca.& ideo in d.c.2.dicitur,ꝙ in illa consuetudine ibi relata minor nō includitur,licet generaliter loquatur,quod subdit non esse obliuioni tradendum. Idem dixerunt Barb.in citato consi.6.colum.2.& Roch. ubi supra in dicta q.14.in fin.ac Cur.Iun.in l.postquam liti, in fin.C.de pact.Sed in casu huius quæstionis sumus extra terminos Roma.Igitur &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos data per mulierem minorem uiro,in bonis immobilibus,sine decreto iudicis,non cadit lucro mariti, stante statuto de lucro dotis. & nu.3.*
2 *Bona minorum immobilia, sine decreto iudicis alienari non possunt.*

4 *Pubes*

4 *Pubes licet habeat legitimam ætatem in matrimonio, tamen secus in dote, licet sit sequella matrimonij.*

5 *Minor quamuis habeat legitimam personam in iudicio in casu matrimonij: secus in causa dotis.*

6 *Minor mulier etsi in dotem immobilia sine decreto iudicis dare non possit, id tamen non procedit in bonis mobilibus, & pecuniæ & alijs quæ seruando seruari non possunt, quia poterunt dari in dotem, & in ea habebit locum statutum de dote lucranda.*

Quæstio XLV.

1 QVID iuris, si minor dedit in dotem marito, bona immobilia, quæ regulariter sine decreto alienari non possunt, ut l.magis puto. §.ne passim ff.de reb. cor. An tali casu maritus posit lucrari totam dotem, uel partem, quæ sibi a lege municipali conceditur. Prima facie uideretur quòd sic, ut colligitur ex dictis Gul.de Cun.in d.l. ingenium, quem sequuntur Doct. de quibus in q.præcedenti, ubi uidetur uelle, quòd ubicunque sumus in actibus, in quibus minores admittuntur ut maiores, ut si consuetudo habeat, quòd muliere præ decedente, maritus lucretur dotẽ, mulieres etiam minores compræhenduntur, & obligantur sub dicta consuetudine: quia minor obligatur ex matrimonio, & habetur in talibus pro maiore c.si. de iudi. in 6. notat gl.in l.ait prætor, in prin. in uerbo aliud ff.de mino. ergo & in dote, nam in hoc non debet minus ligari, quã maior, ut in l. æmilius. ff.de mino. Sed maiores possunt cõstituere dotes in bonis immobilibus, sine decreto iudicis, ut not.in d.l.j.C.si aduer. dot. Ergo & minores, cum habeãtur pro maioribus.

2 Tu autem teneas contrariũ, quia bona immobilia minorum nõ possunt alienari sine decreto, & si fit alienatio redditur nulla l.magis puto.§.ne passim ff.de reb. eor.& in dote ꝓprie, est tex.in l lex quæ tutores C.de administra. tuto. ubi notat Bar. Idem uoluit ipse Bart. in l.prædia. C. de præd. mino. & Bal.in l.nulla, in fi.C.de iure dot. Calcan.in consi.11.in prin.Cuma. in consi.109.col.2.Bald. in consil. 108.uolu.i.& ratio est, quia in tali constitutione dotis requiritur causę cognitio l.si ex causa.§.in dotis ff.de minor.scilicet, An suppetant facultates, & an uir sit dignus tanta dote, ut per Bald.in d.l.nulla. Et hæc causæ cognitio spectat ad iudicem, d.l.magis puto.§.ne tamen, & d.l.lex quæ tutores, & per Bald. in d. consilio. 108. Item & quia ipsa constitutio dotis non est necessaria, sed uoluntaria: ergo attẽta ratione legis, non potest fieri sine decreto. Si ergo est nulla, perinde est, ac si facta nõ esset, arg.l.quoties ff.qui satisda.cogan. quo casu ubi nulla reperitur facta dotis cõstitutio, non potest tractari de lucro dotis: quia non entium nullæ sunt qualitates l.eius qui in prouincia ff.si cer.pet.& in terminis

3 propriis de lucro dotis, hoc uoluit Bal.in l.i.col.i.C. si aduers.dot.ꝑ dictam legẽ, ubi inquit, ꝙ licet minor possit dare eius marito in dotem, omnia eius bona, quamuis immobilia, cum pacto de lucrãdo dotem: tamen ꝙ id procedit, quando dos fuit solemniter constituta cum decreto iudicis, secundũ Iac. Butriga alias non includeret bona immobilia ipsius minoris. Quod

& uoluit ibi Paul de Cast.col.2.in princip.dum dicit, intellige ergo istam legem, quãdo interuenit decretum iudicis, si illa mulier habebat prædia, quãdo dedit omnia bona sua in dotẽ, & sic ualuit datio, alias non ualuisset, & de eis marit⁹ nihil lucraretur, ex pacto, uel lege: quia non essent dotalia, & pactum nõ operatur nisi super dote. Idem uoluit Roma. in consil.314.col.1. Cuma in citato consi.109.col.2.& Corn.in consi.3.col.pen.uersi. & 6 insuper, uol.3.ubi proprie inquit, ꝙ bona minoris, quæ seruando seruari possunt, nõ possunt dari in dotem, etiam cum autoritate tutoris uel curatoris, nisi interueniat decretum iudicis: Et ex hoc subdit, ꝙ statutum loquens de lucro dotis, locum sibi non uendicat in talibus bonis, quæ ualide nõ fuerũt data in dotem, cum ipsa datio non ualuerit, arg.l.4.§.condemnatum ff.de re iudi.

Nec habent obstare notata per Guliel.de Cun.in d.l.ingeniũ: q̃a duobus modis respondetur. Et primò, ꝙ ius dictum non est uerum: quia non sequitur, minor obligatur ex matrimonio & in ipso habetur pro maiore, ut in d.c.fi.de iud. in 6.& in d.l.ait prætor, iuncta gl. ergo & in dote: quia contrarium expresse decidit Bald. in d.l.i.C.si aduers.dot.ubi dicit.

4 Tertio nota, ꝙ licet in matrimonio pubes habeat legitimam ætatem, tamen non est ita in dote, licet sit sequella matrimonii. Et ꝓ ista opinione facit quod not.idem Bald.in auten.quod locum, col.fi. uersi.octauò quæritur C.de colla.

5 ubi dicit, ꝙ minor quamuis habeat legitimam personam standi in iudicio, in causa matrimonii, ut in c. fin.de iudic.in 6.nõ tamen potest stare in iudicio in causa dotis, per text.in dicta auten. quod locum: quia licet sit connexa, tamen non est eiusdem naturæ, quod dicũt esse notandum. Moder.in repet.ir.c. per uestras.car. 126.col.4.uersic. nec est simpliciter uerum, ubi quoque tradunt fuisse de mente Ioan. And.in c.cum olim el.1.in fin. de de offic.delega.

Secundò respondetur, quod opinio Guliel.de Cun.potest saluari, ut procedat in aliis bonis, quam in iis: quæ seruando seruari possunt, prout est in pecunia.quæ seruando seruari nõ potest, ut ꝑ Bar. & Aret.in l.si ex legati causa ff.de uerb.oblig.uel in aliis mobilibus, quia tunc in illis cum habeatur tã quã maior, & ea sine decreto alienari possint, ut per gl.& Docto. in l.i.§.fuit quæsitum ff.ad Trebel.& Tiraquel.in tracta. de retrac.car. 105.nume.115.poterit constituere dotem: & eueniente casu mortis mulieris, poterit maritus consequi lucrum sibi a statuto concessum. Et ad hoc bene faciũt no.per Moder.in tracta.de pignori. in 2. par.in 4.membro, nu.74.& 75.ubi dicunt, ꝙ licet mulier non possit dare in dotem bona immobilia sine decreto iudicis, & autoritate curatoris, d.l.lex quæ tutores, nec expresse obligare eius bona ꝓ dicta dote cum hypotheca, minus etiam tacite, tamen respectu aliarum rerum quæ alienari non sunt prohibitæ per minorem, poterit puella minor se dotare moderate, absq; curatore, & decreto, ut in d.l.i.C. si aduers.dot.& poterit se obligare pro dote constituenda, & in cõsequentiam in tali obligatione, & dotatione orietur tacita hypotheca, iuxta l.i.§ & ui plenius C.de rei uxo.actio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Minor, quæ dotem uiro immoderatam constituit, stāte statuto quod maritus per mortem uxoris sine liberis, lucretur dotem, restituitur in integrum aduersus ipsam dotis constitutionem, secus cōtrà dictum statutum.*

2 *Pactum factum inter uir. & uxor. de dote lucrāda, licet mero iure ualeat, etsi mulier sit minor tamen ei datur restitutio in integrum.*

3 *Statutum si extat quòd filia dotata excludatur à successione: filia, quæ dotem accepit, non poterit restitui aduersus ipsum statutum.*

4 *Minor, qui ex necessitate statuti disponentis, quòd inter cōiunctos fiat compromissum cum autoritate sui tutoris, fecit compromissum, si exindè contra eum iniustè per arbitros iudicari contingat, non poterit petere restit. in integ. aduersus statutum, uel compromissum, sed aduersus effectum statuti, idest sententiam secutam ex compromisso.*

Quæstio XLVI.

1 AN minor, quę constituit dotem immoderaram uiro possit restitui aduersus statutum, quo caue tur ꝙ maritus lucretur dotem, ita ut minuatur lucrum ipsius dotis in personam mariti. Et cōclude ꝙ contra statutum, non, sed contra dotis conuentionem, sic, ut in specie decidit Bal. in l. j. col. j. C. si aduers. dot. ubi dicit, nota, ꝙ inter uirum & uxo. potest apponi pactum de tota dote lucranda, si uxor præ-
2 moriatur, & ualet ipso iure pactū, etiam si mulier sit minor, tamē datur resti. in integ. Si aūt lucrum ueniret ex lege, uel statuta non co m peteret restitutio contra legē, u el statutum l. fine hęrede. §. lucius. ff. de admi. tut. nisi per indirectum, quia peteretur resti. in integ. contra conuentionem dotis, & per cō sequens cōtra effectum statuti, nō contra statutum, & Bald. sequitur Campa. in tract. dot. in 5. par. q. 11. Bal. in q. statuto, in uersi. dos q. 3.
3 Tiraq. in tract. de retract. car. 773. in princ. ubi etiam inquit, ꝙ si extat statutum, ꝙ filia dotata excludatur a successione, filia quæ dotē accepit, non poterit restitui aduersus ipsum statutum. Idem uoluit Alex. in consi. 254. col. 3. in fi. uol. 6. dum se remittit ad Bald. in d. l j.
4 ubi et uoluit, ꝙ minor, qui ex necessitate statuti disponentis, ꝙ inter cōiunctos fiat compromissum: cum autoritate sui tutoris, cōpromissum fecerit. & exinde contingat iniustè iudicari ꝑ arbitros cōtra pupillum, ꝙ non poterit minor petere resti. in integ. aduersus statutum, uel compromissum, sed aduersus effectum statuti, & sic sententiam secutam ex compromisso per notata per Bal. ubi s. Cui sententiæ quoq; assentit Ro. in consi. 314. ol fi. quem sequitur Gozad. in consi. 33. col. pe. ubi concludit, ꝙ si per mulierem minorem fuit dos constituta uiro, quæ fuerit immoderata, uidelicet in maiori quātitate, quàm qualitati, facultatiq; uiri atq; uxoris conueniat, ut in l. cum post. §. gener, & in l. quæro. ff. de iure dot. ꝙ eidem competit restitutio aduersus ipsam dotem immoderatam: & consequenter ex hoc capite minuetur lucrum dotis, in personam mariti, per casum expressum secundum lecturam gl. cōiter approbatam in d. l. j. C. si aduers. dot.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis non agnitum per maritum, ad suos non transmittitur hęredes: sed contra est communis, vt nume.11.*

2 *Hæreditas de iure ciuili non adita, non transmittitur ad hęredes, declara ut nu.15.*

3 *Substitutio, quę est secunda institutio, non transmittitur ad hęredes.*

4 *Statuto si caueatur q́ filius succedat in dote materna, si filius moriatur, antequam adiuerit, uel agnouerit nō transmittit ad hæredes, sed declara ut nu.17. & 18.*

5 *Portio, ad quam filius masculus admittitur ex forma statuti, excludendo fœminam, si non fuerit agnita, non transmittitur ad hæredes, sed contra est cōis ut nu.17.*

6 *Arrogatus quartam sibi debitam ex constitutione diui Pij in bonis arrogantis, & si non agnitam, ad hæredes non transmittit.*

7 *Ea, quę deferunt titulo singulari, & ex legis dispositione, non autem titulo uniuersali, transmittuntur ad hæredes, etiam nulla præcedente agnitione.*

8 *Bona damnatorum, quę uigore autē. bona damnatorum C. de bon. dam. conseruantur ascendentibus, & descendentibus, transmittuntur hęreditate non adita.*

9 *Legitima, uel eius supplementum nō petita in uita per filium, ad eius hęredes transmittuntur.*

10 *Trebellianica non acceptata in uita, transmittitur ad hæredes.*

12 *Agnitio non requiritur in iure contractus; ut fiat transmissio.*

13 *Ea, quæ acquiruntur iure quodam separato ab aditione hęreditatis, sed sunt quid abstractum, & separatū ab ipsa hęreditate, non requirunt agnitionem, & transmittuntur ad hęredes.*

14 *Acquisita per coniuges constante matrimonio, quę ex ui consuetudinis inter eos diuidi debent, si diuisa nō fuerint, trāsmittuntur ad hæredes quamuis non fuerint acceptata.*

Quæstio XLVII.

1 Suboritur & quæstio. An lucrum dotis non agnitum per maritū trāsmittatur ad eius hæredes. Primò. n. aspectu uideretur dicendum q́ non per tex. in l. emancipata. C. qui admit. & in l. 3. §. hoc igitur ff. de bono. pos. ubi bonorum possessio non agnita non transmittit ad hęredes.

Secundò per text. in l. j. §. in nouissimo C. de cadu. tol. ubi hæredi-
2 tas de iure ciuili non adita, non trāsmittitur ad hæredes, sicuti ēt est in
3 substitutione, quæ est secunda institutio. l. qui liberis. §. hæc uerba. l. sed & si plures, in prin. ff. de uulg. & pupillar.

4 Tertiò, ex iis quæ no. Ang. in cons. 81. vbi inquit, q́ stante statuto q́ filius succedat in dote materna, si filius moriatur antequam eam adiuerit, uel agnouerit, non transmittit ad hæredes.

5 Quartò facit, quod uoluit Saly. in l. j. in 2. & 3. col. C. de adul. ubi inquit, q́ portio ad quam filius masculus admittitur ex forma statuti excludendo fœminam, si non fuerit agnita, non transmittitur ad quoscunque.

Sed his non obstantib. contraria snīa uti verior, & magis a Doctoribus recepta sequenda est, ut primò probatur per l. si arrogator. in prin.
6 ff. de adoption. ubi filius arrogatus transmittit ad hęredes suos, quartā

partem bonorum sibi debitam in bonis arrogatoris ex constitutione Diui Pij, quamuis non agnitam. & illum tex. dicit ibi Bar. col. 2. esse argumentum, ꝙ maritus, qui lucratur certam partem dotis, eam transmittit sine agnitione, & cum Barto. ibi transeunt Bal. Angel. & Ias. quia ea
7 quę deferuntur titulo singulari, & ex legis dispositione, non autem titulo vniuersali, transmittuntur ẽt nulla pręcedente agnitione. Pro qua opinione dicit Ias. bene facere quod in simili notat Saly. in auten. bona damnatorum, in ult. col. C. de
8 bon. dam. ubi dicit se de facto consuluisse, ꝙ bona damnatorum, quę per dictam aut. conseruantur ascendentibus, & descendentibus, transmittuntur hæreditate non adita, ꝑ text. in l. edicto. §. ad hęredes ff. de iur. fisc. per quam legem ita ante Saly. tenuit Bar. in consi. 157. col. 2.

9 Confirmatur hæc sñia, quia legitima, uel supplementũ ipsius, quãuis debeat peti in uita per filium, tñ si competatur transmittitur ad hæredes. ita Saly. in l. cum simus C. de inoffi. testa. Bal. in l. 2. in ult. q. C. de liber. pręter. Ale. in consi. 150. col. fi. uol. 2. Paris in consi. 81. col. 2. uolu. 2. Ripa in l. si unquam q. 42 C. de reuocã. dona. Deci. in consi. 81. col. j. & Aymo. consi. 142. col. 2.

10 Idem uidemus in Trebellianica, quæ, etsi acceptata non fuerit, tamen transmittitur l. quamquam, ad legem falcid.

11 Vltimò, in terminis huius qõnis cõiter ita teneri dixit Pau. de Cast. in §. cum antiquioribus, ubi ẽt hoc uoluerunt Saly. Ias. & Alex. qui dixit hoc menti tenendum, quia quotidianum C. de iur. delib. Hanc quoque sñiam tenuit Alexã. in l. cũ uir ff. ad l. falcid. quem sequitur Ias. in d. l. si arrogator, ubi inquit, ꝙ tale lucrum, quod consequitur maritus uirtute statuti dicitur effici patrimonium uiri non autem dicitur hæreditas mulieris: & ideo cum tale lucrum non dicatur habere maritus iure hęreditario, licet non sit agnitum per eum, tñ transmittitur ad hæredes, ita ẽt voluit idem Alex. in consil. 150. col. fi. uol. 2. ac Barb. in c. officij, col. 20. de test. quia in iu
12 re contractus non requiritur agnitio vt fiat transmissio. l. cum pater. §. matrem, de legat. 2. Quod & placuit Socy. in l. qui duos. §. si marit⁹. ff. de reb. dub. & in consi. 296. col. 3. versi. confirmo prędicta necnon, & Ias. in consil. 59. col. fin. uol. j. ubi ad hoc allegat optimam decisionem Bald. in l. generaliter. §. in his. C. de secund. nupt. ubi per illum text. & auten. hæres. C. eo. ti. colligit doctri
13 nam, quam reputat notandam, videlicet ꝙ ea, quæ acqrunt iure quodam separato ab aditione hæreditatis, sed sunt quid abstractum uel separatum ab ipsa hæreditate, talia non requirunt agnitionem, & transmittuntur non agnita ad liberos, & hæredes l. pro hęrede §. papinianus ff. de acquir. hære. l. sepulcrum ff. de sepul. uio. Huicq; sñiæ uti cõi assentit Brun. in trac. exclus. fœmi. in 13. arti. principa. q. 6. col. 5. circa med. Cui ẽt adhæret Anto. Capy. in dec. 176. nu. 27. Moder. in tract. Suita. nume. 7. uersi. tetiò quæro. Do. meus Ruin. n consi. 26 nu. 16. uol. j.

Pro cuius confirmatione faciunt quæ notant Moder. in repe. rub. de dona. inter uir. & uxo. §. 62. col. 12. in fin. uer. & ista consuetudo, iun
14 cta col. fi. in prin. ver. amplia quarto, ubi dicunt ꝙ stãte consuetudine quæ est multum æqua, ꝙ bona acquisita per coniuges, constante matrimonio, inter eos diuidantur, si cõtingat ꝙ multa fuerint superlucrata per

ta per maritum, ꝙ ea diuidi debent inter ipsos coniuges, adeo ꝙ transmittuntur ad suos hæredes, quamuis non fuerint acceptata. Vnde si vxor præmoriatur uiro, antequam acceptet medietatem lucrorum sibi pertinentem, ad suos transmittit hæredes, quia ea, quæ deferuntur à lege, ut sunt ista lucra, iuxta notata in l. 3. ff. de interdic. & in l. fi. C. de bon. mater. transmittuntur ad hæredes, quamuis non acceptentur l. infantes C. qui admit. & ex his secundum eum infertur, ꝙ si pater meliorauit filium in tertia uel quinta parte bonorum suorū, illam ad suos hæredes, quamuis non agnitam, transmittit.

15 Non obstat modo tex. in d. l. emācipata, ac alia iura supra allegata, quia ipsa iura loquuntur, ut ibi notatur, & secundum Moder. in repe. dictę rub. in dicto §. 62. col. fi. in his quę deferuntur iure hęreditario, Secus in his, quę deferuntur ex titulo particulari, ut per Doct. in d. l. si arrogator, & in alijs locis s. citatis, ut est in terminis huius qōnis.

16 Similiter non obstāt scripta per Ang. in d. consi. 89. quia rñdetur secundum Alex. in consi. 150. col. fin. uol. 2. ꝙ Ang. male dicit, & eius rationes non sunt efficaces, non mouetur. n. quia dos est ius uniuersale l. quod dicitur ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. j. post princi. ff. de dote pręleg. Vnde, uerbum cōe relatum ad uniuersitatem, trahitur ad successionem directam, seu ad titulum hæreditarium, ut no. in l. his uerbis de hæred. insti. Sed hæc ratio, tanq̄ non bona, impugnatur per Imo. in c. Raynaldus, col. 6. de test. nam sequeretur ſm eum, ꝙ si testator diceret, relinquo Titio peculium, cū dicatur peculium ius uniuersale. l. peculium nascitur ff. de pecul. ꝙ videretur institutus hęres, ꝙ dicendum non est, cum iure cautum non reperiatur, & alio casu loquuntur ea, quæ habentur in d. l. his uerbis. s. quando relinquerentur omnia bona, uel quota omnium bonorum, & Ang. reprobant idem Ale. in d. l. cū uir, & in l. cum antiquioribus, col. 3. in fi. Socy. in d. l. qui duos §. si maritus, Ias. in d. l. si arrogator, col. 8. & Do. meus Rui. in citato consi. 26. col. pen. in prin.

17 Item & alio modo respōderi potest, saluando Angel. ꝙ eius decisio potest procedere, & locum habere, quando lucrum dotis a statuto defertur filijs iure hæreditario, ut si in dote, simul cum hæreditate succederent, tūnc non transmitteretur ita Ale. in d. consi. 150. in fi. & Socy. in d. §. si maritus, & Ias. in ipsa l. si arrogator, col. 8. & ab hac opinione de qua supra, tanquam cōi, in iudicando non recedas.

18 Similiter non obstant nota. per Sal. in d. l. j. C. de adul. quia cōtra eū est cōis opinio, ut per Ale. in consi. 20. uolu. j. & Socy. in cōnsil. 143. uolu. j. & in consi. 296. uolum. 2. & per Brun. latissime in suo tra. exclus. fœmi. in 13. arti. prin. q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Remißio lucri dotis, facta per maritū uxori, quæ ad eum reuerti noluit, propter discordiam habitam cum ipso, si huiusmodi lucrum non remitteretur: non ualet.*

2 *Venalis concordia, inter cōiuges prohibita est.*

Quæstio XLVIII.

1 DENVO quæritur, Stante statuto de lucro dotis in totum. Pone

ꝙ uxor propter discordiam habitã cum mariro de domo eius recedit & uadit ad domum consanguinei, marito desiderante pacem,& uxorẽ suam,ea petit, sibi remitti lucrũ dotis,ex statuto uiro peruenturum ꝑ ipsius mortem. Dubitatnr an talis remissio ualeat, & dicas ꝙ non per text.in l.uir mulieri.ff.de donat.inter uir.& uxo.ubi si durante matrimonio uxor diuertit a uiro,& ut ad se reuertatur maritus uxori aliquid dederit,quæ propterea reuersa est, non ualet talis donatio.

Item & per text.in l.si liberis ff. de pact.dotal.ubi est casus secundũ glo. quòd si mulier dedit centum in dote uiro,hoc pacto, ut idem uir ipsam lucretur,ea mortua,superstitibus liberis,hæc mulier habens filios ex hoc matrimonio, finxit se iratam cum eis marito,& cũ eo redire noluit nisi hoc pactum remittetur: concluditur ibi ꝙ si pactum remissum fuerit, ꝙ non ualet.& ex illo text. uti singulari infert Roma.in terminis huius quæstionis,in singulari suo.576.incip.pone ꝙ stãte statuto de lucro dotis, si contingat uxorem propter discordiam habitam cum uiro recedere,& exinde nolle redire nisi sibi remittatur tale lucrum dotis statutarium: ꝙ ipsa remissio si facta fuerit non ualet

2 quia uenalis concordia inter coniuges prohibita est: ut d.l.si liberis, secundum lecturam gloss.licet alias permissa esset. quod dicit notandũ, quia quottidianum,& Rom.sequũtur Moder.in repet.rubr.de donat. inter uir.& uxo.§.34.col.pen. & fi. Hoc idem uoluit Paul.de Castr.in consi.232.col.2.secundum antiquã impressionem quod est secundũ nouam in consi.59.in .j.uolu.col.2.in prin Alex. in l.si socer.§.luci⁹,col. 4.uersi.utrum autem ff.solut.matr. Tiraquel.in repe.l.fi.in uerbo largitus,nu.192.C.de reuoc.dona.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet,quando matrimonium momẽto durauit, Sed in contrarium est communis,ut in nu.10.& 12.*

2 *Vir dicitur habere nedum in dote titulum onerosum,sed etiam in lucro dotis.*

3 *Testamentum ut rumpatur, sufficit posthumum momento uixisse.*

4 *Testator si fecit substitutionem filio, si decesserit sine liberis,si ipse moriatur cum filio,qui momento tantum uixit,extinguitur substitutio.*

5 *Prorogatio termini sufficit ꝙ fiat in ultimo momento primi termini.*

6 *Filius qui post mortem patris non uixit nisi per horam,ex potentia suitatis, transmittit hęreditatem patris non agnitam.*

7 *Statutum excludens maritatam uerificatur in ea,quę habuit maritum, qui statim mortuus fuit.*

8 *Statutum quòd filius masculus excludat fœminam,locum habet in ea, quæ momento fuit exclusa.ut in ꝑpetuum excludatur.*

9 *Testamentum ut rumpatur sufficit quòd posthumus natus sit in .8.uo mense,licet secundum phisicos uiuere non possit.*

11 *Breuitas temporis, quo matrimoniũ durauit,non impedit ab altero coniugum alteri legari.*

Quæstio XLIX.

1 SVBNECTITVR & alia. An statutum de lucro dotis locum habeat,quando matrimonium momento durauit Ias.in l.non tãtum, col.2 C.de lega.dicit se dubitare ꝙ non

non sufficiat matrimonium momē-
taneum ad lucrādam dotem bene-
ficio dicti statuti : quia in eo nō po
test assignari nisi unica ratio , scili-
cet onera matrimonij l.pro oneri-
bus C.de iur.dot . propter quæ uir
2 dicitur habere nedum in dote titu-
lum onerosum l.i.C.de impo . lucr.
descrip.lib.10.sed etiā in lucro ip-
sius dotis,quod ex forma statuti ei
defertur,ut per gl.communiter ap-
probatam in l.si donaturus §.fin.ff.
de cond.cau.dat.& de cuius uerita-
te abunde uerba fecimus supra in
q.4.Cum ergo non possit assignari
alia ratio , nisi onera matrimonij,q̄
debet haberi pro expressa, iux.glo.
quam ibi sequuntur Bal.& Paul.de
Cast.in l.quamuis C . de fideicom.
& onera non potuerunt sustineri p
uirū in matrimonio, quod per mo-
mentum durauit : meritò sequitur,
ꝙ cessante causa lucri , pariter de-
beat & cessare ipsius statuti dispo-
sitio,arg.l.adigete §.quamuis.ff.de
iure patro.c.cū cessante , de appel.
His tamen non obstātibus con-
trariam sententiā teneas : quia mo-
mentanea etiam habentur in consi
deratione , vt Primò ;probatur per
text.ubi omnes notant, in l.2.C.de
3 posth.hæred.insti.ubi sufficit post-
humum præteritum uixisse momē-
to,ad hoc,ut rumpat testamentum
& per illum tex.dixit Bald.singula
4 riter in c.j.§.cum etiam,in tit.epi-
sco.uel abba.in usib⁹ feudo.ꝙ si te
stator facit substitutionē filio si de-
cesserit sine liberis,& ipse moriatur
cum filio,qui momento tantum ui
xit,extincta est substitutio fideicō-
missaria,iuxta l ex facto.§.fin.ff.ad
Trebel.& Bal.sequitur Ias.in l.si qs
hæredem,col.2.in fin.C.de institu.
& substitu.
Secundò facit quod not.Bald.&
Dec.in c.de causis,de offic.delega.

5 ubi sufficit ꝙ prorogatio temporis
fiat in ultimò momento primi ter-
mini .
Tertiò accedat tex.in l.cum spō
sus.§.fin.in fin.ff.de publici.ubi di
cit tex.etiam is qui momento pos-
sedit,recte hac actione experiatur,
de quo tex.mentionem faciūt Bal.
& Dec.in d.c.de causis.
Quartò,confirmatur hæc opinio
ex iis quę scribit Bald.in l.unica §.
in nouissimo C.de cadu.tollen.col.
2.ubi filius infans qui post mortem
patris non uixit, nisi per horam,ex
potentia suauitatis transmittit hæ-
reditatem patris non agnitam.
Quintò,pro hac parte facit quod
uoluit Bru.in tract.exclus.fœmi.in
6.articu.principa.in 4.membro q.
7 21.ubi concludit,ꝙ statutum Astē-
se,quod excludit maritatam,locum
habet in ea,quæ habuit maritum,q
statim mortuus fuit .
Sextò,corroboratur hæc senten-
tia ex notatis per Bald . in l.si quis
8 posthumos.§.j.col.fi.ff.de liber . &
posthu.ubi tenet,ꝙ si statutum sim
pliciter dicat,ꝙ filius masculus ex-
cludat fœminam,sufficit ꝙ momen
to eam excluserit , ut sit exclusa in
perpetuum,quem sequitur Dec.in
consi.623.col j .
9 Septimò facit etiam quod notat
Bald.in consi.110.in 3.uolu.in fin.
quem sequitur Dec.in citato cōsi.
623.col.2.in fin.ubi inquit , ꝙ licet
posthumus natus sit in octauo men
se,qui secūdum phisicos uiuere nō
potest , tamen sufficit ꝙ momento
uixerit, ut rumpat testamentum.
10 Vltimò,ne sine autoritate in ter-
minis huius quæstionis pertranfea-
mus hanc partē tenent Bal.& Ang.
in lectura Florentina,in d.l.non tā-
tum,ubi expresse dicunt , maritum
tale lucrum consequi, etsi per mo-
mentum durauerit matrimonium,

11 per text.ipsius legis,non tantum, ubi breuitas temporis, quo matrimonium durauit,non impedit ab altero coniugum alteri legari. & hãc sentẽtiam amplectitur Ang.in cõsi. 180.col.2.in fi.ubi inquit, ꝙ casus repentinus mortis non tollit de medio tale lucrum.Idem tenuit Areti. in l.2.in princip.& in l.si ante nuptias, col.fin.ff.solut.matri.Socy.in consi.223.col.2.in prin.Ias.in d.l.si donaturus.§.fin.& in l.inter stipulantem §.sacram,col.8.uersi.tertiò ff.de uerb.obli.quod dicit ualde notabile,& in consi.135. in fin.uol.j. Calcan.in cõsi.31.col.2.in fi. Dec. in d.c.de causis.col.4.in princ.& in consi.577.col.fi. & in d.consi.623. col.j.Brun.in d.tract. exclus.fœmi. in 6.arti.principa. in 4.membro q. 21.Ripa.in l.i.nu.66.ff.solut.matr. & in repet.l.si unquam C.de reuocan.dona.q.38.Cur.Iun.in l.uinũ, nu.6.ff.si cer.peta.Paris.in cõs.127. col.j.uol.j.& Doct.in auten.præterea C.unde uir.& uxor.

Non obstat modo dictum Ias.in d.l.non tantum: quia in eius dicto non potest fieri fundamentum,duplici ex capite.Primò,quia ipsemet contrarium tenuit in d.l.si donaturus,& in d.§.sacram,& in cõsi.135. superius allegato.

12 Secundò contra eum est communis opinio,ut ipsemet uidetur fateri in d.l.non tantum,dum dicit Bal. non habere contradicentẽ: & quãuis hoc non fateretur, satis apertè demonstratur ex autoritatibus supra relatis.Nec obstat eius ratio,ꝙ si matrimonium momento durauit cessant onera, propter quæ lucrum dotis conceditur: quia respondet, ꝙ ipsa ratio non obstat, quoniam, ut docet experiẽtia, quæ est rerum magistra.§.pen.insti.de satisda.nos uidemus ꝙ hodiernis tẽporibus antequam matrimonia celebrentur, fiunt multę expensæ,& quidem maximæ,per maritos,in annulis, iocalibus,monilibus,& aliis rebus,quæ tempore contracti matrimonij dantur uxori,& alijs personis de domo ipsius: & sic eius causa fiunt. quod sufficit,etsi postea accidẽtaliter cessent alia onera propter mortẽ uxoris.& quamuis ista expensa & damnum mariti non sit quantum lucrũ dotis: tamen integrum lucrum cõsequi debet,arg.l.si creditor.§.si inter maritum. ff.manda. sicut econtrario posset contingere quòd dotis fructus,uel ipsa dos non sufficerent,ad onera matrimonij inchoandi siue iã inchoati,arg.c.salubriter, de usur.Vnde cum hoc stet sub fortuna,maritus uidetur emisse istum casum,arg.l.fi.ff.de actio.emp.nimirum ergo si maritus lucrari debet dotem,uigore statuti de quo supra. & ista responsio colligitur ex notatis per Campa.ĩ tract.dot.in 5.par. q.13.post Ange.in §.fuerat,col.15. uers.quæro de quæstione quottidiana,in fi.inst.de actio.quem sequuntur Moder.in repe.rub.de don.int. uir.& uxo.§.55.col.4.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum nõ habet in cophanis, iocalibus, & alijs bonis mobilibus,sed contra nu.7.*

2 *Statutum de lucro dotis,cum sit correctorium non uenit extendendum etiam ex identitate, uel maioritate rationis,quod declara ut nu.8.*

3 *Correctio iuris non debet induci per tacitos,uel subanditos intellectus.*

4 *Statutũ si disponat, quod filia possit tantum de dote testari, poterit etiã testari de cophanis.*

5 *Iocalia, & alia bona parafrenalia, quæ dantur per patrem filię tempore n u-*

re nuptiarum secundum, consuetudinem patriæ, sunt de appenditijs dotis & prout de dote iudicari debent.

6 *Donatio facta à patre filiæ, sicut ualet pro dote, ita etiam debet ualere si fit de scrinijs cum iocalibus consuetis.*

Quæstio L.

1 OFFERT se nobis & alia q̃stio. An statutum de lucro dotis etiam habeat locum in cophanis, iocali-
2 bus & alijs bonis mobilibus parafrenalibus. Et uidetur dicendum ꝙ non: quia, cum tale statutũ sit correctorium iuris communis, ut supra diximus in q. 2. non debet fieri extẽsio etiam ex identitate uel maioritate rationis, auten. quas actiones C. de sacrosan. eccl. Vnde, siue dicam⁹ ꝙ dicta bona sint supplementũ dotis, siue de appenditijs, ex quo tamen statutum de illis non facit mẽtionem. non potest dici, ꝙ illa com-
3 præhendat, nisi tacite uel per subauditum intellectum, & tamen cõstat, ꝙ per subauditos, uel tacitos intellectus nõ debet fieri, uel induci correctio iuris, ut est glo. singu. in c. cupiẽtes. §. quod si per uiginti, in uerbo petere, de elect. in 6. & facit qđ habet in l. apud antiquos, cũ ibi no. per Bart. C. de furtis.

Quibus non obstantibus in contrarium est ueritas, ut probatur ex
4 dictis per Anan. in consi. 36. ubi dicit, quòd si statutũ disponat, ꝙ filia possit de dote tantum testari, poterit etiam & de cophanis testari: qa aut uolumus dicere istud supplementum esse dotis, & tunc iudicamus de eo quod de dote l. inter socerum. §. cum inter ff. de pact. dot. aut uolumus dicere ꝙ sint pars dotis, & tunc idem l. fundi partem, in fin. ff. de contrahen. emptio. aut uolumus dicere ꝙ sint appenditiæ dotis, & idẽ est l. si quis hęres institutus ff. de acqui. hæred. Ergo si in casu de quo per Anan. permissum est mulieri, quę tantũ de dote poterat testari, ꝙ ẽt de iocalibus, cophans, & mobilibus parafrenalibus possit testari tanquam sint uel de supplemento dotis, uel de parte eius, uel de appẽditijs, Multo fortius & hoc dicendum uenit in casu huius qõnis, ut pariter statutum. de quo s̃. locum habeat in cophanis, & alijs mobilibus. Et pro ista opinione ꝙ sint de appenditijs dotis facit deci-
5 sio Alex. in consi. 27. col. pen. in fin. uol. 5. ubi dicit, ꝙ iocalia, & bona parafrenalia, quæ dantur per patrẽ filię tempore nuptiarum, & causa matrimonij secundum consuetudinem, sunt de appenditijs dotis, & eius accessorijs, ac prout de dote iudicari debent l. etiam C. de iure do. l. inter socerum §. cum inter ff. de pact. dot. per quæ iura uoluit Paul.
6 de Cast. in l. cum pater §. pater filiæ ff. de leg. 2. ꝙ sicut ualet donatio facta a patre pro dote l. pomponius philadelphus ff. famil. hercis. ita ẽt ualet, si donat filię scrinia cum iocalibus consuetis, & hanc partem referendo Paul. & Alex. ubi s̃. tenuit Beltran. in consi. 47. nu. 8. vol. 2. Idẽ ẽt voluit Alex. in consi. 117. col. fi. uolu. 6. duplicato in consi. 154. uol.
7 7. & in terminis quęstionis præsentis hoc uoluit Curt. Iun. in consil. 129. col. pen. in fi.

Non obstat ꝙ hoc statutum cum sit correctorium, ꝙ non debet fieri extensio: quia ad hoc respondet Bologni. in addit. ad Anan. in d. consi. 36. ubi pariter sequitur opinionem eiusdem, ꝙ illud habet locum pręterquam

terquam in pertinentijs & parificatis a iure, quia tunc poteſt fieri extenſio per text.in c.poſtquam, de collection.in 6. Quod & uult Bald. ac Iaſ.in d.auten.quas actiones. Vnde cum in caſu,de quo tractatur, agatur de pertinētijs & de parificatis a iure, ut ſupra diximus nimirum ſi tale ſtatutum de lucro dotis pariter locum habebit in cophanis, & alijs bonis mobilibus de quibus ſ.

SVMMARIVM.

1 *Lucro dotis priuatur maritus ſtante ſtatuto, ꝙ præmoriente uxore ſine liberis, maritus lucretur dotem, ſi ſemel extitit conditio liberorum, licet ante mortem vxoris deffecerit: ſed contra nu.9.*

2 *Conditio, ſufficit, ꝙ ſemel extiterit, licet non durauerit. quod tamen declara ut in nu.10.*

3 *Principium primæ exiſtentię attendimus in conditionibus, & non curamus de eius ſucceſſu.*

4 *Legatum ſi factū fuerit mulieri ſub illa conditione, ſi uidua efficiatur, mulier non perdet legatum, ſi uidua facta fuerit, eſto ꝙ poſtmódum matrimonium contraxerit.*

5 *Donatio licet reuocetur ipſo iure per natiuitatem liberorum, tamen ſi filij nati ſint, & incontinenti mortui non reconualeſcit donatio.*

6 *Subſtitutio facta hæredi, ſi deceſſerit ſine liberis, extinguitur ſi unus ex filijs extiterit tempore mortis.*

7 *Fideicommiſſum iniunctum hæredi, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, deficit extantibus filij tempore mortis, quicquid de liberis poſtea cōtingat.*

8 *Qualitas iuncta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi.*

11 *Statuto ſi caueatur, ꝙ uxor ſi liberos non habuerit, maritus lucretur dotem, ad excluſionem mariti, ſufficit quòd liberos habuerit, licet ante matrem mortui fuerint.*

Quæſtio LI.

1 STATVTO cauetur, ꝙ ſi uxor de
ceſſerit ſine liberis ex ea, maritus
lucretur dimidium dotis. Pone mo
dò, ꝙ mulier ſuſcepit liberos, qui ta
men matri præmortui ſunt: an ſuf-
ficiat filios extitiſſe, ut maritus ex-
cludatur a lucro dotis. Et primo ui-
detur dicendum ꝙ ſic, per commu-
2 nem Doctorum concluſionem, quæ
habet, quòd regulariter ſufficit ſe-
mel extitiſſe conditionem, licet nō
durauerit, ut eſt tex.in l.in ſubſtitu
tione.in pr in.ff.de vulg.& pupil.&
in l.ſi quis hæredē C.de inſti.& ſub
ſti.& ꝑ Paris.in cōſ.32.col.9.uol.j.
Secundò facit quod not.Bal.in l.
precibus,in 3.col.& in 3.oppoſitio
ne C.de impub.& alijs ſubſtit. quē
3 ſequitur Iaſ.in d.l.in ſubſtitutione,
col.3.ubi dicit, quòd in conditioni-
bus attendimus principium primæ
exiſtentiæ, & non curamus poſtea
ſucceſſum eius.
Tertiò accedit quod dixit Bald.
in l.fi.in 2.notab.C.de indic.vidui.
tollen.quem ſequitur Paris.multos
4 alios citans in allegato cōſi.32.col.
9.ubi uoluit, quòd iudicatum factū
ſit alicui mulieri, ſub illa conditio
ne ſi vidua efficiatur, ꝙ mulier nō
ꝑdet legatū, ſi vidua facta fuerit, e-
ſto ꝙ poſtmodū matrimoniū cōtra
xerit: q̃a ſatis eſt ꝙ conditio extite
rit, etſi ac implemetū nō durauerit.
Quartò, confirmatur iſta opinio
ex eo quod decidit Bar.in l.titia, in
§.Imperator, col.2 de lega.2.quem
ſequuntur Imol.in c.fin.col.fin.de
donat.& Corn.in cōſi.176.col.pen.
uolu.2.ac Iaſ.in d.l.ſi quis hæredē,
col.3.& in d.l.in ſubſtitutione, col.
3.uos

5 3.uos ſcitis quòd per natiuitatē filiorum reuocatur ipſo iure donatio l.ſi unquam C.de reuo.dona.Pone (inquit Bart.) quòd filij nati ſunt, qui tamē incontinēti mortui ſunt, an confirmetur donatio: & concludit,poſtquā arguit ad utranq; partē ꝙ non reconualeſcat: quia ſufficit extitiſſe liberos, etſi mortui ſint.

Vltimò facit tex.in l.hęredibus, in prin.ad Trebel.ubi ſi ſit iniunctū hæredi fideicommiſſum, ſi deceſſerit ſine liberis,dicit ibi text. ſi habuerit liberos hæres, extinguitur fideicommiſſum. Si ergo in caſibus, de quibus ſupra,ſufficit conditionē ſemel extitiſſe,etſi non durauerit: Idem dicēdum uidetur,quòd in caſu præſentis quęſtionis ſufficere debeat,ad excluſionem mariti a lucro dotis,quòd extiterint liberi,quamuis exinde mortui fuerint.

6 Verum his non obſtantibus cōtraria ſententia, tanquam de iure uerior amplectenda eſt.quę Primò ꝓbatur per tex.in l.ex facto, in §.pē. ff.ad Trebel ubi ſubſtitutio facta hęredi,ſi deceſſerit ſine filijs.locū habet etiam ſi hęres liberos habuerit, qui tamen ei præmortui ſint: quia uerum eſt dicere,eum deceſſiſſe ſine filijs.

Secundò,per tex.in d.l.ex facto. §.ſi arrogatus,iuncta gloſ.in uerbo ex uoluntate ff.ad Trebel. ubi ſubſtitutio facta hæredi, ſi deceſſerit ſine liberis extinguitur,ſi unus extiterit, dummodo uiueret tempore mortis hæredis.

Tertiò,idem uoluit Oldr. in cōſ. 21.quem ſequitur Dec.in conſi.63. col.2.& in cōſi.205.col.3.& in cōſ.

7 218.col.2.in fi.& Paris in conſi.18. col.2.uol u.2.ubi dixit,quòd fideicommiſſum iniunctum hæredi,ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, deficit extantibus liberis tempore mortis, quicquid de liberis poſtea contingat l.cum uxori C.quando dies lega.cedat.

Quartò, facit quod vult text. in l.inter caſtella num ff.de arbit. ubi in ijs quę habent cauſam ſucceſſiuā non ſufficit ab initio eſſe factum,niſi perſeuerantia ſubſequatur,ſed in caſu quæſtionis huiuſmodi, conditio liberorum requirit perſeuerantiam & tractum ſucceſſiuum, Ideo non ſufficit quòd ante mortem fuerit adimpleta, ſi non perſeuerauit.

8 Quintò, confirmatur hęc opinio. Nam qualitas iuncta uerbo, debet intelligi ſecundum tempus uerbi. l.in delictis.§.ſi extraneus ff.de noxal.l.ſi titius ff.de mili.teſta.Sed illa uerba,ſine liberis, iuncto uerbo ſi deceſſerit, denotant ꝙ liberi debent exiſtere tempore mortis uxoris. Igitur, &c.

9 Vltimò,ꝓpius accedēdo,iſta quæſtio deciditur ex notatis per Cy.Alber.& Iaſ.in d.l.ſi quis hæredē,ubi proprie formāt quæſtionem. Pone in quibuſdam partibus eſt cōſuetudo,ꝙ matrimonio ſoluto,prædecedente marito uxor habere debeat dimidium bonorum eius,niſi pactū contrarium excluderet eam: modo accidit ꝙ mulier ita cōuenit cū marito,ꝙ ſi maritus decederet ſine liberis ex ea,ꝙ non haberet niſi tertiam partem mulier poſtea ſuſcepit filios,qui mortui ſunt ante eā,nūq̄d ſufficiet ſemel extitiſſe conditionē: Et determinant ꝙ nō,q̄a oportet ꝙ extēt liberi tp̄e mortis.per tex.in d. l.ex facto.§.ſi quis autem, ubi uidetur caſus. Hoc ēt uoluit idē Alber. de Roſa.in 2.par.ſtat.q.108.de quo mentionē facit Cāp.in trac.de ſtat. loquē.de dote q.80.Ergo idē dicēdum eſt econuerſo, ꝙ quando talis conſuetudo fuiſſet, ꝙ præmoriente uxore.maritus deberet habere dimidium

dium bonorum mulieris, si maritus conuenisset cum uxore, ꝗ si ea decederet sine liberis, haberet tertiã partem, ꝗ non sufficit ad exclusionem mariti, ꝗ habuerit mulier filios, qui ante eam mortui fuerint.

10 Non obstant modo adducta in cõtrariũ, uidelicet notata in j.ij.iij.& iiij.argumento: quia respondetur, ꝗ ea procedunt in conditione quæ non requiritur tractum successiuũ, & perseuerantiam, & quæ momento perficitur, ut per Doct.in d.l.in substitutione, ac in l.si quis hęredẽ: secus in terminis, de quibus nũc tractatur, in quibus ista conditio non completur per actum, qui non habeat perseuerantiam, ut per Doct. ubi supra, & Paris.in consil. 32.col. 9.cum respiciat terminum instantaneum mortis, qui terminus nõ habet tractum uel duratio nẽ ante, ut dicit Bart.in l.2.in §.creditum ff.si cer.pet.

Non obstat tex.in d.l.hæredib9: quia ad illum respondetur secundũ Ias.in d.l.in substitutione, ꝗ licet ĩ prin.tex.uideatur loqui de cõditione, si sine liberis decesserit: tamen quando ponit uerba testamenti, super quibus disputat, loquitur de cõditione, quę erat cõcepta, si liberos non educauerit, & super ea tantum decidit: dicẽs ꝗ si liberi sint nati & educati, quamuis mortui uiuo hærede, ꝗ non erit locus substitutioni: quia est uerum eũ educasse liberos licet uiuo hærede mortui sint.

11 Limita tamen hanc sententiam, de qua supra, non procedere, ubicũque statutum uel consuetudo dispo neret, ꝗ si uxor liberos non habuerit, maritus lucraretur dotem: quia tunc sufficeret ad exclusionẽ mariti ab ipso lucro, ꝗ liberos habuerit, quamuis ante uxorẽ mortui sint, ut colligitur ex dictis p Pau.de Castr. in d.l.ex facto.§.si quis autem, dum opponit de d.l.si quis hæredem, ad dictum.§.si quis autem, & pro solutione dicit, ꝗ si substitutio esset facta sub conditione, si liberos nõ habuerit, & tũc habet locum d.l.si q̃s hęredem, ꝗ sufficit conditionem semel fuisse impletam, licet implemẽtum nõ durauerit: Sed si fuisset facta substitutio, si decesserit sine liberis, tunc nõ sufficeret conditionem semel fuisse impletam: quia requiritur ꝗ liberos habuerit hęres tempore eius mortis, ut euanescat substitutio, per dictum §.si quis auten. & proprie in terminis nostris ita decidunt Cy.Alber.& Ias.in d.l.si q̃s hæredem, & ita teneas.

SVMMARIVM.

1 *Maritus promittens restituere dotẽ in omnem casum & euentum dotis restituendæ, secundum formã statuti ciuitatis, intelligitur etiam promisisse illius restitutionem, secundũ consuetudinem ipsius ciuitatis.*

2 *Statutum, & consuetudo à pari procedunt.*

3 *Statutum, & consuetudo non differunt circa causam efficientem, & potestatem, sed circa modum, & formam.*

Quæstio LII.

1 QVAERITVR. An stante statuto de lucro dotis, si quis promisit restituere dotem in omnem casum & euentum dotis restituendę, secundum formam statuti ciuitatis, intelligatur etiam promisisse secundum ipsius ciuitatis consuetudinem. Bal. in l.constitutionis, circa fi.C.de bo. quæ libe.determinat ꝗ sic, & Bald.

2 refert, & sequitur Alex.in cõsi.190. col.

col.3.uol.2.& in cõsi.65.col.2.uol.
3 6.quia, a pari procedũt statutum & consuetudo: quæ non differunt circa causam efficientem & potestatẽ, sed irca modum & formam, ut p Bald.in l.2.col.2.C.quę sit lon. cõsue.& Alex.in consi.225.col.j.in fi. vol.6. Nam statutum requirit expressum consensum, qui expeditur uno momento l.j.ff.de legi. Sed cõsuetudo debet esse præscripta, id-est roborata tempore,& sumit originem ex multis actibus, & continuatis consensibus populi, ita q̃ habet causam suam ex tempore, & ex actibus §.ex non scripto,insti.de iure natu.gen.& ciu.l.fi.C.quæ sit lõga consue.Barb.in l.de quibus uer. nunquid deesse.ff.de legib.Idẽ voluit Ro.in terminis huius q̃ õis, (licet de Bal.in d.l.constitutionis nullam fecerit mẽtionem)in l. post dotem ff.sol.matr. & hanc partem & tenuerunt Ias.in l.omnes populi.colum.5.ff.de iust.& iur.& in l.de quibus, col.antepe.in princ.ff. de leg. Afflict.in const.regn.car.5.q.8.Bru. in tract.exclus.fœmi.in 5.arti.prin. q.12.circa med. Ioann.de Amic. in consil.12. col. 2.& Aymo.Crau. in consi.251.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis excedens metam legalem insinuat ionẽ requirit,quod declara ut nu.4.& nu.6.*
2 *Insinuatio requiritur in pacto de dote lucranda.*
3 *Donatio propter nuptias facta per uirum uxori,insinuatione non eget.*
5 *Donatio ob causam non requirit insinuationem.*
7 *Solidus,& aureus, idem est in iure.*
8 *Donatio excedens summam quingentorum aureorum,supra quam requiritur insinuatio,non uitiatur usque ad summam quingentorum, sed in excessu.*
9 *Donatio tamen supradicta hodiè usque ad summam scutorum octingentorum ualet,sine insinuatione.*
10 *Aurei centum & septem hodie faciunt libram auri,licet alias septuaginta duo & demum nonaginta sex constituerent libram.*

Quæstio LIII.

1 QVAERITVR. An lucrum dotis quod marito conceditur ex beneficio statuti vxore pręmoriente sine liberis,si excedat metam legalem, indigeat insinuatione. Veritas huius q̃õnis pendet,ut inquit Bald. in l.fi.col.2.uer.ad secũdum dubiũ
2 C.de iure dot.An in pacto de dote lucranda requiratur insinuatio, q̃a si in eo erit necessaria, idem erit & in statuto,nam dispositio legis reducitur ad intellectum pacti l.si ita quis §.ea lege. ff.de uerbo. obliga. Operæpretium igitur est uidere,an in ipso pacto dotis lucrandę requiratur insinuatio.Et concludendum est quòd sic,per tex.in §.illud quoque,in auten.ut fratr.fil.ibi,si uerò dotalium pacta, & horum euentus parti uiri concedunt actionem dotis,aut etiam eius partis nullam iubemus eum habere actionem, si nõ donationem insinuauit. Et ita illũ text.ibi summat Ange. dicens,Donatio propter nuptias facta per uirum uxori, uel per alium, insinuatione non eget,quo ad hoc ut mulier lucretur: existente conditione lucrandi donationem prædictã, Sed bene eget insinuatione ex parte uiri,ut uir lucretur partem dotis, ex pacto de lucrando. Idem voluit gl. & ibi Ang. in auten.ut sponsal.largi.in princi.in uerbo apud virum.

Quod

Quod & tenuerunt Cy. Old. Odofred.Bald.Sal.& Alber.de Rosat.in auten.eo decursum.C.de dona.ante nupt.quæ sumpta fuit ex d. §.illud,in auten.ut frat.fil. Cui sententię quoque assentit Anto.de Cana. in tract.de insinua.in 2.part.q. 5.in fin.& 6.Cum ergo communis resultet conclusio, quòd in pacto dotis lucrandæ requiratur insinuatio,idē utique dicendum uenit in statuto, vt per Bald.in d.l.fi.C.de iure dot. & Ant.de Cana.vbi supra.q.7. quia ut dixi,tale statutum debet regulari secundum pactum dotis lucrandę,quod similiter regulatur secundum legem loquentem de insinuatione,ut etiam uidemus, quòd lucrum ipsius statuti regulatur secundum dispositionē l.hac edictali. C. de secund.nupt.ut per Bar.& Bald. in l.j.C.de inoff.dot.

4 Quam tamen conclusionem limita procedere,quando lucrum dotis deferretur marito ex ui statuti, sub sola conditione mortis.Secus si pp onera matrimonij,uel propter stipendia nuptiarum:prout communiter solet fieri ut late diximus supra

5 in q.4.quia tunc lucrum dotis non esset simplex donatio, sed ob causam & impropria, quę non indiget insinuatione l.fin.in prin.C. de iure dot.l.Aquilius regulus,& ibi Bart. Imo.& Ro.ff.de dona.Alex.in consil.83.col fi.uol.2.& in consil.113. in fin.uol.6.ubi attestatur hāc esse communem opi.& D.meus Rui.in consil.126.col.4.uol.j.

Aduertendum tamen esse censemus,quòd licet defectu insinuationis maritus priuetur lucro statuta-

6 rio: tamen id intelligendum uenit in eo, quòd huiusmodi lucrum ex

7 cederet metam legalem quingentorum solidorum, uel aureorum, quod idem est in iure, ut per gloss.

9 in l.fi & ibi Doct.ff. de in ius uoc. & in l.quicunque C.de ser. fugi.nō autem abinde infra, ut per gl.& ibi Ang.in §.illud quoque, in auten.ut frat.fil.& Saly.in auten. eo decursum C.de dona.ante nupt.& Anto. Canar.in loco de quo supra, qō.5. Pro cuius confirmatione accedat, quod tenent Alex.in cōsil.21.col.2. vol.2.& Dec.in consil.239.col.2.& in consi.536.col.pen.& Socy. in cōsil.48.col.4.uolu. j.ubi post Bal. &

8 Ange.in l.sancimus §.j C.de dona. volunt quòd donatio excedēs summam quingentorum aureorum,supra quam requiritur insinuatio,nō uitiatur vsque ad summam quingētorum aureorum,sed in excessu, ne utile per inutile uitietur, per dictā l. sancimus,iuncta l.pen. eo. ti.

Verū quia supra habita fuit mētio de solidis,& aureis, ne aliquando ęquiuoces:notandum fore arbitramur, quòd etsi aurei, & solidi de quibus locuti sumus, alias debeant intelligi de illis aureis,& solidis,de quibus & primo loco, septuaginta duo faciebant libram auri, & exinde,propter defectum minoris ponderis,nonaginta sex constituerunt libram auri,ut per gl. & ibi Docto. in d.l.quicunque & Paul. de Cast. in l.j in prin col 2.C.commun. de lega.& Dec.in consil. 536.col.pen. Tamen quòd etiam ultra septingētos aureos ualeret sine insinuatione. quod dicit Ias.in d.l.fin.ff.de in ius uocan. esse magnę utilitatis in practica.Imo fortius dixerunt Fely.in c.cōquerente,col.j.de offi ordin. & Socy. in citato consil.48. & Ias.in l.2.§.ex his, col.9.ff.de verbo.obliga.post Ang ibi per eum citatum,& quos refert Alcia in l.hec enuntiatio.ff.de uerb. signifi. quòd donatio ualeret ultra octingentos aureos, & plus inquit ibi Ias. quòd ita

ita obtinuit, quod credimus uerũ, quia, ut a magistris monetarum percepimus, hodie centum & septem aurei, conficiunt libram. & ideo firmãdo hanc nostram conclusionem teneas, quod istud lucrum dotis, si ascenderet ad quantitatem aureorum octingentorum, deberetur marito, etsi priuatũ esset insinuatione.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in bonis feudalibus, sed in contrarium est communis, ut in nu. 15.*

2 *Statutum generaliter loquens de lucro dotis, generaliter intelligi debet, quod declara ut nu. 16.*

3 *Lucrũ dotis datur propter onera matrimonij.*

4 *Lucrum dotis dicitur alienatio legalis, & nu. 17.*

5 *Feudum potest dari in dotem præsertim quando est perpetuum, & concurrit inopia uasalli non habentis aliunde facultatem honeste, & cõgrue, dotandi filiam, ut nu. 6. & 7. quod declara ut nu. 18.*

8 *Feudalia non ueniunt in generali dispositione bonorum.*

9 *Nec etiam in renuntiatione hęreditatis paternæ.*

10 *Minusq; in generali obligatione bonorum.*

11 *Legitimandi facultas alicui à Cæsare concessa non extẽditur ad feuda.*

12 *Statutum excludens fœminam a successione, nõ excludit à feudo, in quo succedere potest ex tenore successionis feudalis.*

13 *Maritus, & si non extantibus propinquis possit succedere uxori tamen secus est in feudo.*

14 *Dispositio auten. res quæ C. commu. de leg. non habet locum in bonis feudalibus.*

19 *Statutum de lucro dotis, locum habet in bonis feudalibus transmissibilibus ad quoscunque hęredes extraneos.*

20 *Statuta excludentia mulieres propter masculos, habent etiam locum in bonis feudalibus, in quibus mulieres unà cum masculis succederent.*

21 *Bona emphiteotica, quæ uigore pacti, uel conuentionis possunt alienari, æquiparantur bonis allodialibus.*

22 *Clausula, & quibus dederis, uel æquipollens, apposita in concessione feudali, operatur non solum licentiam alienandi, irrequisito domino, sed etiam, quòd ille, in quem facta fuerit alienatio, poterit retinere illam rem li ·eram, & expeditam, ac tanquam allodialem, non autem iure feudi.*

23 *Clausula, & quibus dederis, licet operetur licentiam alienandi irrequisito domino tamen non operatur: q; possit feudum transferri in fœminã sed contra nu. 29.*

24 *Feudum quando est concessum pro te, & hæredibus quibuscunque, & si possit transferri in quamcunque personam, non tamen ad fœminas, sed contra nu. 28.*

25 *Vassallus licet possit testari de feudo, quando concessum fuit cum clausula, & quibus relinquere uellet, non tamen in spurium, quia uerbum, quibuscunque, refertur ad habiles quod declara ut nu. 30.*

26 *Mulier est persona prohibita, moribus & natura incapax successionis feudalis.*

27 *Feudum esse concessum, pro te uel hæredibus quibuscunque, uel pro te, & quibus dederis, à pari procedũt.*

Quæstio LIIII.

1 ALIA oritur & quęstio. An statutum de lucro dotis locum habeat

in bonis feudalibus. & Primò uidetur dicendum quòd sic, quia statutum loquens de lucro dotis genera
2 liter loquitur, ergo generaliter debet intelligi. & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus l. de pretio ff. de pub.
3 Secundò, quia maritus sustinet onera matrimonij, propter quæ uir consequitur tale lucrum, ut per gl. cõiter approbatam, in l. si donaturus §. fi. ff. de cond. cau. dat. ergo debet habere locũ in bonis feudalib.
4 Tertiò facit. Nam huiusmodi lucrum dotis dicitur alienatio legalis quę etiam in feudis locum habere debet, ut refert Bald. in c. j. §. fi. de inuest. de re. ali e. fac.
5 Quartò confirmatur. Nam mulier feudataria potest feudum dare in dotẽ marito, ut per Andr. de Iser. Bald. Alua. ac alios in c. j. §. donare quali. feu. pote. olim alie. quos refert & sequitur Ias. in aut. res quæ, col. 7. uersi. limita. C. commu. de lega. & in consi. 66. uolu. j. & hoc ſm Bald. & Ias. ubi supra fauore mulieris, & dotis, imò & Reipublicæ, argu. l. j. solu. matri. Idem uoluit Paris. in consi. 16. nu. 31. uol. j. ubi dicit. ꝙ licet Doct. dubitent, an feudum possit in dotem dari, ut in c. j. §. donare. qual. feu. olim pote. alie.
6 ubi plene per Docto. tamen quando feudum non est temporale, sed perpetuum, tunc ſm Host. & Ioan. Andr. in c. ex parte, de feud. potest dari in dotem, licet gl. ibi dicat contrarium: quę secundum eos intelligi debet in feudo temporali, quod dictum reputat notandum, Abb. in d. c. ex parte, & si in feudo etiã perpetuo antiquo, & paterno aliq Docto. tenuerunt contrarium, tamen quando concurrit inopia uasalli nõ habentis aliunde facultatem hone-
7 ste & congrue dotandi filiam, uidetur posse dari, ut per Doct. ibi per eum citatos. Si ergo a lege feudali permittitur datio rei feudalis in dotem: dicendum est etiam, ꝙ in consequentiam lex uoluerit, subsistente ratione onerum matrimonii, ꝙ maritus consequi habeat beneficiũ lucri dotis a lege municipali sibi concessum.

His tamen non obstantibus contrariam sententiam uti ueriorem &
8 communem teneas. Et Primò, quia in generali dispositione bonorum non ueniunt feudalia c. in generali. ubi notant omnes, si de feu. fue. cõtro. inter domi. & agna.
9 Secundò, id uidemus in renuntiatione hæreditatis paternæ, in qua non includuntur feudalia, ut ꝑ Aluaro. in c. j. de eo qui fec. fi. agna. col. fin. & Alex. in consi. 110. col. fi. uol. j. ubi attestatur hanc esse magis communem.
10 Pro quo & tertiò accedat, quod dicitur de generali obligatione bonorum, in qua pariter non comprehenduntur feudalia, ut ꝑ Ale. in cõs. 2. col. j. uolu. 4. & Socyn. in cõsi. 19. col. 4. uolu. j. ac Aegid. in consil. 17. col. 3. & Afflic. decis. 14. ubi idem uoluerunt in generali donatione omnium bonorum.

Quartò confirmatur hęc sententia ex dictis ꝑ Homod. in cõsi. 220. in primo dubio, quẽ sequitur Dec.
11 in cõsi. 76. col. 2. ubi in generali potestate legitimãdi, quæ alicui ab Imperatore uel Papa conceditur, non uidetur data potestas legitimãdi ad feuda, ꝑ tex. i c. naturales, si de feu. fue. contro. inter domi. & agna.

Quintò facit, qđ dixerunt Card. Floren. in cõsi. 2. Bal. in c. j. an agna.
12 uel fil. & ibi Alua. col. pen. uersi. itẽ addas, ubi uolunt, ꝙ statutum excludens filiam a successione, non excludit eam a feudo, in quo potest succedere

cedere ex tenore successionis feudalis quod & tenuit Dec.in cõsi.139. col.fi.ubi inquit, ꝙ statutum disponens ꝙ filia una cum masculis succedat in bonis paternis, non habet locum in bonis feudalibus: & ratio est secundũ Doct.ubi supra. q̃a natura bonorum feudalium est separata ab alijs bonis, Ideo de his debet fieri specifica mentio.

Sextò, comprobatur hæc opinio ex not.per scribentes in c.j.an mari.succe.uxo.& in autẽ.præterea C.
13 unde uir.& uxo.vbi tradunt Doct. ꝙ licet de iure communi, non extãtibus propinquis, maritus succedat uxori: tamen nõ succederet in feudo. Idem uoluit Belt.in consi.59.in ulti.dubio, uol.2.& Benedic.in repet.c.Raynucius.nu.801.de testa.
14 Septimò accedit quod no.Bal.& alij in c.j.§.donare qual.olim feud. pot.alie.ubi dicunt quod auten.res quæ C.com.de legat.non habet locum in bonis feudalibus, ubi etiam notat ibi Iaf.col.8.uersi.an autem, & in cõsi.89.col.4.uol.j.Guid.Pap. consi.214.col.5.
15 Vltimò, ne eamus sine autoritate in terminis huius quæstionis ita decidunt Bald.Alua.& alij in d.c.j.an mari.succe.uxo.& in d.c.j.§.donare, & in c.j.§.fi.de inuest.de re.alie. fac.Bal.in consi.346.uol 2.idẽ Bal. & Iaf.in auten.res quæ C.commu. de lega.Aret.in l.2.in prin.& in l.si ante nuptias ff.sol.matr.& ibi Ripa. col.4.Barb.in c.officij, col.21.de testa.ubi dixit hoc esse elegans, & notabile dictum Pic.in rep.l.filius familias.§.diui, car.21.col.3.de leg.j. Iaf.in l.cunctos populos, in j.lectura, col.6.in fi.uersi.nota etiam, & in 2.lectura col.15.uersi.vltimò nota C.de sacrosan.eccle.Dec.in l.j.col. 2.& in auten.præterea C.un.uir.& uxor, Marsi.in l.fin.de iurisd.omn. iud.col.24.Brun.in trac.exclu. fœmi.in 8.arti.principa.q.23. Socyn. iun.in consi.72.nu.50.uol.i.
16 Non obstat modo primum argumentum, quia respondetur, ꝙ etsi statutum generaliter loquatur, tamẽ recipit interpretationem in materia feudali, a consuetudine feudali, potiusquam a iure ciuili: cum natura (ut supra diximus) bonorum feudalium sit separata ab aliis bonis, ut dixerunt Docto.in dictis c.j. an mari.suc.uxo.& in c.j.§.fi.de inuest.de re.alie.fac.& Dec.in citato consi.139.ac alij supra relati in fundamentis pro altera parte adductis.

Ad secundum respondetur similiter, quòd ratio onerum nõ est cõsiderabilis in consuetudine feudali, ut per Præposi.& Marti.de Lau.in d.c.j.an mari.succe.uxo.& p Doct. supra citatos.
17 Pariter non obstat & tertium, ꝙ lucrum dotis sit alienatio legalis. quia ad hoc respõdent Bal.& alij in d.c.j.§.fi.de inuest.de re.alie.fac.ꝙ alienatio legalis nõ intelligitur fieri cum præiudicio alterius, in reb⁹ sui natura alienari prohibitis.
18 Vltimò non obstat, ꝙ feudataria potest dare in dotem, quia respondetur uerum fore, ꝙ mulier potest se dotare in bonis feudalibus, etiam sine licentia domini: dummodo nõ apponat in constitutione dotis rei feudalis pactum de lucrãdo dotem, ut per And.de Iser.Bald.& alios in d.c.j.§.donare, quali.olim feu.po. alie.Bald.& Iaf.in aut. res quæ.C. cõ.de leg.Et sic ex his resultat clara iuris cõclusio, ꝙ maritus excluditur a lucro dotis bonorũ feudaliũ.
19 Limita tamen hanc communem sententiam non procedere, ubi bona feudalia data in dotem, siue per patrem, siue per filiam, talis essent naturæ, ꝙ forent transmissibilia ad quoscunq;

quoscunq; hæredes, ut puta, si concessio feudalis facta eēt ipsi, uel unicuiq; eorum, cum clausula, & quib⁹ dederis, uel pro se & hæredibus qui buscunq;, ut in c.j. ubi omnes feudi stæ, de feu. nō haben. prop. natu. feu. quia tunc maritus etiam consequeretur lucrum dotis bonorum feudalium, ut per Dec. in l.j. col. 3. uersi. sextò, & ultimò C. un. uir. & uxor. quem sequitur ibi Cur. Iun. nu. 16. ubi inquit, ꝙ licet statutum de lucro dotis non habeat locum in bonis feudalibus: tamen illud restringitur ad bona feudalia, quæ de sui natura sunt separata ab hæreditate, iux. not. per Bar. in l. item uidēdum ff. de peti. hæred. Secus autē in feudo quod transit ad quemlibet hæredem, etiam extraneū. Idem uoluit Ripa in l. 2. nu. 19. ff. solu. mat. Purpur. in l. cunctos populos, nu. 19. C. de sum. trini. & fid. catho. Pro qua opinione facit quod tenuit Bru. in tracta. exclus. fœmi. in 8. arti. princ.
20 q. 23. ubi dicit se credere, ꝙ statuta excludentia mulieres propter masculos, habeant etiam locum in bonis feudalibus, in quibus mulieres una cum masculis succederent: q̄a tunc feudum remouetur a propria natura feudi, & reducitur ad regulas iuris communis, ac ad propriam naturam successionis: cum ex speciali consuetudine non deferatur: nec de hoc mirandum est ex eo qđ not. Ancha. in consil. 125. col. 2. quē sequitur Dominus meus Ruin. in cōsi. 117. in 5. dubio, uol. 3. & Dec.
21 in consi. 586. col. 2. & in cōsi. 680. col. 2. ubi inquit, ꝙ de bonis emphiteoticis, quæ possunt ui gore pacti, uel conuentionis alienari, uel uendi, idem iudicatur, quod de bonis patrimonialibus necnon & ex ijs quę scribunt feudistæ in d. c. j. de feu. nō haben. propr. natu. feu. ubi illa uerba, & quibus dederis, uel equipollē-
22 tia apposita in concessione feudali, non solum operantur licētiam alienādi irrequisito domino: imò quòd ille, in quem erit facta alienatio, retinebit illam rem liberam & expeditam, ac tanquam allodialem, non autem iure feudi. quod dictum mirabile, singulare, & memoriæ commēdandū reputat Cur. iun. in tract. feud. in 4. par. in 2. regula princip. uer. quintò quęro, qui subdit quòd ad hoc non solet aduerti in practica. Si ergo talia bona uigore dictæ clausulæ, uel æquipollentis, possunt alienari, irrequisito domino, ut etiā fatetur Alex. in consi. 173. in fi. uol. 2. & in cōsi. 189. col. 4. uol. eo Dec. in cōs. 171. col. 2. & 680. col. j. Curt. iun. in consi. 108. nu. 17. Socy. cōsi. 257 col. fi. Ias. cōsi. 156. col. 2. uol. 2. & 64. in fi. uol. 3. Do. meus Ruin. in consi. 81. nu. 6. uol. j. Paris. cōsi. 23. nu. 41. uol. 1. Brun. consi. 38. col. 2. & Gozad. in consi. 9. col. j. & consi. 26. nu. 47. & Craue. in cōsi. 92. col. 2. Et eam esse communem testatur Dec. in consi. 193. col. 3. & in consi. 164. col. pen. & Cassador. in decis. suis, in tit. de locato. q. 3. & Paris. consil. 3. col. 2. in fi. uol. j. Et reputantur uti patrimonialia, & allodialia: utiq; dicendum uenit, ꝙ cū fuerint per patrem, uel filiam dicta bona feudalia alienata in uirum, & in eum translatum dominium dictorum bonorū, iux. l. doce. C. de rei uendi. quòd maritus lucrum dotis ei delatum a statuto, consequi etiam debeat in dictis bonis feudalibus, quæ redacta reperiuntur ad instar allodialium.

Verum est, quòd ista limitatio, respectu patris dotantis filiam in talibus bonis feudalibus, dubia reddit
23 ex not. per Dec. in consi. 193. col. pen. ubi inquit, ꝙ licet in inuestitura sit apposita clausula, & quibus

dederis.

dederis.per quam possit fieri alienatio etiam irrequisito domino,tamē non poterit dictum feudum transferri in fœminā, & sic in filiam : q.a cum illa uerba sint contra naturam propriam feudalē (ex quo satis operantur ut pssit fieri alienatio irrequisito domino)debent intelligi:ꝙ debeat fieri in masculos, & non in feminas. & mouetur: quia nos uide
24 mus, ꝙ quando in inuestitura sunt apposita ista uerba,pro te,& hæredibus quibuscunque,quæ sunt uniuersalia,tamen non potest feudum transire ad fœminas,ut per Bald.in c.j.§.donare,quali.olim feu. pote. alie.& in l.cum uirum C.de fideic. ergo nec quādo est apposita clausu
25 la, & quibus dederis.Confirmatur ista sententia ex dicto Bal.in consi. 207.in 2. uolu. ubi uoluit, ꝙ licet uigorē clausulæ,& quibus relinquere uellet, possit uasallus testari in quamcunque personam,tamen debet intelligi in quamcunque personam idoneam,sicut dicimus habeat unusquisque,ut in l.j. C.de sacros. eccle. ita quòd non poterit in spurium transferri,quia per dicta uerba,non includuntur personę prohibitæ,lege,uel moribus, uel natura incapaces,arg.l.cum prętor. §.pen.
26 & fin.ff.de iudi. Sed mulier est persona prohibita moribus, & natura, incapax successionis feudalis, ut in c.j.§.hoc autem notādum, qui feu. dar.poss.& sic ex his sequi uidetur, quòd per patrē non potuit dari dos filiæ in bonis feudalibus talis naturæ & per consequens, quòd marit⁹ per mortem uxoris sine liberis.non habeat consequi huiusmodi lucrum dotis, quòd sibi a lege municipali conceditur,cum lucrum dependeat a dote,ut per Docto.in l.j. C.si aduers.dot.

Sed his non obstantibus sequenda est ipsa limitatio, tanquam iuri consona,& magis a Doctoribus recepta:quia notata per Bald.& Dec. in locis supra citatis:carent ueritate,quod demonstratur. Nam a pari
27 procedunt:quòd feudum alicui sit concessum,pro se & hæredibus quibuscunque.uel pro se & quibus dederit,ut per Bald.in l.j.q.35.ff.de rerum diui.quem ad hoc alleg. Curt. iun.in consi.4.col.4.& Paris.in cōs. 3.col.3.in fin.uol.j.Sed quando feudū est concessum pro se & hæredibus quibuscunque transit ad extraneos,ut inquit Bald.in c. imperialē de prohibi.feud.alie.per federic. in prin.ubi feudum sub tali forma cōcessum, nō solum includit tria genera hęredum,de quibus institu.de hæred.quali.& diffe. Sed etiam legatarium:qui in re legata dicitur quodammodo hæres l.id tempus §.j.de vsucap Idem dixit Ale.in consil.7. uolu.7.Dec.in consi.78. col.pen.in prin.& in consil. 395. col.fi.Et hāc esse commuuem opi.dixit Cur.iun. in tract.feu.in 4 par.in ulc.col.& in consil.j.col.2.Ripa in l.ex facto.§. si quis ita ff.ad Treb.Item & transit ad fœminas, & descendentes ex fœminis,ut per Ias.in consi.9.inter consilia Brun.ubi consuluit,ex quo in inuestitura dicebatur, pro quibuscunque successoribus masculis,
28 quòd ueniunt descendentes ex fœmina masculi,quia dicebatur de masculis,ergo si fuisset dictum simpliciter pro successoribus quibuscunque, etiam fœminæ admitteretur. Idem voluit Socy.inter dicta consilia in consi.10.ubi dicit,quòd ideo non ueniūt fœminę ī terminis suis, quia in inuestitura dicebatur pro quibuscunque successoribus masculis, secus si non fuisset positum uerbum:masculis quia tunc, secundum eum,venirēt & fœminę. Si ergo stā

I tibus

tibus ijs uerbis ueniunt fœminæ, idem est dicendum, quando in concessione est apposita clausula, & qui
29 bus dederis, cum (ut dictum fuit) hæc parificentur, per regulam, quæ habet, quòd dispositum in uno ex parificatis, censetur etiam in alio, iux. gl. in c. si postquam §. fi. in uerbo prouisione de elec. in 6.

Sed quòd ueniant fœminæ, ubi datur potestas alienãdi, hoc voluit Gozad. in consil. 8. col. 9. & Cardi. Simone. in consi. 11. colũ. 4. ubi in specie contra Bal. & Dec. firmat esse cõem opin & Collegium Bononiense in consi. 15. nu. 53. & Paris. in cõsi. 9. nu. 33. inter consi. status Mõtisferrati edita in fauorem illustrissimę Dominę meæ Ducissæ Mantuæ super Marchionatu Montisferrati, quod nunc reperitẽ impressum inter sua consi. in consil. 23. uolu. j. nume. 43. Idem & nos firmauimus in cõsi. 26. in 2. par. inserto inter dicta consilia Montisferratis. ideq; uoluit ipse Dec. sibi contrarius in cõsil. 390. col. 4. in uers. capio secundã inuestituram.

Non obstant notata per Bald. in locis supra citatis, quia respondetur, ꝙ Bald. reprobat Ias. in l. 2. §. prætor ait, in fin. ff. qui satisd. cogã. post Alex. in l. si patroni, ad Treb. & in l. j. §. nunciatio. ff. de no. ope.
30 nunc. quia illud, quod dicitur, uerbum quibuscunque, referri ad habiles, procedit in dispositione legis non autem hominis, vt per Bald. in l. fi. in l. j. C. fine cens. uel reliq. qd' & uoluit Socy. in consi. 10. supra citato, & Cur. iun. in conf. j. col. 2. Sed in qõne de qua agitur uerbũ, q̃buscunque, est positum in dispositione hominis, Igitur nõ restringitur ad habiles tantum.

Præterea si uera esset ratio Decij sequeretur, ꝙ ẽt vigore talis clausulæ, & quibus dederis, feudum non posset transferri in extraneum, & quòd ea deberet intelligi de agnatis masculis, licet remotioribus, in quibus alias non poterat fieri alienatio sine consensu agnatorum, ut minus lædatur propria natura feudi, quæ est quòd non debet cadere feudum, nisi descendenti & proximiori agnato, ut in c. j. de alie. feu. pater, & tamen in contrarium est communis opinio, quòd imo transeat ad extraneũ, ut voluerũt Curt. Ripa, & alij in locis supra citatis.

SUMMARIUM.

1 *Statutum deferens lucrum dotis per mortem uxoris sine filijs, locum non habet ea decedente cum filia, sed in contrarium est communis, ut nu. 5.*
2 *Verba statuti concepta in plurali nõ uerificatur in singulari, declara ut nu. 7. & 10.*
3 *Unus non est numerus, sed principiũ numeri, quod declara ut nu. 8*
4 *Masculinum in statutis non concipit fœmininum, nisi ex quadam interpretatione extensiua, quæ in eis locum non habet. quod declara, ut in nume. 12.*
6 *Decedere non dicitur sine filijs, qui unicam filiam reliquit.*
9 *Statutum si disponat, quòd extantibus masculis soror non succedat, solus masculus excludit sororem.*
11 *Dispositio facta à testatore in plurali numero de pluribus filiabus, uerificatur in una sola.*
13 *Statutum disponens quòd nullus uadat de nocte sub tali pœna, comprehendit & fœminam.*
14 *Statuto si caueatur, ꝙ nullas audiatur uolens opponere exceptionem ꝙ pactum sit nudum, comprahenditur & fœmina.*

15 *Mascu-*

15 *Masculinum concipit fœmininum in ijs, quæ possunt adaptari et fœminæ.*
16 *Casus duo, pluresue similes dicuntur, quando in omnibus habet locum eadem ratio.*

Quæstio LV.

1 NVNQVID statutum de lucro dotis, uxore decedente sine filiis: habeat locum vxore præmoriente cum filia. Videretur dicendum, ꝙ non, duplici ex capite. Et Primo, q̃a
2 verba statuti sunt concepta in plurali numero, uidelicet in uxore decedente sine filijs, ergo in casu illo uerificari debent & intelligi, nõ autem in alio, & sic in singulari prout est quãdo uxor decedit cum filia, per tex. in l. si seruum, uersi. non dixit ff. de acquir. hære. quia unus nõ est numerus, sed principium nume-
3 ri l. 2. in prin. ff. si cer. peta. ad idem facit tex. in l. fi. ad Treb. gl. in l. meuius. §. eum, qui de leg. 2.

Secundò, quia ipsum statutũ loquitur de uxore decedente sine fi-
4 lijs, & sic in masculino genere, sed in statutis masculinum non concipit fœmininum, nisi ex quadam interpretatione extensiua, quæ in statutis locum non habet l. constitu. Ad municip. no. in l. de quibus ff. de legi. & in l. j. ff. de verb. signifi. Igitur videtur ꝙ stãte filia, maritus dotem lucrari debeat.

5 Quibus non obstantib. contrariam sniam, uti veriorẽ, & cõem teneas, quam Primò tenuit Bald. post Anto. de But. per eum citatum in l. j.
6 C. de condi. infer. quia non dicitur decedere sine filijs, qui unicam filiã ex eodem marito reliquit, cum dictiones sine, & absque, requirãt omnimodam carentiam, ac si diceret, sine ullis liberis. Et ad hoc bene facit tex. in l. non est sine liberis. ff. de uerb. signifi. vbi non dicitur decedere sine liberis, cui uel unus filius, vnaue filia est. Idem voluit Bald. in q. stat. in uerbo liberi. Corse. in singu. suo inci. statuta Italia disponũt. Roma. in consi. 129. col. j. versi. sed eadem ratio, & in uersi. est ergo, dũ dicit, ꝙ beneficium exclusionis mariti à lucro dotis, conceditur filio, aut filiæ, & in consil. 190. col. j. in fi. Fulgos. in consil. 203. col. fi. vbi inquit, inspiciendam fore mente huiusmodi statuti, & eius rationẽ, quę fuit, ut magis dos apud filios vtriusque sexus remaneret, quam apud maritum. Itẽ & cõem usum loquendi, qui ita se habet per dictam l. non est sine liberis. Hanc quoque partẽ tenuerunt Ias. in l. gallus. §. quod si is, col. 2. ff. de libe. & posthu. Brun. in trac. exclus. fœmi. in 12. arti. principali q. 13. col. 2. necnon D. meus Rui. in consil. 63. col. 2. uer. his igitur, uolum. 3. & latissime Aymo. in consil. 307. col. 2.

Non obstat modo: quòd statutũ loquens in plurali, non habeat locũ
7 in singulari, & sic extante filia, q̃a ad hoc respondet Bald. in l. j. colum. 2. de condi. infer. & Corset. ubi supra, quòd licet id uerum sit de ꝓprio significatu, aũt est falsum de ratione naturali, quæ magis attendit̃, quam pluralis oratio, quoniam etsi uera & recta natura pluralis numeri non sit contenta vnico indiuiduo l. fi. ff. ad Treb. & vnitas non sit nu-
8 merus, sed principium numeri, tamen secus est de ratione naturali. & ideo infert ibi Bal. ꝙ si statũ dicta
9 ret, quod stantibus masculis soror nõ succedat, ꝙ solus masculus excluderet sororem, quia ipsa naturalis ratio magis attenditur, quàm oratio pluralis, & quia pluralis numerus resoluit̃ in singularitates, idest

in clausulas separatas, & absq; modo coniunctionis. Quod & uoluit Barb.in c. Raynaldus, in vers. ulterius pondera unum, extra de testa. Alex. Ias.& alij, in d.l.gallus.§.ꝙ si is. Dec.in l.j.in uersic. ultimò nota C.de pact.Brun. in d. tracta. exclus. fœmin.in 12.arti.princi.q.13. &in materia lucri, de qua tractamus, idē voluit Paul.de Cast.in consil.39.in prin.vol.2. Quę opinio confirmari potest ex iis, quæ late congerit Alcia.in d.l.non est sine liberis.

10 Secundò respondetur, quòd vbi est eadē ratio in uno quę est in pluribus, quod dicitur de pluribus haber locum in uno, ita Paul.de Cast. in d.l.j.ff.de condit.inser. Socyn.in consil.43.col.2.& in consi. 278. colū.3.ver.confirmatur.Ias.in d.§. ꝙ

11 si is.Dec.in consi.362.col.fi. ubi inquit, quòd dispositio facta a testatore in plurali numero de pluribus filiabus, uerificatur in vna sola. alibi idem Dec.scribit in consil. 370. in princ.quòd dispositio testatoris facta in plurali numero in fauorem filiorum, etiam in uno verificatur, ꝑ tex.in l.pater seuerinam.§.ita fidei commisso.ff.de condi.& demonstr. quod & tenuit in consi.484.colū.j. & in consi.627.colū.2.Ripa in l.ex facto §.si quis rogatus, nu.51. ff.ad Trebel.Sed ratio quare excluditur maritus a lucro dotis extantibus filijs per statutum, & quę est ut dos potius sit apud filios, quàm penes maritum, ita militat in uno vel una sola, sicut in pluribus. Ergo &c.

Secundò non obstat quòd in statutis masculinum non concipiat fœmininum, nisi ex quadam interpretatione extēsiua, quæ in statutis lo-

12 cum non habet, quia respondetur, ꝙ ex quo sumus in materia indifferenti, quæ ita conuenit fœminis sicut masculis, masculinum concipit etiam fœmininum, ut per Bart.in l. j.in fin.principij.ff.de pecu. & Bal.

13 in l.quicunque C.de ser.fugiti.ubi dicunt, quòd si statutum disponat, quòd nullus vadat de nocte, sub tali pœna comprehendetur etiam & femina.facit etiam quod vult idem Bald.in l.in multis, de statu homin. ubi si statuto caueatur, quòd nullus

14 audiatur uolēs opponere exceptionem, quòd pactum sit nudum, comprehendetur & fœmina: cum statutū loquatur in materia: quæ est par maribus, & fœminis, & in qua est eadem ratio.& Bal.sequitur Alexā.in consil.125.col.pen. uol. 7. Accedit quoque, quod notat D.meus Ruin. in consi.22.col.5. uolu. 3. vbi post

15 Bald.in l.seruus C.commu. de leg. dicit quòd masculinum concipit fœmininum, in ijs quæ possunt adaptari fœminæ, per l.j.§.ad filias ff. ad l. iul.maiesta.& per notata per Iaco. Butrig. in l.si quis in tantam C.unde ui, & subdit quòd masculinū dicitur congrue adaptari ad fœminā: quando in illa militat eadem ratio: quia tunc fœmina dicitur persona similis alteri personæ expressæ ī sta-

16 tuto, sicut dicimus quòd duo pluresue casus, dicuntur similes, quando in omnibus habet locum eadem ratio: secundum Bal.in l.illud C. de sacrosanc.eccle. Sed ita est, quòd in statuto de lucro dotis ideo facta est mentio de filijs, quia prudens consilium statuētium fuit, uelle eos preferre marito, argu. l.lucius in fi. de hæred.insti. Quæ ratio cum par sit, ita fœminæ sicut masculo, nimirū si excludatur maritus a lucro dotis extante filia.& ita in terminis nostræ quæstionis decidit Ful.in consi.63.col.3.& in d.consi.203.col.fi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens ꝙ uxore præmoriente*

riente sine filijs ex se natis maritus lucretur dotem, locum non habet uxore etiam decedēte cum nepote ex filio. Sed in contrarium est communis ut nu. 6. & 7.

2 Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, quando lex facit mentionē de filijs, cum aliqua qualitate, quæ nepotibus non conueniat, & nu. 24.

3 Conditio si hæres decesserit sine filijs ex suo corpore natis, non deficit extantibus nepotibus ex filio. Sed contra. num. 15. 16. 18. 20. 25. & 26. Vbi communis est in contrarium.

4 Dictio, ex, denotat causam immediatam, quod declara ut nume. 27. 28. & 29.

5 Inuestitus pro se, & filijs ex se natis, nō uidetur inuestitus pro nepotibus.

8 Dispositio iuris communis ubi ad aliquem actum duos casus parificat, tunc dispositio constitutionis superueniens in uno casu, trahitur ad alium sibi parificatum.

9 Quod amplia: etiam si larga significatione uocabuli, casus ille à iure cōmuni æquiparatus, & in statuto nō expressus, sub expresso comprehendatur.

10 Beneficium concessum filio, regulariter transit ad nepotes.

11 Filij, ubi in dispositione hominis, uel statuti sunt appositi in conditione, appellatione filiorum ueniunt nepotes ex filio.

12 Statutum disponens q; extantibus masculis fœminę non succedat locum habet quando extat nepos ex masculo.

13 Dispositio auten. præterea C. unde uir & uxor, quæ loquitur de conseruanda proprietate liberis eiusdem matrimonij, & si correctoria sit, locum etiam habet in nepotibus ex filio.

14 Materia correctoria, quatenus nos reducit ad antiquam dispositionem, dicitur fauorabilis, & per consequens late interpretanda.

17 Dispositio faciens mentionem de filijs ex se natis, comprehendit & nepotes ex filio, quando in persona filij non fuit sortita effectum.

19 Filius dicitur pertio paterni corporis. & nu. 21.

22 Pater prabet formam in creatione filij, & mater materiam.

23 Feudum si recepit pater pro se & filijs masculis, & fœminis ex suo corpore descendentibus, uenit & filius fœminæ.

Quæstio LVI.

1 REFRICATVR in dubium. An statutum disponens q; uxore præmoriente sine filijs ex se natis maritus lucretur partem dotis, habet locum ea decedente sine filijs, sed
2 cum nepote ex filio. Et primo uidetur dicendum q; non, quia ubi lex facit mentionem de filijs cum aliqua qualitate, quę non conuenit nepotibus, tunc appellatione filiorum non ueniunt nepotes, ita Bar. in l. liberorum, col. 3. uersi. item p̄dicta uera, & col. 4. in fi. uersic. ueritas autem ff. de uerb. signi. per tex. in l. fi. C. de natur. lib. quem sequuntur Dec. in consi. 353. col. fi. & Do. meus Ruin. in consi. 13. col. 2. in fi. uol. j. Sed in statuto huiusmodi uerbum, filijs profertur cum illo adiuncto ex se natis: quæ uerba non conueniunt nepotibus ex filia, qui non dicuntur nati ex uiro & uxore. Igitur, &c.

Secundò facit quod not. Ang. in l. j. C. de condi. inser. ubi illa condi-
3 tio, si hæres decesserit sine filijs ex suo corpore natis, non deficit existētibus nepotibus ex filio. Idem uo-
4 luit Corn. in consi. 199. col. 12. uol.

2.quia dictio ex, significat causam immediatam l.non dubium C.de legi.not.Bar.in l.j.§.ex incēdio ff.de incend.rui.naufra.Hoc tenuit & Saly.in auten.sed & si quis,in fi.C.de secū.nup.& Gui.Pap.in q.353. Pro cuius confirmatione accedat quod not.Ang.in §.nec illo,in auten. de
5 trien.& semis.ubi inuestitus pro se, & filiis ex se natis,non uidetur inuestitus pro nepotibus.

Tertiò in terminis,de quibus tractamus,decidit Bar. in consil.132.
6 ubi clare dicit,ꝙ stante d.statuto,& nepte ex filia,maritus non excluditur a lucro dotis: quia non reperitur ꝙ neptis ex filia sit ex eis,ea ratione de qua supra: quia dictio,ex, denotat causam proximam,& decisionem Bart.refert Socyn.in consi. 51.col.j.uol.4.Ripa in l.ex facto,§. si quis ita ff.ad Treb.& Paris in cōs. 91.col.3.uol.3.

7 Quibus tamen non obstantibus, altera pars de iure uerior esse uidetur,ut in terminis decidit Roma.in
8 consi.129.motus tribus ex causis. Quarum quidē Prima est. Vbicūq; dispositio iuris communis ad aliquem actū duos casus parificat,tūc
9 dispositio cōstitutionis superueniēs loquēs in uno casu, trahitur ad aliū sibi parificatū,etiam si ex larga uocabuli significatione casus ille a iure communi ęquiparatus & in statuto non expressus,sub expresso cōprӕhendatur per tex.in c.ad audientiam,& in c.cum dilectus, de cleri. non residen.Sed dispositio iuris cōmunis,ad excludendum maritum a successione dotis,ӕquiparat filiū ex uxore,aut nepotem uxoris, ex lata significatione.Ergo, &c.

Secunda est,ubi in ijs,quӕ ex lata,& in ijs quӕ ex propria significatione sub eodem uocabulo comprӕhendūtur omnino est eadem ratio, tunc dispositio, etiam correctoria (dūtamen non sit pœnalis districta) ad latam significatione extenditur, ut de primo habemus gl.notabiles in clem.j.de elect.in auten.minoris debitor C.qui tut.dar.pos.& in aut. ut ijs qui obliga.§.sed & si quis.De secundo est glo.singularis in clem. ut ij qui de ӕta.& quali.Sed eadem ratio in nepote ex filia est,ut maritū a lucro dotis auię excludat, quӕ est in filia: cum nepos ipse decedēte filia locū ipsius filiӕ (quo ad successionem auiӕ) teneat: Igitur cōstitutio uolens filium aut filiam extantes a lucro dotis maritum excludere,saltē ex lata significatione uocabuli,licet non ex propria, ad nepotem ex filiam superexistētem trahenda est.

Tertia. Nam certum est,quòd ex dicta statuti dispositione a lucro ipsius dotis excluditur contemplatione superexistentium filiorum: ergo ipsis filijs,quorum contemplatione
10 excluditur, dotis attribuitur successio.l.2.§.si duo emancipati.ff.de colla.bono.Sed beneficium concessum filio regulariter transit ad nepotes l.milites l.diuo marco C.de quӕst.Igitur sequitur,quòd beneficium a statuto filijs concessum, ut ab eis maritus a lucro dotis excludatur,ad nepotes etiam extendatur cum ipsa dispositio legis municipalis excludens maritum a lucro dotis sit fauorabilis.prout in simili uidemus,ꝙ stante statuto,ꝙ extante filio,fœminӕ non succedant, etiam nepos ex filio fœminas excludit. quoniam ex ea parte, qua statutum filios ēcludit,est fauorabile. & ideo extendēdum ad nepotes, saltem ex larga uocabuli significatione.

Secundò, principaliter idem tenuit Dominus meus Ruin. in cōsi.
11 63.col.2.uolu.3.motus hac ratione.

ne. Nam quoties in diſpoſitione hominis, uel ſtatuti, filij ſunt appoſiti in conditione, ueniunt appellatione filiorũ nepotes ex filia præmortua, ut per Bart. in d. l. liberorũ, col. 4. de uerb. ſignifi. dum uult, ꝙ ſtatu
12 tum diſponens ꝙ fœminæ non ſuccedant extantibus filijs, locum habeat etiam quando extat nepos ex filio præmortuo: præſertim ea ratione, quia ſubrogatur loco filij. §. cum filius, Inſti. de hæredi. quæ ab inteſta. & ſubrogatum ſapere debet naturam eius, in cuius locum ſubrogatur l. ſi eum. § qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. Vnde habet locũ extenſio paſſiua, quæ reſultat ex regula iuris antiqui l. j. §. lex falcidiam ff. ad l. falcid. & cum Bar. tranſeunt communiter Doct. in l. 2. C. de ĩ ius uocan. Si ergo ratione præmiſſa fit extẽſio ad nepotes ex filio præmortuo, ad correctionem iuris communis: ut per Bart. in d. l. liberorum: quãto magis fieri debet, ubi ea mediante ius commune non corrigitẽ, ſed conſeruatur, ut eſt in caſu hui⁹ quæſtionis, quoniam quod maritus excludatur a lucro dotis, extantib⁹ filijs uel nepotibus ex filio præmortuo, non eſt contra ius, ſed ſecundũ ius commune.

Pro cuius confirmatione faciũt ſcripta ꝑ Cur. iun. in aut. præterea,
13 col. 9. uerſi. prima dubitatio eſt C. unde uir & uxor. ubi dicit, ꝙ licet diſpoſitio illius autẽ. quæ loquitur de conſeruanda proprietate liberis eiuſdẽ matrimonij ſit correctoria:
14 tamen habet locum in nepotibus, per illam ſingularem concluſionẽ, quæ habet ꝙ mareria correctoria, quatenus nos reducit ad antiquam diſpoſitionem, dicitur fauorabilis, & per conſequens late interpretanda, iux. glo. in c. ſtatutum, in uerbo numerandum, de præben. in 6. quã commendant Alex. in l. ſi conſtãte, in prin. col. 5. ff. ſol. matr. & Moder. in l. ſi unus. § pactus ff. de pact. Pro quo accedat quod dixit Socy. Iun.
15 in conſi. 19. col. j. uol. j. ubi etiam uoluit, quòd diſpoſitio ſtatutaria loquens de filijs, in ijs quæ ſunt ipſis filijs, fauorabilia, procedunt etiam in nepotibus, dato etiam ꝙ eſſemus in materia odioſa, dummodo redũdaret in fauorem filiorum. Ergo cũ ſimus in materia fauorabili, & per quam conſeruatur diſpoſitio iuris communis, dicendum eſt, ut appellatione filiorum ueniãt & nepotes ex filio ad excluſionem mariti.

Nec habet obſtare ſi diceretur, ꝙ Bart. & alij ſupra citati nõ loquũtur in caſu in quo mentio habeatur
16 de filijs ex ſe natis: quia reſpondetur ꝙ idem dicendũ eſt quando mẽtio habita eſſet de filijs ex ſe natis, per tex. in d. l. lucius ff. de hæred. inſtit. ubi conditio fuit adiecta fratri, ſi filium aut filiam ex ſe natum non habebit, quæ uerificatur in ulterioribus liberis. & ibi dicunt Ang. & Imo quos ſequitur Corn. in conſi. 97. col. 5. in j. uolu. & in conſi. 207. col. 7. uol. 2. ꝙ licet ubi teſtator facit mentionẽ de filijs ex ſe natis uideatur loqui de filijs immediatis: tamen dicta uerba porriguntur ad ulteriores liberos. Hoc idem uoluit Bar. in d. l. liberorum, in pen. col. in fi. de uerb. ſigni. quem ſequitur D. meus Ruin. in conſi. 35. col. 3. uerſi. tertio idem probatur, uol. i. & in dicto conſi. 63. col. 2. in fin. ubi cõclu-
17 dit ꝙ ſi in aliqua diſpoſitione ſit facta mentio de filijs ex ſe natis, ꝙ ueniunt nepotes ex filio præmortuo, quando in perſona filij non fuit ſortita effectũ ipſa diſpoſitio: Cui ſententiæ aſſentit Bal. in d. l. j. uerſi. quæro quid ſi dicatur C. de conditio. in
18 ſer. dicens, ꝙ ſi teſtator in ſuo te-

ſtamento dixerit ſi hæres deceſſerit fine filiis ex ſuo corpore natis,ſub iſtis uerbis compræhenditur nepos & neptis ex filia,non obſtante ꝙ dictio,ex,ſignificat cauſam immediatam: quia in nepote eſt ſanguinis continuatio.Vnde immediate dicitur quicquid per rerũ naturam eſt unum & idem l.cum acutiſſimi C. de fideicom.& Bald. ibi adhæreut Corn.ac Paul.de Caſt.col.2.ubi dicit hoc procedere,quia auus ipſum dicitur ſuſcipere ex filia.Nam mallens uel inſtrumentum licet faciat domum,nihilominus & faber, ut ꝑ Bar.in l.per procuratorum ff.de acquir.poſſeſſio.Idem dixit Bal.in cõſi.13.in 3.uol.ubi conditio adiecta fratri, ſi deceſſerit fine filijs ex ſuo corpore natis,habet locum in filio filię. quia cum filia ſit nata ex ſuo
19 corpore,per conſequens etiã filius filiæ pars ſui corporis eſt.Hãc quoque ſententiam amplectuntur Anchar.in c.canonum ſtatuta,col.25. uerſi.tertiò principaliter, de cõſti. Alex.in l.ex facto.§.fina.col.j.ff.ad Trebellia.Barb.in c.Raynutius,fol. 15.uerſi.expedita,de teſta. Alcia.in l.nõ eſt fine liberis ff.de uerb.ſign. Paris.in conſi.18.col.5.uol.2.Cur. iun.in d.auten. prętereà, col.3.C. unde uir.& uxor.& Ripa in d.l.ex facto.§ ſi quis ita,col.2.ad Trebel. ubi atteſtatur hanc eſſe magis com
20 munem opinionem D.meus Ruin. in conſi.35.col.7.uerſi.non obſtat, uol.j.& in conſi. 115.col.6.& 7.uolu.3.ubi inquit ꝙ appellatione filiorum ex ſuo corpore natorũ,ueniũt
21 tam nepotes ex filio,quam ex filia. quia ut declarat Paul.de Caſt.in cõſi.161.filius dicitur portio paterni corporis,quæ trãsfuſa eſt in ꝓcreatione filij,ut dicit text.in l.cum ſimus.ante fi.C.de agrico.& cẽſi.lib. 11.& quę portio licet conuerſa ſit in nouum hominem.propter nouã & diuerſam animam: tamen negari non poteſt,quia remanſerit uera caro & corpus patris. qui (ut dicunt
22 naturales) præbet formam in creatione filii,& mater materiã.Et forma eſt quæ dat eſſe rei & ſubſtantiã l.labeo.§.inſulam,in fi.ff.de acquir. rer.domi.Licet ergo ſecũdum Pau. de Caſt.reſiduũ corporis,qđ apud patrem tanquam radicem remãſit, extinctum ſit: hęc tamen portiuncula, quæ in procreatione filij fuit transfuſa nõ eſt extincta,ſed aucta, & augumenta noua anima & nouo ſpiritu infuſis,adhuc uiuit,& ideo per reſpectum ad ſolum corpus poteſt dici corpꝰ & caro filij,uere corpus & caro patris.licet propter nouam animam & nouum ſpiritum dicat nouus homo uere, ſed ficte idẽ ſicut ſi de radice uitis aliquis ramũ propagaret deinde ſiccaretur uetus radix, non tamen ſiccaretur ramus propagatus, quia nouam emiſit radicem, quæ loco animæ habetur l. adeo.§.fi.l.qua ratione,in princ.ff. de acquir.rer.domi.& diceretur eadem uitis cum illa unde proceſſit, licet renouata & noua radice alita, per not.per gloſ.in l.obligationum fere.§.placet ff.de actio.& oblig.licet alio reſpectu ꝓpter nouam animam,ideſt nouam radicem ſeu alimentum,dicatur arbor noua l.ſed ſi ex meis.§.arbor ff.de acqui.rer.domi.& ideo ex iſtis rationibꝰ & alijs inquit,ꝙ nepos ex filio prædefuncto facit deficere conditionem adiectam alicui, ſi deceſſerit fine filiis ex ſe uel ex ſuo corpore deſcendentibus facit etiam quod nòt Bald.in
23 c.j.§.filia, in fin.de ſucceſſio.feud. ubi ſi pater recepit feudum pro ſe & maſculis & fœminis ex ſuo corpore deſcendentibus,uenit & filius filiæ. Et ibi Bald.ſequitur Afflic.& Alex.

Alex.in d.l.ex facto.§.fi.col.j.

Non obstant quę ex aduerso ꝓ parte contraria adducta fuerunt. Et in primis ꝙ appellatione filiorũ nõ ueniunt nepotes ex filio, quãdo fit mentio de filijs cum aliqua qualitate.quæ non cõueniat nepotibus, ꝓut esse uidetur quando fit mentio de filijs ex se natis: quia respondetur, quod licet dictum Bar.in d.l.li-
24 berorum, sit uerũ in terminis suis: tamen non facit ad propositum, q̃a illa qualitas, ex se natis, conuenit ẽt nepotibus, ut uoluerunt idem Bar. in d.l.liberorum, ac cęteri Docto. supra relati.

Similiter non obstant dicta Ang. in d.l.j.C.de cõdi.infer. & Corn.in
25 d.consi.199.ac Saly.in d.aut.sed & si quis: quoniam contra Ange.stat communis Doctorum sententia de qua supra.nec in dicto Corn.potest fieri fundamentum, cũ ipsemet cõtrarium teneat in d.l.j.C.de condi. infer.col.4.& in cõsi.97.col.5.uol. j.& 207.col.7.uol.2.& Saly.reprobatur per Alex.in d.l.ex facto.§.fi. in j.col.& Do.meum Rnin. in cõsi. 115.col.5 uol.3.& ut diximus cõis est in contrarium, a qua non est recedendum. Et ad Ang.in d.§.nec illo, respondetur ꝙ contrariũ tenuerunt Bald.& Afflic.in c.j.§.filia, de succ.feu.& Ale.in d.l ex facto.§ fi.

26 Tertiò nõ obstant dicta per Bar. in d.consi.132.quia contrarium tenuit ipse Bar.in d.l.liberorũ, ubi expresse uoluit, ꝙ appellatione filiorũ ex se natorum ueniunt nepotes, nec uis facienda est in dictione, ex ponderata per Bar.in d.consi.quæ secũ-
27 dum eum denotat causam proximã & non remotam, & sic nepotes: q̃a ad hoc patet responsio ex dictis per Ang.& Imol.in d.l.luci⁹, ubi dicũt, ꝙ licet ubi testator facit mentionẽ de filijs ex se natis, uideatur loqui de filijs immediatis propter illã dictionem, ex, quæ significat causam proximam: tamen dicta uerba porriguntur seu extendũtur ad ulteriores liberos: & sic uerificatur etiam dictio.ex, in causa remota, & hoc ꝓpter suadentem naturalem rationẽ, quæ inuitat ad hęreditatem descendentes, quæ ratio militat in casu huius nostrę quæstionis.

28 Item respõdetur ꝑ Bal.& Corn. in d.l.j.C.de cond.infer. ꝙ imò dictio, ex, in hoc statuto denotat causam proximam, quia in nepote est sanguinis continuatio. Vnde immediate dicitur, quicquid per rerũ naturam cõtinuatiue est unum & idẽ quod & uoluit Paul.de Castr. in d. consi.161.quod & comprobatur ex nota.per Socy.in cõsi.51.col.j.uol. 4.ubi uult ꝙ si testatrix.dixerit, ꝙ uolebat eius bona peruenire ad descendẽtes ex Ciono, & Ciedo quòd ueniunt nõ solum descendentis immediati ex eis, sed etiam & alij.

Tertiò respondetur quòd idem Bar.in d.consi.132.in fi.etiam uult quod nepos ex filio excludat maritum: dum dicit, forte aliud dici posset in nepote ex filio, quãuis in nepte ex filia hoc nõ sentiat, licet ei⁹ opinio in dicto nepote ex filia ab alijs Doc.de quibus supra, recepta non comperiatur. Et ideo imponendo finẽ huic nostræ quæstioni, prædictam opinionem tanquam fulcitã melioribus rationib⁹ teneas, ꝙ imò maritus per existentiam nepotum ex filio, excludatur a lucro dotis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet in dote tradita uiro, & subiecta fideicommisso & nu.5.Sed contra nu.7.13.& 14.*

2 *Substitutio facta filiæ in dote vltra legiti-*

legitimam, ualet.

3 *Substitutio expressa est potentior q̃ tacitum lucrum proueniens ex statuto tanquam ex tacito pacto, sed contra nu. 15.*

4 *Res datæ in dotem transeunt cum onere suo & nu. 18. ubi declaratur.*

6 *Dispositio testatoris non debet regulari secundum dispositionem statuti, ubi uerba sunt clara.*

7 *Substitutio facta per patrem filiæ de dote restituenda, debet intelligi de eo quod restitui potest de iure uel de facto.*

8 *Statutum trahitur ad legatum ex interpretatione passiua.*

9 *Accessorium censetur inesse principali & nu. 19.*

10 *Testator præsumitur uelle ꝙ leges & consuetudines habeant locum in sua dispositione.*

11 *Pactum factum de dote lucranda locum habet in bonis subiectis fideicommisso, & si legitima & Trebellianica non sufficiunt mulieri ad dotis constitutionem, attenta qualitate eius personę.*

12 *Viduitas spernitur à iure.*

16 *Substitutio expressa facta in dote debet regulari secundum naturam dotium, & subiectam materiam.*

17 *Dispositio generalis debet intelligi secundum naturam rei de qua loquitur dispositio.*

20 *Verba, libere uel pleno iure, idem importan t, quod sine aliqua diminutione.*

Quæstio LVII.

1 Pater reliquit dotem filiæ, & ei substituit. Quæritur an maritus, cui ipsa dos data fuit, stante statuto de lucro dotis, excludat substitutũ. Videtur Primò dicendum ꝙ non,

2 præmittendo prius unum, uidelicet quòd ubi pater expresse substituit filię in dote, ualet substitutio ultra legitimã, ut per Bar. post Dy. in l. fi. §. filiæ ff. de leg. 2. & Ias. in cõsi. 44. col. j. uol. j. modo sic, substitutio ex-

3 pressa potentior est quam tacitum lucrum, quod prouenit ex statuto, uti ex tacito pacto, quia expressum restringit tacitum l. ex facto. §. itẽ quæro. ff. de uul. & pupil. ergo ipsa substitutio expressa operabitur, ꝙ lucrum dotis nõ debebitur marito nisi in quantum ascendit legitima, per notata in d. § filiæ.

Secundò facit. Nam statutum, de quo quærimus, debet intelligi de illis bonis, quæ simpliciter potuissẽt dari in dotem, & nõ de subiectis restitutioni fideicommissi facti sub cõditione l. fi. C. commu de lega. Vnde si ea data fuerunt in dotẽ transiuerunt ad maritum cum sua causa: & ideo resoluto iure datoris, & sic uxoris per mortem eius, resoluetur & ius acceptoris l. ex uectigali ff. de pigno. l. peto §. prædium. de lega. 2.

4 c. nuper, de donat. inter uir. & uxo. ubi res datæ in dotem, uel in donationem propter nuptias, transeunt cũ onere suo, ita dixit Pau. de Cast. in consi. 59. in fi. uol. j. & in cõsi. 43. col. l. fin. uol. 2.

5 Tertiò accedit autoritas Alex. in consi. 176. col. 2. uolu. 7. ubi expresse dicit, quòd stante statuto de lucranda dote pro dimidia, si reperiatur quòd mulier habuerit dotem ĩ qua ei datus fuerit substitutus post mortem ipsius, quòd eueniente casu conditionis, maritus excluditur a dicta dimidia de qua in statuto de lucro dotis.

Nec habet obstari secundum eũ, si dicatur, quòd dispositio testatoris debet regulari secundum dispositionem statuti, ut per Bar. & alios in l hęredes mei. §. cũ ita ff. ad Trebel. &

bel.& sic quod testator relinquẽdo dictam rem in dotem & in auxiliũ maritandi videatur uoluisse quòd daretur in dotem secundum conditionem statuti.s.quòd ipsa prædecedente sine liberis maritus lucraretur dimidium dotis. Quia respõdet Ale.quòd quando uerba testatoris
6 sunt clara, tunc ipsa uerba non intelliguntur secundum dispositionẽ statuti.Nam in incertis & non certis est locus coniecturis l.cõtinuus. §.cum ita,de uerb.obli.& verba secundum eum sunt clara quando dicitur in legato,quòd dicta petia terræ in dotem data post mortem legatariæ peruenire debeat ad suos hæredes.Quo casu,cum illa uerba, dicta petia terræ,importent totum,ut per gl.& Bar.in l.si in rem ff.de rei uendic.non possumus dicere quòd potuerit marito per legatariũ dari dos cum præiudicio fideicommissi appositi in testamento ad fauorem filiorum & hæredum testatoris, quia statutum loquens de dote lucranda intelligitur de necessitate , quando dos est data marito simpliciter à persona,quæ poterat disponere pleno iure de re data in dotem,alias sequeretur quòd si mulier dedisset dotẽ in aliena re,quod maritus uxore præmoriente lucraretur dimidiam rei alienæ,quod stare non potest, quia id,quod nostrum est, sine facto nostro nobis auferri non potest,est uerum quòd ille qui talem dotem dedisset tanquam de re sua teneretur marito de euictione si dolus tradentis intercessit , ut habetur in l. j.de iure dot.

7 Quibus non obstan.sñia contraria est de iure uerior.Et pro quo primo facit.Nam substitutio facta per patrem filiæ in dote de restituendo debet intelligi de eo, quod restitui potest de iure & de facto l. mulier. §.si hæres ff.ad Trebel. Sed de iure non potest restitui portio quam uir debet lucrari de publico,quod quidem in hoc derogat utilitati priuatæ,ut dicit tex.in auten.res quę, in fi.C.commun.delega.& in corpore unde sumitur,in fin.vbi exprimitur de lucro dotis.Ergo &c.

8 Secundò,quia, ex quo pater legauit in causam dotis , debet trahere in tali legato statutum de lucro dotis:quia statutum trahitur ad legatum interpretatione passiua l.j. §. lex falcidia.ff.ad l.fal.

Tertiò probatur. Nam testator, ex quo permisit quòd res tradatur in dotem,censetur etiam permisisse accessorium, s.lucrum dotis , quod
9 intelligitur inesse principali l.ex diuerso ff.de rei vendicat.& sic quòd possent constituti dotes secundum naturam ipsarum dotium . & ut lucrum earum facere posset maritus secundũ statuta de dotibus loquentia,argumẽ.l.si stipulatus §. uerum ff.de usuris.

Quartò accedit.Nam ex quo lex disposuit de dotis lucro,& pater de dote,quę est quodam vniuersale,intelligitur pariter de lucro,quod est onus dotis,disposuisse,cum in vniuersalibus semper contineantur onera l.2.ff.de hær.uel act.uend .

10 Quinto,testator præsumitur uelle quòd leges & consuetudines habeant locum in sua dispositione l. quæritur §.si venditor.ff.de edil.edict.l.item quia ff.de pact.Cum igitur pater consenserit ut lucrum dotis locum habeat uirtute statuti ita disponentis, merito id non uenit restituendum tam legis dispositione, quàm patris uoluntate & intentione restitutioni fideicommissi aduersantibus.ita per hæc quinque argumenta consuluit Bal.in consi.79.colum.2.uol.j.

11 Se-

11 Sextò pro ista opinione facit. Nā nos uidemus, quòd quando mulier præter uoluntate testatoris constituit sibi dotes de bonis fideicōmisso subiectis, si apponit pactū de dote lucranda ualet pactum, si legitima & Trebelliani a non sufficiant ad dotis constitutionē attenta qualitate eius personæ, ut est tex. in auten. de resti. & ea quæ par. in §. quāobrem. Si ergo ex pacto præiudicatur fideicommissario, & maritus lucratur dotem in dictis bonis subiectis restitutioni, ut etiam voluerūt Paul. de Cast. Bald. & Cur. iun. in d. auten. res, quę ac Bald. in consi. 356 uolu. 2. & in consil. 75. uolu. 4. in fi. & in consil. 101. in fin. & 469. eod. volu. Cuma. in consi. 56. in princip. & Paul. de Cast. in l. si mulier. §. cū proponeretur, col. 2. ff. ad Trebell. multò fortius lucrum dotis consequi debet maritus ex ui legis municipalis: cum dos marito data fuerit ex uoluntate testatoris, qui censetur voluisse quod restitutio fieret fideicommissario, ubi diminutio fideicommissi non fieret ex alia causa, ut uult Bald. in d. consi. 79. colū. 2. ubi proprie dicit, quòd iura quæ dicunt de fideicommisso, loquūtur in alio casu, uidelicet quando ius fideicommissi non diminuitur ex alia causa.

Septimò corroboratur hæc opinio. Nam si uera esset hæc opinio, ꝙ maritus uigore dictæ substitutionis non posset lucrari dotem ei delatā a statuto, sequeretur quòd pater uellet inducere uiduitatem filiæ, quæ
12 non esset inuentura maritum sine spe dicti lucri, quæ uiduitas quantū a lege spernatur demonstrat tex. in l. 2. C. de indict. uiduita. tollen. Igit, ut reiiciat hęc qualitas viduitatis, ꝗ posset oriri ex tali substitutione, sequitur quòd iure merito dicendū uenit maritum etiam de dicta dote debere lucrari, quantum sibi tribuitur ex beneficio legis municipalis, & isto argumento utitur Bal. (licet non ita late) in consi. 327. uol. 4. ubi
13 dicit hoc esse æquū. & ampliat hoc procedere vbi etiam talia bona uigore fideicommissi deberent restitui piis locis.

14 Vltimò vltra Bal. ita tenuit Cāp. in tract. dot. in 5. part. q. 18. vbi concludit quòd si legitima filię sufficiebat ad dotem, & uxor dederit marito alia bona de subiectis fideicommisso, quòd per mortem uxoris illa bona quæ excedebant legitimā, ueniunt restituenda fideicommissario nec maritus de ipsis bonis poterit aliquid lucrari. & sic uult quòd si legitima non sufficiebat ad dotem, ꝙ valeret talis datio, & quòd maritus lucratur de ipsis bonis. Vltimò hāc partem latissime defendit Aymo. in consil. 186.

15 Non obstat adducta in contrariū. Et in primis, quòd potetior sit substitutio expressa, quàm lucrum tacitum prouenīens ex statuto, quia respondetur, ꝙ argumentum istud in iure non subsistit. Quod demonstratur per tex. in l. fin. iuncta autē. res quæ. C. commu. de leg. ubi facta erat expressa substitutio, propter ꝗ res subiectæ restitutioni non poterant alienari irreuocabiliter, & tū ꝑ auten. res quæ, iuncto corpore unde sumitur, si datur in dotem de bonis subiectis fideicommisso, cum pacto de lucrando præiudicatur substitutioni expressæ, & etiam in ea habet locū statuti dispositio de lucro dotis, ut per Bal. Paul. de Cast. & Cur. iun. in d. autē. res quę, & alios supra citatos. Igitur non militat argumētum dictæ substitutionis expressæ.

16 Secundò respondetur, quòd etsi testator fecerit substitutionem expres-

pressam, ꝙ ea regulari debet secundum naturam ipsarum dotium, & secundum subiectam materiam, ut lucrum earum facere maritus possit secundum statuta de dotibus lo-
17 quentia: quia dispositio generalis debet intelligi secundum naturam rei de qua loquitur dispositio.l.j.§.j. ff.de offic.procu.cęsar.& melius ad hoc facit consilium Old.243. factū tale est col.2.vbi uoluntas disponētis intelligitur secundum naturam rei,& sic talis esse intelligitur voluntas disponentis,qualis est natura rei.Sed per tale statutū data est certa lex & natura dotibus,ut dimidiam partem earum maritus superstes lucrifaciat: ergo secundum talem naturā dispositio testatoris debet intelligi.ita respondet Aym. in d.consi.186.col.3.in prin.

Ad secundum argumentum Pau. de Cast.in d.consil.59. uol.j.& 43. uol.2.respondetur,ꝙ contra eū stāt decisiones supra citatę.

Vel, & secundo respondetur, ꝙ fundamentum eius caret veritate, quia(ut supra dictum fuit) mulier quę est grauata restituere bona subiecta restitutioni potest de ipsis se dotare & in ipsis habet locū dispositio statuti de lucro dotis, ut voluerunt Bald.& alij supra citati, & tamen constat clare, ꝙ de illis bonis non poterat simpliciter facere dationem dotis;cum essent subiecta fideicommisso.Iure igitur merito uenit dicēdum,quòd in dicto Paul.nō
18 possit fieri fundamentum, nec tex. in c.nuper de dona.inter uir.& ux. vbi dos & donatio propter nuptias debet transire cum onere suo, pōt locum habere in terminis quæstionis de qua quærimus, cum sit diuersa ratio inter unum casum & aliū, ut patet,quia in casu.c.nuper. usufructuarius non potest plus iuris in alium transferre sine consensu proprietarij,quàm quod habet: nimirum si mortuo vsufructuario quod datum fuit mulieri reuertitur ad ꝓprietarium. Sed in casu nostro, ex quò,qui fecit substitutionē, est dominus,& de bonis suis potest disponere permittendo,quòd res, in qua facta est substitutio,tradatur in dotem, in consequentiam censetur ēt uoluisse quòd accessorium;& sic lucrum dotis competēs marito ex beneficio statuti,ei debeatur ea præmoriente sine liberis,argu.l.ex diuerso,de rei uendi. vbi accessorium censetur inesse principali.

19 Non obstat ꝙ Alex. teneat contrarium in cōsi.176.vol.7. quia etsi hoc ibi teneat,tamen habet multos ei aduersantes,ut ex s̄.citatis autoritatibus satis demonstratur.

Secundò respondetur ꝙ Ale. loquitur in casu, in quo testator uoluit,quòd bona restituerentur libere & pleno iure, quæ equidem uer-
20 ba magni momenti sunt, quia important idem quod sine aliqua diminutione,ut in auten.hoc usus, & ibi Bald.C.de sacrosanc.eccles.& ita respondet Aymo. in citato consilio 186.col.fin.

Pariter non obstat ꝙ subdit Ale. in d. consil. ꝙ dispositio testatoris non debet intelligi secundum leges & consuetudines locorum cum uerba sint clara,quia respondetur, ꝙ si Ale.hoc vult intelligere in casu suo ubi erant ista uerba, quòd dicta petia terræ libere, expedite, & pleno iure peruenire debeat ad filios, & hæredes ipsius testatoris,potest ꝓcedere eius sententia propter enixam uoluntatem ipsius disponentis q̄ resultat ex dictis uerbis prægnantibus,& geminatis,iux. l. balista ff. ad Trebel.& notata per Bar.in l.cū simus.C.de agri.& censi.lib.10.Secus

cus autem ubi simpliciter dictũ esset, quòd dicta petia terrę peruenire debeat &c. tũc male loqueretur, quia cum verba non sint clara, imò dubia, milita, dispositio iuris, quòd testator censetur voluisse in sua dispositione, quod leges & consuetudines disponant. ut in specie in casu quęstionis, de qua tractamus, considerant Bald. in d. consi. 79. col. 2. & Aymo. in allegato consi. 186. col. 4. & sic firmata remanet conclusio, ꝙ statutum de lucro dotis locum habeat in bonis subiectis fideicommisso, quod tamen intelligas locum habere, & procedere, ut in q. seq.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de dimidia dote lucranda locum non habet in bonis subiectis restitutioni fideicommissi, si mulier habebat alia bona: in quibus poterat se dotare.*

2 *Dolus mulieris dantis in dotem marito bona subiecta fideicommisso operatur, ꝙ uir ratione dotis euictæ poterit agere de euictione super reliquis bonis uxoris, & in eis cõsequi lucrum sibi à lege municipali concessum.*

Quæstio LVIII.

1 Qvid autem si mulier habebat alia bona libera, in quibus poterat se dotare, an de bonis subiectis fideicommisso datis in dotem, poterit consequi lucrum dotis? Bal. in consi. 469. vol. 4. format hanc quæstionẽ, & decidit quòd nõ, quia illa quæ habet aliunde vnde se dotet: non põt dotis causa fideicommissum euertere uel minuere, per tex. in autẽ. res quæ C. commu. delega. & in corpore unde sumitur, & Bald. sequitur Aymo. in consi. 19. col. fin. sed meli⁹ in consi. 186. in fi. vbi inquit hoc esse notabile dictũ. Idem voluit Pau. de Cast. in consil. 77. in 8. dubio, uo lu. 2. Socy. in consi. 23. col. j. cum sequen. vol. 3. Cur. iun. in consi. 154. in fi. Et si dicatur quomodo erit cõsultum viro respectu lucri dotis, re-
2 spondet Bald. vbi supra, quod vir ratione dotis euictæ poterit agere de euictione super reliquis bonis mulieris, & hoc modo ei poterit satisfieri pro dicta dimidia lucri dotis. Quod & placuit Aymo. in loco supra citato, necnon & Alexã. de quo ipse mentionem non facit in consi. 176. col. pen. uol. 7. quando intercessit dolus tradentis dotem, qui dicit adesse quando grauata restituere q̃ habebat alia bona uoluit dare ĩ dotem res subiectas restitutioni, & sic fraudare maritum lucro dotis euenie̾nte mortis ipsius uxoris, ut uoluit Cyn. Bald. & Saly. in l. j. C. de iure do. quod voluit Cor. in cõsi. 140 col. 2. vol. 2. quem refert & sequitur Aymo. in consi. 193. col. 2. in princ. in ver. & quòd ex tali.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet etiam si mulier sit condemnata, & eius bona publicata fisco propter unum ex quinque delictis de quibus in l. quinque legibus. ff. de bon. dãn.*

2 *Retentione lucri dotis traditæ poterit uti maritus contra fiscum, si bona mulieris propter unum ex delictis de quibus in d. l quinque legibus fuerint publicata.*

3 *Actionem cui damus, multomagis exceptionem.*

4 *Bona uxoris & si fisco publicata fuerit propter unum ex casibus de quibus in d. l. quinque legibus, tamen maritus, cui dos promissa fuit cum pacto*

pacto dotis lucrandę poterit agere contra fiscum, & summatim cognito quòd sit creditor, consequi debet lucrum dotis.

5 *Maritus lucrum dotis ex pacto non consequitur in bonis dotalibus, si uxor ante matrimonium hæretica erat, secus si constante matrimonio incidit in hæresim.*

6 *Hæretico interdicta est facultas administrandi, & alienandi.*

7 *Argumentum de pacto affirmatiue ad statutum, est ualidum.*

8 *Lucrum ex forma statuti debitum, est magis necessarium q̃ ex pacto.*

Quæstio LIX.

1 QVAERO, An stante statuto de lucro dotis, si uxor damnata fuit ad mortem, & bona eius fuerint publicata propter unũ ex delictis de q.b⁹ in l.quinq; legibus ff.de bon.dana. uidelicet maiestatis, uis publicæ, parricidij, ueneficij, & de siccarijs, maritus possit petere a fisco qđ sibi debetur ex beneficio dicti statuti de lucro dotis. Quæstio hæc decisa cõperitur per Bart.in d.l.quinq; legibus, ubi tenet, ꝙ si initum fuit pa-
2 ctum inter uirum & uxorem de dote lucranda, & maritus eam consecutus fuerit, ꝙ poterit se tueri ex-
3 ceptione retentionis cõtra fiscum, quia cui damus actionẽ, multo magis exceptionem, ut per glo.ibi. Si autem non habuerit, poterit agere
4 contra fiscum, & summatim cognito ꝙ sit creditor, fiscus tenet ei soluere lucrum dotis l.ut res.§.res ff. de iure fisci. Sequendo Bar.idem uoluit Alber.de Rosa.in tract.statu.in 3.par.q.5.ubi præmissa quarta quæstione, An ex delicto uxoris dos publicetur: in quinta quęrit, quid si uxor fecit pactum cum marito de
5 dote lucranda, & matrimonio constante condemnetur de hęresi, nunquid dos publicetur, uel eam maritus lucretur ex pacto: Et dicit esse distiuguendum, aut uxor erat hæretica ante contractum matrimoniũ, & tunc pactum quod fecit cum ma-
6 rito non ualet, quia interdicta sibi erat facultas administrandi, & alienandi l.manichæos C.de hæret.l.ex iudiciorum ff.de accusatio. Aut nõ erat tunc hęretica, sed exinde facta constante matrimonio. & tunc sec⁹ quia delictum uxoris non habet nocere marito l.post contractum ff.de don.l.si quis posthac C.de bon. ꝑscripto. Cui sententiæ pariter assentit D.Io.Bapt.de Blasio in tract.de priuil.dot.in prin.priuil.93. Si ergo
7 stante pacto uir lucratur dotem, qñ facta fuit publicatio bonorum uxoris. Igitur & fortius debet lucrari si statuto ita caueatur, cum ualidum sit argumentum affirmatiue de pacto ad statutum l.non impossibile, ubi scriben.ff.de pact.& in materia ꝓpria statuti.de qua quærimus ita tenuit Ang.in tract. malefi.in uerbo, & eius bona publicamus, uer.an uxor damnata & Socy.in cõsi.121. col.4.uersi.secunda ratio, uol.4.ubi inquit, ꝙ sicut qñ publicatur dos ꝓpter delictũ uxoris in casibus de quibus in d.l.quinq; legibus, uir petere potest quod lucrari debet ex pacto uel ex statuto: Idem ẽt qñ cõfiscãtur bona mariti, uxor petere poterit lucrũ, quod sibi debetur in bonis mariti ex dispositione legis, & subdit ꝙ quamuis Bar.in d.l.quinq; legibus loquatur qñ lucrũ causatẽ ex pacto: tñ idem erit qñ causatur ex dispositione statuti, cũ de pacto ad statutũ (ut dictum fuit) ualidum sit argumentũ, eo maxime quia lucrũ
8 ex forma statuti debitũ, ẽ magis necessariũ q̃ ex pacto, ut patet ex ijs, quæ

quæ dicunt Iaco. de Are. Bar. & alii in l. si tum dotem. §. si pater ff. solu. mat. & hanc partē similiter amplectitur Auth. in c. decreuit. de hære. in 6. Cāp. in tract. de dote. q. 80. in 8. priui. dot. & Affl. in c. i. in uerbo con demnatorum, nu. 46. quæ sint rega.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ꝙ uxore decedente sine liberis maritus lucretur dotem, uendicat sibi locum, quando maritus, & uxor simul decedunt, quod amplia ut nu. 3.*

2 *Stipulatio de dote lucranda si mulier in matrimonio decesserit, locum habet si maritus & uxor simul perierint.*

4 *Maritus & uxor, si simul moriantur ad donationem ualidandam præsumitur præmortuus donator.*

5 *Pactum si est initum inter uirum & uxorem ꝙ ea decedente maritus lucretur dotem, si ambo intrant monasterium, maritus lucratur dotem. et nume. 8.*

6 *Statuto si caueatur, ꝙ uxore præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem, si ambo simul moriantur maritus excluditur à lucro dotis.*

7 *Præmori aliquem ubi requiritur, nō sufficit ꝙ simul moriātur, uel quod non appareat quis prius mortuus fuerit, imò debet apparere quis primo ab humanis decesserit.*

Quæstio LX.

1 STAT statutum ꝙ uxore decedente sine liberis maritus lucretur dimidiū dotis. Nunquid tale statutum uēdicet sibi locū, si maritus. & eius uxor simul decedāt, Bar. in l. q.

2 duos §. si maritus, de reb. dub. tenet quod sic, per illū tex. iuncta glo. ubi stipulatio de dote lucrāda, si mulier in matrimonio decesserit, locū habet si maritus & uxor simul perierint, si nō probatur ꝙ ea superstes fuerit uiro, & idē sequūtur ibi Pau. Ale. in addi. ad Bar. & Socy. Imò di-

3 xit ibi Pau. de Cast. hoc ēt locū habere si nullus ante alium emisisset spiritū, & hoc constaret. Hoc tenuit glo. in l. cum hic status. §. si ambo, in uerbo simul ff. de don. inter uir. & uxo. Probatur quoq; hæc opinio per tex. iuncta glo. in l. si possessor. in §. si eodem, in uerbo decesserint ff. de relig. & sumpt. fune. ubi si eodem momento tēporis uir & uxor decesserint, labeo ait in hęredem uiri proportione dotis dādā esse actionem funerariam: qm̄ id ipsum nomine dotis ad eum peruenit. glo. in uerbo, id ipsum, exponit, scilicet portio dotis, & subdit. Pone. n. talē pactionē fuisse ut maritus dotis dimidia lucraretur si uxor decesserit in matrimonio, & dubiū fuerit, An prius decessisset in matrimonio, an post. Respondet glo. ꝙ p̄sumit mulierem prius decessisse: Ideoq; sumptus funeris ad hęredem uiri pertinere & ista glo. ibi dixit notabilem Alber. de Rosa. Hanc quoq; sententiam tenuit Homod. in consi. 9. col. j. Bal. in l. ꝑ hęreditarijs, col. 3. uer. sed posset dubitari. C. de hæred. act. Idē dixit Bal. in d. l. si possessor, quē sequitur Crem. in sing. 52. ubi inquit, ꝙ si statuto caueatur, ꝙ mortua uxore in matrimonio marit[9] lucretur tertiam partem dotis, & ambo simul moriantur, uel ex naufragio, uel ex ruina domus, & nescitur q̄s anterior & posterior fuerit mortuus, ꝙ fauore ipsius lucri præsumitur mortua uxor, & sic habebit locum dispositio ipsius statuti. & ad hoc dicit se allegare optimum tex.

4 in d. l. cum his status. §. si ambo, de dona.

dona.inter uir.& uxor.ubi si maritus & uxor simul moriantur ad donationem ualidandam præsumitur pręmortuus donator, siue donatus fuerit maritus siue uxor.quod dicit notandum.Cui sententię pariter assentit,Luc.de Pen.in l.principes,in 44.casu.C.de princip. agen.in reb. lib.12.ubi dicit ꝙ uxor præsumitur prius in naufragio decessisse quam maritus,ubi agitur de dote restituẽda per dictum §.si maritus: Secus ubi agitur de donatione habita eos: Nam tunc pręsumitur prius decessisse donator l.si inter uirum ff.de reb.dub.Et eidem inhæret Anch. in consi.438.col.fi.& Marf.in Rub. C.de proba.nu.416.

Pro cuius cõfirmatione accedat quod notant Petr.Cy.in l.deo nobis,col.pen.& ibi Saly.in fin.C.de

5 episco.& cle.ubi dicũt ꝙ stante pacto inito inter uirum & uxorem ꝙ ea decedente maritus lucretur certam partem dotis: si ambo intrant monasteriũ maritus lucrabitur dotẽ,ꝑ tex.ĩ d.l.qui duos,de reb.dub.

6 Limita tamen istam opinionem procedere in terminis de quibus supra,uidelicet in statuto loquẽte de uxore decedente,secus si statutum loqueretur de uxore præmoriente: quia tunc si ambo moriantur, non dicitur maritus superuixisse.ita di-

7 xit Pau.de Cast.in d.l.qui duos.§.si maritus,per tex.in l.quod de pariter ff.de reb.dub.ubi quoties requiritur aliquem præmori,non sufficit quod simul moriantur,uel ꝙ nõ appareat quis prius mortuus fuerit, imò debet apparere quis primo ab humanis decesserit.Idem uult ipse Pau.de Cast.in l.si inter,col.2.ff.de reb.dub.dicẽs quòd si esset casus,in quo requireretur alterum superuixisse uel præmortuum fuisse,nõ sufficeret eos sic simul decessisse.Hoc etiam tenuit Homo.in d.cõs.9.quẽ sequuntur Pręposi.Alex.in c.fi.col. 4.de don.int.uir.& uxo.& Moder. in repe.rub.eo.titu.§.74.col.3.ubi mouentur hac ratione,quia cũ isto casu ex præmorte unius & superexistentia alterius occurrat,& purificari debeat conditio lucri,non potest dici unũ pręmortuũ alteri, ex quo simul decesserunt.Ideo non occurit nec purificatur cõditio lucri, ut est tex.qui secundum eos sic debet intelligi,in d.l.quod de pariter, cum l.seq.ff.de reb.dub.quia ex præmorte uxoris,& superexistentia uiri debet maritus lucrari dotem,ut dictat statutum,ergo,&c.Nam cum isti simul mortui sint,ista simultas impedit ordinem prioris & posterioris l. arethusa ff.de statu.homi.& per cõsequens conditio lucri non est purificata,& sic non debet habere locum statutum.Pro qua limitatione facit ẽt quod dixit Petr.Cy.& Saly.

8 in d.l.deo nobis,ubi uolunt ꝙ si factum fuerit pactum inter uirum & uxorem,ꝙ qui eorum superuixerit lucretur dotem,uel donationem ante nuptias,si ambo intrant monasteriũ neuter lucrabit: quia neuter alteri tunc dicitur superuiuere.Quod & uoluit Anch.sequendo Cy.ubi supra in consi.273.col.pen.in fi.& in consi.438.circa fi.Moder. in dicta repet.ubi supra,col.4.& Anan.in d. c.fi.de dona.inter uir.& uxo.

SUMMARIUM.

1 *Occidens vxorem excluditur à lucro dotis,secundum communem.*

2 *Mortis appellatione, intelligitur de naturali.*

3 *Legis natura licet sit dare formam futuris negotiis,tamen ut euitetur materia delinquendi, restringitur ad præterita.*

4 *Statutum permittens ꝙ filio spurio relinqui possit, secundum commune non ualet.*

5 *Negligentia inferiorum non deuoluit potestatem ad superiorem, quando illa negligentia dolose causata fuisset à superiore.*

6 *Beneficium sentiens ex delicto alterius, commodo illius priuatur, si dolose procurauit delictum committi.*

7 *Statuto si liceat impune occidere bannitum, procurans dolose bannum alterius ut illum occidere ualeat non gaudet priuilegio impunitatis.*

8 *Vassalli licet nō priuētur feudo quā do dimiserunt dominium in prælio propter eorum impotentiam, tamen secus quando eorum culpa causata fuisset ipsa impotentia.*

9 *Donatio inter uirum & uxorem etsi morte confirmetur, tamen ea non cōfirmabitur, si uxor à marito interfecta comprobetur.*

10 *Beneficium vacans, uel vacaturum cum morte uiolenta, licet ueniat in impetratione beneficij uacantis, uel vacaturi per mortem Titij, tamen secus, si impetrans fuit causa mortis quia impetratio non ualet.*

11 *Maritus occidens uxorem, secundum communem, perdit ius ei succedēdi*

12 *Succedere quis non potest ei, quem interfecit.*

13 *Pactum factum inter uirum & uxorem de dote lucranda, locum non habet, si vxor fuerit à marito occisa.*

14 *Premium ex maleficio suo quis non debet reportare.*

15 *Verba legis generalia, etiam in fauorabilibus debent referri ad benemerentes, non autem ad odiosos uel indignos.*

16 *Papa non præsumitur uelle prouidere indignis, quia odiosi non comprehenduntur in gratus.*

17 *Vxorem interficiens priuatur beneficio aliam accipiendi.*

18 *Pœna maior imponitur secundum canonem interficienti uxorem, quàm matrem.*

Quæstio LXI.

1 DVBIVM offertur. An statutum de lucro dotis locū habeat, si uxor a uiro interfecta cōperiatur, & breuiter agendo, teneas quod non. Primò, quia uerba huiusmodi statuti dotis sunt proprie intelligenda, ut late diximus supra in q.2. post Ang. & alios ibi citatos. Sed appellatione mortis proprie uenit naturalis
2 l. ex ea. § . insulam ff. de uerb. oblig. not. Alex. in l. insulam ff. solu. matr. & in consi. 2. col. j. uol. j. Cum ergo uerba statuti dicant. quod per mortem uxoris maritus lucretur dotē, debent intelligi de naturali, & non de uiolenta illata per maritum in personam uxoris: alias, idest si secus diceremus, statutum daret materiam delinquendi maritis: quia aliquando dedignati cum uxoribus, ut uoluntati, & iræ suæ satisfacerēt, & dotem lucrarentur, inducerētur ad occidendas uxores. & ideo fienda est necessario ista restrictio, iux. l. con-
3 uenire. ff. de pact. dotali. & ea quæ not. Bar. & Bal. in l. cum lex. ff. de legib. ubi licet de natura legis sit dare formam negocijs futuris: tamen ad futura non porrigitur, sed ad præterita restringitur lex, quando alias daretur delinquēdi occasio. & istud dictū fuit Odofre. & refert & sequitur Saly. in l. 2. C. de gene. abolitio. Accedat quod uolunt Ias. in l. 3. in prin. col. 2. in fi. ff. de iure iur. & D. meus Ruin. in consi. 179. col. fi. uol. j. & in cōsi. 202. col. j. uol. 2. & in cō
4 si. 138. col 5. uol. 5. ubi dicunt, ꝙ nō ualet statutum, secundum communem

nem opinionem,per quod permitti
tur,ꝙ filio ſpirito relinqui poſſit:
quia ſecundum Bal.in l.eam quam
C.de fideicom.& Imol. in l.3.ff.de
teſta.daretur materia delinquendi.

Secundo facit quod not. Abb.in
c.poſtulaſti,in ult.notab.de conceſ.
5 prębē.ubi per illum tex.dicit,ꝙ ex
negligentia inferiorum poteſtas nō
deuoluitur ad ſuperiorem, quando
ſuperior doloſe procurauit illā ne-
gligentiam: quia non debet dolus
ſibi prodeſſe,nec pro eo commodū
reportare.Et etiam inquit,ꝙ ſi pro
6 certo delicto per aliquem commiſ-
ſo eius bona debent ad certam per
ſonam peruenire,ſi illa perſona do-
loſe procurauit illius delictum,non
debet conſequi bona.Subdens quo
que,ꝙ ſi ex ſtatuto liceret impune
7 occidere bannitum,ꝙ doloſe procu
rans bannum alterius ut poſſit eum
occidere,non gaudet priuilegio im
punitatis.& cum Abb.tranſit Lan-
cel. Dec.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uir
ff.ſol.mat.ubi dicit hoc de facto ha
buiſſe in ciuitate Senarum.

Tertiò accedat quod uolu.j.Prę-
poſi.in c.2.col.2.de feu. ſine culp.
8 non amittē.ubi licet excuſetur ua-
ſalli ut nō priuentur beneficio feu-
di,ſi dimiſerunt dominum in pręlio
propter impotentiam: tamen non
excuſarentur ſi ex eorum culpa ꝓ-
uenit talis impotentia.

9 Quartò facit.Nam licet donatio
inter uirum & uxorem morte con-
firmetur l.j. & 3.l.ſi maritus la 2.l.
papinianus l.cū hic ſtatus,in princ.
ff.de dona.inter uir.& uxo. Tamen
ea nō confirmabitur morte,ſi uxor
a marito interfecta comprobetur:
quia non uidetur de hoc caſu cogi-
tatum inter eos. Hinc dixit Anan.
ſequendo hoc dictum Bald.in c.fin.
col.3.de homicid. cum quo tranſit
ibi Fely.& in c.in noſtra, correla-
rio.37.in fin.ꝙ ſi quis impetrat be
10 neficiū uacans uel uacaturū morte
Titij,licet ueniat beneficiū uacans
cū morte uioleta,ut per Doct.in c.
ſuſceptum,de reſcrip.in 6. tamen ſi
impetrās fuiſſet cauſa mortis Titij,
non ualeret impetratio.

Quintò dixit Bal.quem cummu
niter ſequuntur Scriben.in l.j.col.
11 lum.fi.uerſi.extra quęro C.unde
uir & uxor,ꝙ maritus occidēs uxo
rem perdit mero iure ius ei ſucce-
dendi.& Bal.etiam ſequitur Dec.in
conſi.525.col.j.Ratio eſt (ſecundū
Bal.) quia qui occidit uidet ſua cul
pa diuertiſſe,unde nihil lucratur l.
conſenſu.C.de repud. Idem uoluit
Bald.in conſi.26.in fi.uolu.3.

Sextò confirmatur iſta opinio ex
not.per Bart.in l.cum ratio.§.fi.ff.
12 de bon.damna.ubi quis non poteſt
ſuccedere ei,quem ipſe interfecit &
cū Bar.trāſit Dec.in citato cō.525.

Septimò, accedendo propius ad
terminos quæſtionis noſtræ,eam de
13 cidit tex.in d.§.ſi uir, ubi pactum
factum inter maritum & uxorē de
lucrando dotem non habet locū,ſi
uxor a marito fuerit interfecta: qa,
ut dicit tex. non eſt ęquum uirum
ob facinus ſuum dotem ſperare lu-
cri facere, quem dicit notandū ibi
Bar.in fi.ad ſtatutum de quo nunc
14 tractamus.& Bar.ibi ſequūtur om-
nes Scriben.quia inconueniens eſt,
ut quis præmiū ex maleficio ſuo re
portare habeat l.relegatorum,in fi.
15 ff.de interdict. Item, & quia uerba
legis generalia debēt referri ad me
rentes, non autem ad indignos uel
odioſos,etiam ſi eſſemus in mate-
ria fauorabili,& in ultimis uolunta
tibus,ut eſt tex.notabilis in l.luci⁹.
§.lucius titius ff.de lega.2.per quē
dixit Bal.in c.ſi. in j.col.de præſum.
quem ſequitur Iaſ.in d.§.ſi uir,col.
j.& Marſi. conſi.93.col.2.ꝙ Papa

16 nõ præſumitur uelle prouidere in dignis, quia odioſi non comprӕhenduntur in gratijs l.teſtamento centurio.ff.de manumiſ.teſta. Et idem in terminis huius quæſtionis dixit Bar.in l.ei qui.ff.de ijs quib.ut indig.Bal.in l.j.§.ſed nec retentio, in fi.C.de rei uxo.acti. Aret. in §.fuerat,col.6.inſt.de acti.Camp.in trac. dot.in 5.par.q.2.Bal.nouel.in tracta.dot.in 8.par.priuil.31.Marſi.in l.nihil intereſt,in prin.ff.ad l.Cornel.de ſicca.& in conſi. 93.col.j.& ij.Io.de Amic.in conſi.9.col.ubi atteſtatur Doct.cõmuniter ita tenere Boer.in deciſ.244.col.pen. & Dec.
17 in citato cõſ.525.col.j.ubi inquit, adeo eſſe graue delictum interficiẽtis uxorẽ ꝙ etiam ponitur ut aliã uxorem nõ habeat c.interfectores.
18 33.q.2.& ꝙ maior pœna a canone imponitur interficienti uxorẽ,quã matrem c.admonere 33.q.2.. & pro cõprobatione huius quæſtionis uide quę dicta comperiũtur in q.64.

SVMMARIVM.

1 *Lucro dotis priuatur maritus,ſi uxoris necem non vindicauit.*

2 *Hæres,ſi non uindicauit necem defuncti, priuatur commodo hæreditatis.*

3 *Hęres grauatus reſtituere hæreditatem,ſi non defendit necem teſtatoris,perdit commodum quartę, & applicatur fiſco.*

4 *Maritus commodo lucri dotis nõ priuatur,ſi uxoris occiſores ignorauit.*

5 *Sindici,qui ex forma ſtatuti tenẽtur maleficia denunciare,digni ſunt excuſationem ſi malefactores non reperierunt.*

6 *Maritus nõ excluditur à lucro dotis ob necem uxoris non ultæ, ſi ab alio fuit pręuentus.*

7 *Sindici non denuntiantes maleficia, ſi ab alio pręuenti fuerint excuſantur.*

8 *Maritus licet priuetur commodo lucri dotis,ſi uxori infirmę non adhibuit medicos, tamẽ hoc fallit,ſi pręuentus fuit à fratribus vel a patruo mulieris.*

9 *Maritus lucrum dotis conſequitur,ſi non defendit necem uxoris occiſæ à patre ipſius mariti*

Quæſtio LXII.

1 PONE, ſtante ſtatuto de lucro dotis,ꝙ uxor fuit occiſa, & maritus eius necem non uindicauit: nunquid maritus ex beneficio dicti ſtatuti lucrabitur dotem. Breuiter uidetur
2 concludẽdum ꝙ non. Primò per tex.in l.ſi ſequens.§.cũ ex parte ff.ad ſylleia.ubi hæres inſtitutus pro parte,& cui pariter fuit factum legatum,ſi non defenderit necẽ teſtatoris, Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt tam hæreditatis portionem quam legatum auferendum: hæredibus autem qui in ulciſcenda morte defuncti ceſſauerant, tam ex teſtamento quàm ab inteſtato auferuntur bona: Eadem ergo ratione idem dicendum eſt,ꝙ marito qui non uindicauit mortem occiſæ uxoris,auferri debeat dos,quã lucrari debet ex forma ſtatuti. & ita per iſtum tex.in terminis quæſtionis de qua tractamus decidunt ibi Bar.Bald.Ang.ac Alex.in addit. ad Bart.

Secundò probatur iſta opinio ꝑ tex.in l.Marcellus.§.fi.ff.de ad Tre
3 bel. ubi hæres grauatus reſtituere hæreditatem, ſi nõ defendit necem teſtatoris perdit commodum quartæ,quæ applicatur fiſco: ergo & maritus lucrum dotis.

Tertiò

Tertiò per text.in l.ei qui ff.de ijs quib.ut indig.& in l.cum mortē iuncta glo.in uerbo pertineat ff.de iur.fisci,ubi si maritus,ad quem pertinet dos propter pactum, mortem uxoris necatæ non defenderit, priuatur hęreditate,& ibi illa iura pōderat Bart.ad terminos materiæ de qua agitur post Iacob.de Are.ibi ꝑ eum citatum, & etiam Ang.in d.l. cum mortem. Hanc quoq; partem tenuit Bar.& Ang.in l.si ab hostib⁹ §.si uir.ff.solu.mat.& Luc. de Pen. in l.mulieres,col 2.uersi.item nota. C.de incol.lib.10.

Limitandam tamen existimam⁹ hanc conclusionem procedere, ubi
4 maritus sciuisset occisores uxoris, secus si ignoraret,arg tex.ī l.si ideo C.de ijs quib. ut indig.ubi excusāt hæres,qui non est ultus necem defuncti,si cædis auctores reperire nō potuit,cum nulla culpa in eo detegatur.Pro quo etiam facit tex.in l. cum fratrem.C.eo.tit.& ideo dicūt
5 Bar.& alij in d.l.si ideo, hoc facere ad excusandum sindicos,qui non denuntiarunt maleficia ex forma statuti,eo quia non sunt reperti malefactores quod & uoluit Bar.ī l.diu⁹ la 2.col.pen.circa fi.ff.de custod.& exhib.reor.& Alber.de Rosa.in tracta.statuto.in 2 par.q.82.
6 Secundò, limita eam non procedere,quando alius præuenisset maritum in ulciscenda nece uxoris, per ea,quæ not.Ias.in l.j.col.j.uersi.secundò limitatur C.de ijs quib.ut indig.per tex.in l.sororem,eo.tit.ubi non imputatur hæredi,si non uindicauit necem defuncti, si fuit ab alio præuentus.& inquit ibi Ias.in d.l.so
7 rorem secūdum Bar.& alios, hoc facere ad excusationem sindicorū uillarum,qui non denuntiarunt,si fuerunt ab alio pręuenti.Hoc idem ꝓbatur ex ijs quæ scribit Alex.in cōsi.123.col.2.uersi.2.respondeo,uol.
8 7.ubi decidit,ꝙ licet maritus priuetur lucro dotis quando non adhibuit medicū uxori,quæ mortua sit: tamen hoc fallit quando fuit præuētus a fratribus,uel a patruo mulieris qui medicum adhibuerunt, per dictam l.sororem & not. per Bar.in l.j.§.elegāter ff.de liber.agnos.Pro cuius confirmatione faciunt etiam quæ dicentur infra in q.67.
9 Tertiò,limita etiam ipsam conclusionē non procedere,si pater mariti fuisset ille,qui uxorem filij occidisset, quia maritus non teneretur ulcisci necem uxoris cōtra patrem: quod probatur ex ijs quæ in simili determinat, Ias in l.j.col.2.C de ijs quib.ut indig.ubi inquit,ꝙ etsi hęres,qui adiuit hæreditatem testatoris occisi inulta eius nece,tanquam indignus priuetur successione: tamen ꝙ istud limitatur non habere locum in filio instituto hærede:ꝗa si eius pater occidit testatorem,fili⁹ institutus nō debet accusare patrē, nec ulcisci necem defuncti cōtra ꝓprium patrem: & si ipsam adeat ea inulta,nō redditur indignus.& subdit ꝙ hoc fuit dictum singulare Alber.de Rosa.a quo didicit in rubr. C.eo.ti.de ijs quib.ut ind.& ita teneas si casus tibi cōtingeret ī facto.

SVMMARIVM.

1 *Maritus occidens vxorem repertam in adulterio stante statuto uel consuetudine sic disponente non lucratur dotem: quod declara ut in numero 6.*
2 *Præmium legale perdit, qui sibi ius dicit propria autoritate.*
3 *Actum faciens lege permittente, pœnam non meretur.*
4 *Vir succedens uxori deficientibus agnatis,si cui ei succedere non possit*

si ipsam occidit, tamen secus si à lege, uel ex statuto hoc ei pmittatur.

5 *Declaratio ad tex. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur.*

Quæstio LXIII.

1 QVID si maritus occiderit uxorem repertam in adulterio, statuto uel consuetudine sic permittẽte, An lucretur dotem? Bald Paul. Imol. Roma. Aret. & Alex. in l. si ab hostibus §. si uir ff. sol. matr. tenent ꝙ nõ per tex in l. interdum §. qui furem

2 ff. de fur. ubi qui sibi ipsi ius dicit ꝓpria autoritate, perdit præmiũ legale. Idẽ uoluit Mathesil. in notab. 73. Verum est ꝙ Bar. Ange. & Ias. in d. §. si uir, tenuerunt cõtrarium: qa

3 qui actum lege permittẽte, pœnam non meretur l. gracchus C. de adul. Ad idem facit quod scribit Dec. in

4 l. j. col. 2. in fin uersi. 5. limitatur C. unde uir & uxor, ubi inquit, ꝙ licet in casu illius legis, quæ uult ꝙ deficientibus agnatis uir succedat uxori, si maritus interficiat uxorem nõ possit ei succedere, quia uidetur sua culpa diuertisse. tamen ꝙ hoc limitatur procedere nisi maritus potuisset interficere uxorem de iure communi, uel ex forma statuti, quia tũc nõ deberet priuari successione, nec alio lucro, per not. per Bart. in d. §. si uir. Nec obstat, secundum eũ, tex.

5 in d. §. qui furem: quia respondeť, ꝙ illud ibi est quia agitur de remissione pœnæ, quę odiosa est, & quę erat debita ratione delicti, pro quo captus fuerat fur: unde dispositio illius §. qui furem non debet extendi ad casum de quo supra.

6 Tu autem pro concordia distingue, secundum Alex. in d. §. si uir, ꝙ aut tractam⁹ de lucro legali, uel statutario, quod debetur ratione delicti, & isto casu procedat sententiam Bald. ac aliorum, qui eum sequunť: aut uero a lege, uel a statuto defertur lucrum ex alia causa, quam ex delicto, prout est stante statuto, ꝙ uxore præmoriente maritus lucreť dotem: & isto casu si uir lege, statuto, uel consuetudine ita permittente occidat uxorem, tunc lucrabitur dotem, cum illam non lucretur propter delictum, sed secũdum communem doctorum sententiam, propter onera matrimonij, ut ꝑ gl. & Doct. in l. si donaturus §. fi. ff. de cõdi. cau. da. & ea quę diximus supra in q. 4. & hoc casu saluatur opinio Bart. & cum hac concordie pertransit Cãp. in trac. dot. in 5. par. q. 5. & Cur. iun. in d. l. j. C. un. uir. & uxo. col. 2. licet ante Alex. quo ad istud ultimum caput ita uoluerit Mathes. in dicto notab. 73. quem sequitur Ias. in d. l. j. col. j. C. unde uir. & ux. & licet Alex. in d. §. si uir. uideať impugnare Mathesil. in pacto uel statuto: Tamen aduertendum censemus ꝙ respectu pacti Alex. bene loquitur, quia non est uerisimile ꝙ mulier cogitauerit de tali casu respectu uerò statuti nõ habet locum eius reprobatio, cum ipsemet. ut diximus, teneat quod dixit Mathes. ꝙ si lex uel statutum deferat lucrum dotis ex alia cã quam ex delicto, tũc maritus lucreť dotẽ.

SVMMARIVM.

1 *Maritus priuatur lucro dotis si uxori infirmę non adhibuit medicum, vel im peritum, & nu. 6.*

2 *Paria sunt occidere, vel infirmum sine medico negligere.*

3 *Emptori non datur actio, si eius culpa mancipium mortuum fuerit, qa medicum non adhibuit, vel malum.*

4 *Occidens testatorem, uel eum infirmum*

mum negligens, omni commodo suc cessionis tanquam indignus priuatur.

5 *Uxor præsumitur mortua culpa mariti non subministrantis de medico uel malo, & ideò perinde indignus reputatur ac si eam occidisset.*

7 *Dominus qui non facit curare seruũ infirmum priuatur eius dominio & seruus efficitur liber.*

8 *Donatio facta per vxorem viro morte non confirmatur, si donatarius ei non prouidit de medicinis, & alimentis.*

9 *Maritus qui aufugit tempore pestis vxore infirma non prouiso sibi de alimentis & medicinis, priuatur lucro dotis.*

10 *Maritus ingratus erga vxorem dotẽ non lucratur.*

11 *Maritus, qui non sustinet onera matrimonij, fructus dotis nõ lucratur.*

12 *Heredibus vxoris incumbit onus probandi maritum medicum non adhibuisse, & nu. 15.*

13 *Asserens hæredem non seruasse volũtatem defuncti, atque ideo priuari debere relictis sibi factis, habet probare, ꝙ rogatus uoluntatem suam non adimpleuit.*

14 *Donanti incumbit onus probandi donatarium ingratum fuisse, ut à commodo rerum donatarũ excludatur.*

16 *Negatiua debet probari per obijcientem culpam.*

17 *Testis deponens super tali negatiua debet reddere rationem sui dicti: etiã non interrogatus.*

18 *Hæredibus vxoris non sufficit probare maritum medicum non adhibuisse, sed quod potuit adhibere, quia erant in loco, quod declara vt in nume. 22.*

19 *Statuto si caueatur ꝙ minor non possit contrahere sine consensu proximioris, si aliquis allegare contractum inualidum & uult se fundare in statuto, debet probare ꝙ ille erat minor, & quod habebat proximiorem præsentem, quem de facili poterat adhibere.*

20 *Tutori, qui non conuertit pecuniam pupillarem in emptionem prædiorũ culpa uel negligentia non ascribitur nisi ostendatur ꝙ erant prædia uenalia quæ emere potuisset.*

21 *Potestati non potest ascribi culpa, ꝙ non cœpit malefactores, nisi probetur quòd illos capere potuisset si uoluisset.*

23 *Locus insignis appellatur, qui habet forum meri & mixti imperij.*

Quæstio LXIIII.

1 QVAERITVR, An maritus beneficium lucri dotis ordinatum a lege municipali consequatur, si uxori infirmę, ex cuius infirmitate mortua sit, non adhibuit medicum uel imperitum. Et non laborando ubi non expedit intrepide tenẽdum est

2 ꝙ non. Primò per tex. in l. si seruũ, in prin. ff. de uer. obl. ubi paria sunt occidere, uel infirmum sine medico negligere. Sed maritus, ut diximus in q. 62. si occidit uxorem lucrum dotis perdit: ergo & similiter si uxori ægrotanti medicum nõ adhibuit.

Secundò per tex. iuncta gl. in uerbo culpã, in l. quod si nolit. §. si man

3 cipium. ff. de edil. edic. ubi emptori non datur actio si mancipium mortuũ fuerit culpa emptoris, quia non adhibuit medicum uel malum.

Tertiò probatur ista opinio per tex. in l. 3. iuncta gl. in uerbo culpã ff. de hijs quib. ut indig. ubi diuus Pius illum indignum decreuit, qui manifestissime comprobatus est id egisse, ut per negligentiam & culpã suã mulier, a qua hæres institutus

 erat

erat moreretur, dicit glo.in uerbo culpam, non adhibendo medicum, uel malum.Idē dixit text.iuncta gl. in l.necessarios.§.fi.in uerbo iniuria.ff.ad syllania.& gl.in d.§.si mancipium,in uerbo medicum.& Bald. in cōsi.26.uol.3.ubi inquit,ꝙ testa-
4 torem occidens uel etiam,quod minus est,infirmum negligēs omni cōmodo successionis, tanquam indignus,destituitur.

Quartò hoc decidit glo.in pacto dotis, in l.si ab hostibus.§.si uir.ff. solu.mat.quam ibi auream esse dicit Bal.& quæ ab omnibus recepta
5 est,ubi dicit,ꝙ si maritus nō subministrauit uxori infirmæ medicum, uel imperitū, ꝙ eius culpa mortua præsumitur,& perinde indignus reputatur ac si occidisset.& in terminis statuti per dictam glo.ibi idem firmant omnes Doct.

6 Pro cuius confirmatione accedit quod uolūt Bal.ac alij in l.quod in uxorem C.de neg.gest.ubi dicunt, ꝙ maritus tenetur uxori subuenire de alimentis,& medicinis,& omnibus necessarijs: quia quandiu durat matrimoniū tenetur subire onera eiusdem,& si ea nō supportet nō potest dotem lucrari,neq; ex pacto, neq; ex statuto. Idē uoluit ipse Bal. in auten.dos data,col.2.C.de secun. nup.quem sequuntur Scriben.in d. §.si uir,& in specie Paul.de Cast.dicens hoc menti tenendū quia quottidianum,& ꝙ istum casum habuit de facto Florentiæ.cum ipsa quoq; sententia transit ipse Bald.in consi. 53.col.2.uol.5.Abb. in consi.85.in fi.uol.2.Socy. in consi.105.col.fin. uol 3.Alex. in cōsi.91.col.2.uol.7. & in consi. 123.col.j.eo.uol.Corn. in consi.120.col.fi.uol.j.& in cōsi. 11.col.pen. uol.2.& in consi. 151. col.fi.uol 4.Camp.in trac.dot.in 5. par.q.3.& 4.Luc.de Pen.in l.mulieres,col.2.C.de incol.lib.10.Mars.in l.nihil interest,col.j.ff.ad l.cornel. de sicca.& in consi.93.col.2. Ioan. de Amic.in consi.3.col.fi.& in cōsi. 9.col.2.Boer.dec.244.col.pen.Are. in §.fuerat,Insti.de actio.col.6.qui etiā adducit simile de domino, qui
7 non fecit(ut debuit)curare seruum suum in infirmitate,& expellit eum de domo,quia priuatur eius dominio,& seruus efficitur liber.per tex. in l.j.§.sed & scimus C.de lat.liber. tollē.Pro cuius corroboratione faciunt quæ dixit Ripa in tracta.pest. de priuil.contr.col.fi.ubi concludit
8 ꝙ donatio facta per vxorē viro morte non confirmatur, quando donatarius ei non prouidit de medicinis & alimentis,cum culpa possit imputari marito cur mortua fuerit, & ꝙ si maritus pestis tēpore aufugeret
9 vxore infirma non prouiso sibi de alimētis & medicinis priuaretur lucro dotis quod est forma statuti debetur.Idē dixit ipse Ripa in l.fi.col. 2.C.de reuoc.do.ꝙ maritus ingratus erga vxorem non lucrat̄ dotē.

10 Vltimò facit Nam vir,qui nō sustinet onera matrimonij, non lucra
11 tur fructus dotis.l.dotis fructus.ff. de iure dot.ergo nec proprietatem eiusdem dotis,cum subsistat & militat eadem ratio,arg.l.si ante,iuncta gl.ff.sol.mat. Ita dixit Bal.in consi. 289.in prin.uol.j.

12 Sed quia dubitari posset cuinam incumbat onus probandi maritum adhibuisse medicum,uxori. An hæredibus uxoris ꝙ non adhibuerit, uel ipso marito ꝙ adhibuerit, ideò dicatis ꝙ obijcienti culpam marito spectat onus huiusmodi probationis ꝙ ipse non adhibuerit medicum uxori.Et primò per ea quæ dicit Bart. in consi.137. statuto ciuitatis Gualdi, quem sequitur Corn.
13 in d.cōsi.11.col.pe.ubi dicit,quòd

qui

qui asserit hæredē non seruasse voluntatem defuncti,& propterea priuari relictis sibi factis in testamento secundum terminos auten. hoc amplius.C.de fideicom. habet probare negatiuam,s.quòd rogatus uoluntatem non adimpleuit, quia q se fundat in negatiua, tenetur eam probare l.in illa ff.de ver.oblig.l.si quis C.de fabr.cens.lib.10. Idē voluit Salyc.in d.auten.hoc amplius, quem sequitur Cor. in consil 120. col.fina.volu.j.& ideo dixit Corn. vbi supra se consuluisse apud Spoletum, quòd si est instituta Titia, & iniunctum ei quòd non nubat sine consensu Caij & Sempronij,& si cōtrafecerit priuetur omni commodo sibi relicto a legitima supra, & totum dictum residuum distribuatur amore Dei:non sufficit probare ꝙ illa nupserit,nisi pbet ꝙ nupserit sine illorum voluntate. Ergo idē dicendum in casu huius dubitationis quòd hæredibus vxoris incūbit onus probationis ipsius negatiuæ,ꝙ uir vxori infirmæ medicum non adhibuerit.

Secundò facit quod scribit idem Corn.in præfato consil. 120. col.2.
14 vbi qui affirmat donatarium ingratum,& sic non præstitisse alimenta petita donanti,ei incumbit onus ꝓbandi,alias non potest dictus donatarius priuari rebus donatis.
15 Tertiò, in terminis hoc voluit Bar. quem omnes alij sequuntur,in d.§.si uir,ubi inquit, quòd hæc negatiua debet probari per obijcientem culpam marito.& cum ista sententia transit Alex.in consil. supra citato 123.col.j.uol.7.vbi expresse dicit,quòd ista negatiua, quòd me-
16 dicus non fuerit adhibitus uxori in firmæ per uirum.debet probari per eum,qui se fundat in illa, per nota. d.l.in illa.& plus, ꝙ testis deponēs super tali negatiua debet reddere rationem dicti sui, etiam non interrogatus,ut per Bar. in consi. 73. & Bald.in l.cum hi.§.prætor.ff. de trāsactio.Hanc quoque partem amplectitur Bart.cum qua alij concordāt in l. si seruum ff. de uer.obli.ac idē Bart.in l.idemq; ff.pro socio.Corn. in d.consi.120.col.fi. & in d.consil.
18 11.col.pen.Et aduertas,ꝙ non sufficit probare ꝙ medicum non adhibuit,sed ꝙ potuit adhibere,cum essent in loco medici,aliàs sibi nō imputaretur,ita Bar.in d.§.si uir.& in d.l. si seruum, qui ab omnibus est receptus. ubi etiam inquit hoc esse notandum in omnibus casibus in quibus uis alicui quid imputari qđ non fecit per alium, ut habeas necesse probare, ꝙ aliàs inueniebat ꝑ quē de facili facere poterat. Quod & uoluit Alex. in citato consi.223. col.2.Socy in l.j §.fi.col. pen.ff.de verb.oblig.in versi.secūda conclusio, ubi dicit, ꝙ ad conuincendum aliquem de negligentia magistrorum vel peritorum, oportet ostendere ꝙ in loco erant magistri,& periti,per nota. per Bar. in d.§. si uir. Idem voluit Corn.in cōsi.241.col. 3.volu.2. vbi in simili post Pau. de Cast.per eum citatum dicit, ꝙ stan
19 te statuto quod minor non possit contrahere sine consensu proximioris, si aliquis vult allegare contractum inualidum,& se fundare in statuto,debet probare ꝙ ille erat minor,& ꝙ habebat proximiorē præsentem, ita ꝙ poterat de facili illū adhibere.cum hac sñia etiam trāsit ipse Corn.in conf.151.col.fin. uol. 4.Dec.in consi.330.col.j. duplicato in consil.632.& in conf.562.col. fi.vbi etiam pro hac parte allegat notata per Barto.in l.tutor. qui repertorium.§. si post depositionem in fi.ff.de admin istr.tuto.vbi culpa

&

& negligentia non ascribitur tuto-
20 ri, qui non conuertit pecuniam pupillarem in emptionem prędiorum nisi ostendatur ꝙ prædia erant venalia, quę emere potuisset. Postremo hoc idē voluerunt Cāp. in trac. dot. in 5. par. q. 3. Ripa in l. in illa, colum. pen. ff. de verb. obli. Do. meus Ruin. in consi. 12. col. 5. ver. cōprobatur, volu. 5. ubi etiam in simili di-
21 cit, quòd non sufficit ꝓbare ad cōuincendam negligentiam potestatis ꝙ ipse non cœpit malefactores, sed debuit etiam probare quod illos capere potuisset si uoluisset.
22 Limita tamen hāc probationem nō fore necessariam in ciuitatibus, & locis insignibus: quia in eis præsumuntur esse, ut in c. statutum, de rescrip. in 6. & in l. si duas. §. est autem, de excusa. tuto. ita uoluit Bar. in d. §. si uir, & Doct. in d. l. si seruū, Alex. in citato consi. 123. col. 2. uol. 7. & Camp. in loco de quo supra ēt dicit sufficere marito adhibere medicum bene disciplinatum, etsi nō antiquiorem. Subdēs locum insignem
23 appellari, quando habet forum meri & mixti imperij, per not. ꝑ Ang. in d. l. si seruum, ubi Ang. hoc nō dicit, sed credo quòd uoluerit allegare Alex. in d. §. si uir, etsi etiam hoc uoluerit Bar. in l. in bonorum ff. de bono. possess. & Bal. in l. iuris ignorātia C. qui admitti. Et sic ex his remanet clare probatū, maritū priuādum esse lucro dotis, si nō adhibuit medicum uxori infirmæ, quæ mortua fuerit, si facile adhiberi potuit, & non fecit.

SVMMARIVM.

1 *Medicum non esse in loco vel esse, sed imperitum idem est.*

2 *Maritus lucro dotis non priuatur, si extra locum pro medico perito non misit, sed contra nu. 4. & 8.*

3 *Aestimatio rei, si fienda est per arbitros eligendos ab utraque parte, & si concordes non erunt per duos insignes arbitrio iudicis eligendos, hoc intelligitur, si reperiantur in loco, alias non cogitur extra ciuitatem illos inquirere.*

5 *Fabri, si in loco non reperiuntur, inueniendi sunt in locis circunuicinis.*

6 *Tutor idoneus si non reperitur in ciuitate, debet in locis circunuicinis perquiri.*

7 *Iuris ignorantia sicut nō excusat mulieres, & rusticos in lucris quando potuerunt consulere peritiores existentes in loco, Ita etiam quando nō extabant in loco, sed in locis circunstantibus.*

9 *Mulieres sic vadunt ad ciuitatē pro indulgentijs, & rustici ad nemus ꝓ lignis, ita quoque accedere debent ad ciuitatem pro consilijs. quod limita ut in nu. 13.*

10 *Discußio bonorum sitorum extra prouinciam etsi fieri non debeat tamē secus si bona sita essent in territorio confinante cum iurisdictione Principis.*

11 *Maritus non abundās facultatibus nō tenetur mittere pro medico ad loca circunuicina.*

12 *Item & quando tutus non esset accessus ad loca circunnicina.*

14 *Culpam obijciēti marito, quod potuit habere medicum in loco uicino, incumbit onus probandi.*

15 *Probandi onus spectat asserenti mulieres uel rusticos potuisse consulere peritiores in locis circunuicinis.*

Quæstio LXV.

1 Pone ꝙ in loco nō sit medicus, uel sit vnus sed imperitus, quod idē est,

est,vt volunt scribentes in l.ii seruū in prin.ff.de ver.obl.per tex.iuncta glo.in l. ꝙ si nolit.§.mancipium.ff.
2 de edil.edi.An maritus,ne priuetur lucro dotis, teneatur mittere extra locum pro medico perito? Bar.in.l. si ab hostibus.§.si vir.ff.sol.mat.videtur sentire ꝙ non, dū dicit,debet probare ꝙ medicum potuit adhibere, cum in loco essent medici, aliàs sibi non imputaretur.Idē sentit ipse Bar.in d.l.si seruum, cum inquit, quod debet probari ꝙ medici erant in loco quos poterat adhibere, & non adhibuit. Sed expresse ꝙ non cogatur maritus mittere in aliū locum,voluit idem Bar.in l.idemq; ff. pro socio quem sequitur Alexan.in consi.91.col.2.vol.7.Io.de Anaic.in cōsil.3.col.fi.qui mouetur etiam ex
3 not.per Ang.in l. hac edictali.§.bis illud,col.1.C.de secū.nup.vbi dicit ꝙ quando rei æstimatio est fienda, tunc per arbitros elligēdos ab vtraque parte fieri debet, &, si non sunt in concordia,tunc iudex potest eligere.§.quod autem,in auten.de nō alie. & duos debet elligere insignes si inuenit,aliàs sufficit vnus, non tamen cogitur iudex extrà ciuitatem peritos inquirere.
4 Contrarium verò tenuit idē Bar. in l cotinuus.§.qui insulā.ff.de ver-
5 bo.ob.vbi dicit, quod si fabri nō reperiuntur in loco, quòd inueniendi sunt in locis circōstantibus,per tex.
6 in l.diuus ff.de tuto.& cura.dat. ab ij.vbi si tutor idoneus nō reperitur in ciuitate, debet perquiri in locis circonuicinis.& per istud dictū Bar. Alex.in d.§.si vir,tenet contra Bar. in locis supra citatis.Pro cuius confirmatione faciūt scripta per Doct. in l.iuris ignorātia.C. qui admitti. & per Tiraq.in tra. de retr.car.936.
7 nu.20. vbi sicut iuris ignorantia in lucris non excusat mulieres,& rusticos quando potuerunt cōsulere peritiores, vt puta quia moram trahebant in aliqua ciuitate vel loco insigni, vbi præsumitur adesse copia peritorum,vt in c.statutum,de rescri. in 6.Ita & similiter quando non essent in loco peritiores. Sed in alijs locis circunuicinis : quia sicut mulieres uadunt ad ciuitatem pro indulgentijs,& rustici ad nemora pro lignis:ita & debent accedere ad ciuitatem pro cōsilijs.Ergo pariter dicēdum est, quòd ad loca circunuicina accedere debet maritus, vel mittere pro medico.

In hac difficultate fœdere distinctionis concordas has opiniones,videlicet,vt prima opinio Bar.in d.§. si vir. & in d.l si seruum, ac in l.Idē
8 quæ procedat, quādo medici essent in partibus longinquis ità quòd cōmodè accedi non possit.Opinio ve-
9 rò Bar.in.§.qui insulam,quando in partibus circōuicinis essent medici vel medicus, ita in terminis nostris distinguit Alexā.in d.l.si seruum,in prin.in fi.col.vbi dicit Bal.ita sentire in d.l.iuris ignorātia,dum loquitur de rustico,qui teneturvenire ad ciuitatem pro consilio peritorum, ubi locus non sit valde remotus.Et istam concordiam etiam facit idem Alexā.in d.l.iuris ignorantia,col. 2. in versi. & secundum prædicta limi. Quam & sentit in d.§.si vir. dum allegat Rom.in l.si duo,de acqui. hære.Pro cuius confirmatione faciunt quæ notant Butr.& Imol.in c.2.colu.8.de consti.vbi dicunt,quòd si esset aliqua lex dubia ī loco, & super ipsa dubietate esset communis opinio, vel esset quis in loco vbi esset copia peritorum, censetur esse in lata culpa si ignorat ipsam communē opinionem,vel id quod ab alio scire poterat. & idē dicit si esset in locis circunstantibus & propinquis, quorum

quorum homines conuersaretur in ciuitatibus & locis ꝓpinquis in quibus esset copia peritorum: secus si in remotis partibus à locis vbi sunt periti, quia tunc non diceretur existens in tali loco esse in lata culpa, si ignoret ipsam communẽ opinionem, vel quod ab alio scite poterat.

10 Cui accedat quod voluit Alexã. in cõs.83.vol.3. vbi dicet ꝙ licet discussio bonorum sitorum extra territorium fieri non debeat: tamen si sint in territorio confinante cum iurisdictione Principis, & sic locus sit vicinus, tunc debet fieri discussio. Qđ & voluit idẽ Alex. in consi.91.col.2. in fi. vol.7. Bolog. conf.18. col. pen. in fi. & Dec. in l. fi. col. pen. ff. si cer. pet. Facit quoque quod scribit Fel. in c. proposuisti, in 3. colu. ver. fallit tertiò, de probat. & in cap. signi fica sti el 2. col. 2. uer. fallit tertiò de homic. ubi inquit, quòd licet regula sit quòd medici vel alij periti debeant esse plures: tamen fallit in loco reperiretur vnus solus peritus: quia tunc sufficit de illo, nec tenetur quis transmittere extra locum pro alio, per doctrinam Bar. in d.l. idem quæ. Quod tamen intelligendũ dicit nisi occurreret aliqs casus valde arduus, puta si agereť de morte hominis: quia tunc oportet mittere ad alia loca pro supplendo numero peritorum, nisi ea loca essent valde remota.

11 Limita tamen quod dictum fuit: maritum teneri mittere ad loca circonuicinia, quando abundaret in facultatibus itá quòd expensa non foret ei difficilis, alias ei non esset imputandum, ita in specie dixit Paul. de Cast. in d. §. si vir, col. fi. quem sequitur Alex. in consi.123. colu.2. in prin. uol.7.

12 Secundò limita præmissam conclusionem locum habere, quando esset tutum mittere ad loca circonuicinia, aliàs secus, vt si esset bellũ. Quod probatur ex dictis per Rom. in l. si duo. ff. de acqui. hæred. vbi dicit, quòd ea, quæ dicta sunt per Bal. in d.l. iuris ignorãtia C. qui admitti, videlicet mulieres vel rusticos

13 teneri accedere ad loca circonuicina pro consulendis peritioribus, procedunt vbi tutus daretur accessus. & Rom. sequitur Alex. in ipsa l. iuris ignorantia, col.2. Vnum tamẽ omittendum non censemus, quòd si quis impingere vellet marito ꝙ

14 poterat habere medicum in locis circonuicinis, quòd ei incumberet onus probandi, iuxta ea quæ tradũt Saly. & Corn. in d.l. iuris ignoran-

15 tia, & Tiraquel. in d. tract. de retrac. car.936. vbi dicunt quòd ei, qui affirmat mulieres vel rustisios potuisse consulere peritiores in locis circonuicinis, incumbit onus probandi: quod subdit Tiraquel. menti tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus commodo lucri dotis priuatur, si vxori peste infectæ non prouidit de medico, & alijs necessarijs. quod declara vt nu 5. & 8.*

2 *Vasallus derelinquens dominũ in bello humano perdit feudum, declara vt in nu.7. & 10.*

3 *Filius negligens liberare patrem à captiuitate priuatur eius successione.*

4 *Idem si eum agrum non curauerit.*

6 *Præpositum suum si quis non protexerit (cum posset) in pari causa factori habendus est aliàs secus.*

9 *Casu fortuito (quem culpa præcessit) quis non tenentur, si citrà eam culpam contigisset.*

11 *Vulneratus mortiferè quis dicatur.*

12 *Maritus lucro dotis priuatur, si aufugiens*

giens à loco pestifero non traduxerit secum vxorem, sed eam dimisit in eo loco, in quo mortua sit: ea tamen volente cum ipso accedere.

Quæstio LXVI.

1 DVBITATVR, An maritus commodo lucri dotis priuetur, si vxori peste infestæ medicum non adhibuerit. Quæstionē hanc in specie decidit Ripa in tract. pest. in 2. par. in fi. vbi dicit, quòd in tantum maritus tenetur subuenire coniugi morbosæ de medicinis, cibarijs, & alijs necessarijs, iux. not. in l. quod in vxorem C. de neg. gest. quòd si tempore pestis aufugeret dimissa vxore morbosa, & non prouiso sibi de alimētis & medicinis, priuaretur lucro dotis, quod ei ex forma statuti debetur, secundum Bal. & alios in l. si ab hostibus §. si vir, sol u. mat. & pro hac parte secundum eum, facit tex. in c. 1. quib. mod. feu. amit. vbi
2 vasallus derelinquens dominum in bello humano perdit feudum: ergo idem in marito relinquēte vxorem in bello diei necnon tex. in §. si vnū in auth. vt cum de appell. cogno.
3 vbi si filius negligit liberare patrē à captiuitate, & similiter alij, qui vocantur ad alicuius hæreditatem, priuantur eius successione, & idem
4 si eum ægrum non curauerint, vt in glo. ibi verbo neglexerit, per tex. in l. 3. de ijs quib. vt indig.

Verum quia dicta decisio non ita passim intelligenda est, ideo declaran-
5 randā existimamus, vt ea procedat, quando vxor laboraret morbo pestis curabili, secus si incurabili. Qđ
6 probatur primò, arg. tex. in l. omne delictum. §. pen. ff. de re mili. vbi si quis præpositum suum non protexit (cum posset) in pari causa factori habendus est. si verò resistere nō potuerit parcendum est ei. ergo idē in marito.

Secundo facit tex. in l. item quæritur §. exercitu, iuncta gl. in verbo non denuntiauerit ff. loca. vbi si cōductor discessit à colonia exercitu veniente, & per milites ex hospitio fenestræ, & cætera sublata fuerint, labeo ait: si resistere potuit conductor, & non fecit, tenetur, si uero resistere non potuit tunc, secundum glo. non tenetur: sed merces pro rata ei remittitur.

Tertiò accedit tex. in c. 2. in fi. & ibi Præposi. & alij, de feu. sine cul. non amitten. ubi si uasallus dominū suum in pugna dimiserit, & cum eo nō laborauit, si potuerit, amittit beneficium feudi: sin autem, secus.

Quartò, ita in spē declarat Paul. de Cast. in d. § si uir, ubi inquit, ꝙ licet
8 maritus priuetur lucro dotis, quando nō adhibuit uxori infirmæ medicum, quia ex hac negligentia ī dubio mortua præsumitur: tamen secus est, si constaret de contrario, uidelicet ꝙ in omnem euētum fuisset moritura, ut puta si erat infirmata peste, ubi non ualent medici nec medicinę, & taliter, ꝙ secundum cōmunem cursum infecti moriebanť, quia tunc non perderet lucrum dotis, arg. l. & in totum, ibi dum dicit, non facturum ita si ob id res male gesta est ff. de impen. in reb. dotal. fact. & Paul. sequitur Alex. in consi. 123. col. 2. uers. 3. respondeo, uol. 7. & idem dixit Socy. in cōsi. 105. col. fi. uol. 3. ubi refert alias ita consultū fuisse per solemnes doctores, arg. dictæ l. & in totum. & l. si alius. §. est & alia, uersi. idem ait, ibi, æque perituris ędibus, & per notata per Bar. in l. si quis in graui, in prin. ad Sylleia. ubi si uasallus dominū omnino periturum dimisit in bello, quāuis ei

opem

opem ferret.excusatur. Quæ sententia cõfirmatur ex ijs, quę dixit Bar. post Guliel.de Cun.in l.si ut certo §.sed interdum ff.commoda. quem sequitur Bal.in consi.145.col. 4.in
9 prin.uersi.præterea, uol.3.ubi quis non tenetur de casu fortuito, quem culpa pręcessit, si modo citra eã culpam cõtingisset. Cui accedat quod notãt communiter Doct. in l.quod te ff.si cer.pet.ubi in actionibus realibus si debitor rei conuentus a creditore fuit ab initio bonæ fidei, sed postea superuenit mala fides, si res exinde pereat, debitor liberatur, si eo modo fuisset interitura penes creditorem.

Vltimò corroboratur hæc sententia ex notatis per Scriben in d.c.j.
10 quib.mod.feu.amittã.ubi si uasallus derelinquat dominum in prælio mortifere uulneratum nõ priuatur
11 feudo, & secuudum Bal.ibi, is mortifere uulneratus dicitur, cuius curatio est impossibilis, secus si possibilis, arg.l.maritus.ff.loca.& nota. in l.si ab hostibus.§.si uir. Quod & dixit Cur.iun.in trac.feud.in 4.par. in j.causa.& sic Bal.& eum sequentes intelligunt notata in d.§.si uir, procedere, quando curatio erat facilis, secus si impossibilis.& ita etiam intelligit Ripa.ibi supra, dum allegat tex.ĩ d.c.j.quib.mod.feu.amit. qui, ut a Docto.concluditur procedit, quando uasallus poterat adiuuare dominum, & non aliter: & similiter dum adducit tex.in d.§.si uir, expresse loquens in eo, qui liberare poterat captiuum. Vnum tamen me
12 moriæ mandandum duximus: ꝙ si maritus aufugisset propter pestem non tradu&a uxore sana secum, sed ea ire uolente dimissa in loco pestifero, si moriatur tunc ex peste, perderet lucrum dotis. ita Ripa ubi supra.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui vxori infirmæ medicũ nõ adhibuit, si pręuẽtus fuit à fratribus aut agnatis vxoris, lucrũ dotis non amittit.*

2 *Statutum si sit in ciuitate, ꝙ villa teneatur denũtiare maleficium infra certos dies, alias ꝙ eã teneatur, si interim alius accusauerit, uel iudex inquisiuerit, uilla excusatur.*

3 *Denunciator, si nõ denuntiauit delictum, quia pręuẽtus ab alio non punitur.*

4 *Hæres, qui non uindicauit necem defuncti, licet priuetur commodo hæreditatis, tamen si fuit præuentus ab alio excusatur.*

5 *Patronus, qui nõ præstat alimenta liberto, & si priuetur ijs, quę sibi debẽtur ratione libertatis liberto cõcessæ, tamen si reperiretur alimẽtatus à tertio non priuatur iure libertinitatis.*

6 *Donatio & si propter ingratitudinem donatarij, qui non præstitit alimenta donanti, per donatorem possit reuocari, tamen secus si à tertio fuerit alimnetatus.*

Quæstio LXVII.

1 Pariter & quęritur. Quid si maritus vxori infirmæ medicum nõ adhibuit, quia præuentus fuit a fratribus, uel parẽtibus, aut alijs agnatis vxoris, an amittat lucrum dotis. Conclude quòd non, ut in terminis decidit Alex.in consil. 123. colũ.2. versi.secundò respondeo, uol.7.ubi expressè dicit, quòd quando fuerũt adhibiti medici vxori infirmæ ab agnatis mulieris, quòd maritus non priuatur commodo lucri dotis. Pro cuius confirmatione faciũt quę dixit

xit Bar. in l. j. §. eleganter. ff. de liber. agnoſcen. vbi ſi ſtatutum ſit in
2 ciuitate, quòd uilla teneatur denuntiare maleficium infra certos dies, alias quòd ea teneatur, ſi interim alius accuſauerit vel Iudex inquiſiuerit, uilla excuſa. l. edicto. §. 2. ff. de iure fiſc. Idem voluit Bar. in l. diuus, la ultima, col. pe. ver. quid ſi talis denuntiator. ff. de cuſto. & exhiben. reo. vbi inquit, quòd ſi denun-
3 tiator delictū non denūtiauit, quia præuentus ab alio, ut putà ab iniuriato accuſante non punitur, & cū hac ſententia etiam Albe. de Roſa. in 2 par. ſtatu. q. 62. & Ang. in trac. malefic. in verb. necnon ad denuntiationem, ver. quid ſi fuit ſindicus?
4 Pro qua parte faciunt etiam quæ diximus ſupra in qō. 61. ubi firmauimus, quòd licet hæres, qui non uindicauit necē defuncti, priuetur cōmodo ſuę hæreditatis: tamen ſi fuit præuentus ab alio excuſatur. Poſtremo accedat. Nam nos uidemus,
5 quòd ſi patronus non præſtat alimēta liberto priuatur ijs, quę ſibi debentur ratione libertatis liberto cōceſſæ l. diuus, la. j. de iur. patr. l. ſi patronus. ff. de bon. libert. & tamen ſi reperitur alimentatus à tertio, non priuatur patronus iure libertinitatis, per tex. in l. alimenta, in prin. §. j. ff. de liber. agnoſ. quem ad hoc pōderat Cor. in conſi. 120. col. 2. verſi. eſt, & tertiò ponderandum, vol. j. &
6 ideo ex hoc infert, quòd licet donatio pp ingratitudinem donatarij, qui non præſtitit alimenta donanti, per donatorem poſſit reuocari, iuxta gl. in l. fi. C. de reuoc. don. Tamē ipſa donatio nō poterit reuocari ex uitio ingratitudinis, ſi donator a tertiò fuerit alimentatus, benefaciunt etiā quę ſcripſi infra in q. 107. quæ tranſcribenda non putaui.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis non debetur uiro, qui ſine cauſa expulit uxorem, quod & declara, ut nu. 8. & 11.*

2 *Fructus dotis reſtituere tenetur maritus uxori, qui ſine cauſa eam eiecit, ſi non ſuſtinet onera matrimonij*

3 *Lucrum dotis propter onera matrimonij datur.*

4 *Maritus nedum reſtituere tenetur uxoi fructus dotis: ſi non ſuſtinet onera matrimonij, & eam à domo eiecit, imo ipſam dotem conſignare tenetur.*

5 *Dos eſt proprium patrimonium mulieris, ex quo uiuere debet.*

6 *Vir dotem lucrari non debet, ſi onera matrimonij non ſuſtinet.*

7 *Statutum quòd maritus lucretur fructus dotis, ſicut debet intelligi quando per maritum ſupportantur onera matrimonij, ita & eodem modo debet intelligi ſtatutū diſponens de lucro dotis, quia eadem ratio eſt inter pretandi ſtatutum.*

9 *Diſpoſitio l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſol. mat. cum ſit pœnalis, & loquatur in caſu, in quo uir occidit uxorē, non debet extendi ad caſum, in quo mulier a uiro fuit expulſa.*

10 *Diſpoſitio d. §. ſi uir, non habet locum ſi uir uulnerauit uxorem, quod declara, ut nu. 12.*

Quæſtio LXVIII.

1 Lvcrvm dotis, An detur marito, qui expulit vxorē à domo ſine cauſa? Videtur dicendum quòd nō. Primò ex ijs, quę not. Bald. in rub.
2 C. de priuil. dot. colū. j. vbi dicit, ꝙ ſi uir eiecit vxorem, tenetur reſtituere fructus dotis, ſi nō ſuſtinet onera matrimonij per l. ſi ab hoſtib⁹ §. fi.

§.fi.ff.sol.mat.quia non videtur bo
næ fidei possessor, cum pietatis offi
cium non adimpleuerit, argu. l.j.ff.
de ijs quib.ut indig.& Bal.sequitur
Alex.in l.si cum dotem.§.finautem
in seu' ssimo,col.3.in prin.ff.so. ma
& in consi.78.col.2. uol. 5 duplica
to in consi.26.col.2.vol.6 Socy. in
l.2.in prin.col.5.versi.idem limita.
ff.solu.matri.Camp.in tract.de pet.
& resti.dot.q.14.Moder.in repe.ru
bri.de do.inter uir.& uxo.car.134.
col.2.& 4.Si ergo vir non lucratur
fructus dotis, quando expulit uxo-
rem non sustinēdo onera matrimo-
nij, sed tenetur eos restituere vxori
vtique dicendum uenit: quòd nec
etiam lucrari debeat dotem, quę si-
bi a statuto defertur, si sine causa u-
xorem a domo eiecit, cum lucrum
dotis, vt abūde demonstrauimus su
pra in qō.4.detur marito pp onera
3 matrimonij. Imò plus dicitur, quod
nedū tenetur maritus dotis fructus
4 restituere, sed etiam dotē ipsam cō-
signare, ut per Bald.in l.fi.C.de sen
ten.quæ sine cer.quā.& in c.ex par
te,col.j.ver.item nota quod mulier
5 de elect quia dos est proprium ma-
trimonium mulieris, ex qua uiuere
debet l.3.§.sed vtrum ff.de minor.
& commodum dotis tūc spectat ad
maritū, quando sustinet onera ma-
trimonij.l.insulam.§.usuras. ff.sol.
mat.l.si pater, in prin.de doli. exce.
& cum Bald.pertransseunt Ale.Are.
& Socy.& Camp.in locis supra cita
tis,& Paul. de Cast. in l.uiro, & in
l.cum mulier là grande,col.fi.ff.so-
lu.ma.licet Ale.in l.2.col.5.in prin.
ff.eo.ti.dubitare videatur de hac de
cisione Bal.per nonnullas rationes,
quibus ibi respondet Socy. Cui ac
cedat quod dixit Bald.in auten.dos
data.col.j.C.de do.ante nup.quem
sequitur Ana.in c.salubriter,col.pe.
in fi.de vsur.& Ale.in consi.122.co-
lum.3.in fi.volu.7.vbi inquit, quod
6 uir non debet lucrari dotem, si ōne
ra matrimonij non sustinuit. Pro
cuius confirmatione faciunt quę di
xit Bald.in consi.289.in prin.volu.
7 j.ubi uoluit, quòd sicut statutum di
sponens quòd maritus lucretur fru
ctus dotis, debet intelligi quando pp
uirum supportantur onera, ita & si
militer statutū disponens, quòd ma
ritus lucretur proprietatem dotis,
debet ita intelligi, quia eadem est
ratio interpretandi statutum, argu.
gl.in l.si ante nuptias.ff.sol.mat. &
8 quòd maritus expellens vxorem, è
domo, sine causa, priuetur lucro do
tis, voluit Bal.in l.i.§.sed scimus.C.
de latin.liber.tollen.quem sequun-
tur Alex.in d.§.finautem in seuissi
mo,col.3.& in consi.25.col.i.volu.
6.& in consil.122.colū.3.in fi. & in
consil.sequen.col.i.vol.7. Anan.in
c.i.col.3.de infan. expos.& langui.
D.meus Ruin.in consi.8.col.2.uol.
2.& in consi.131.col.i.in fin.uol.4.

In contraria tamē sententia fuit
idem Ale.in l.2.col.4.in princ.ff.so.
mat.& in d.§.si uir, quia cum dispo
9 sitio dicti.§.si uir, sit pœnalis, & lo-
quatur in casu in quo uir occidit u-
xorem: non debet extendi ad casum
in quo mulier a uiro fuit expulsa si
ne causa, per regulam c.odia.de re-
gul.iuris.in 6.& maxime, quia dicit
gl.in l.si donaturus.§.fi.iuncto tex.
ff.de condi.cau.dat. quòd de lucro
ex causa onerosa procedente idem
debet iudicari, quod de causa mere
onerosa, & Ale.sequitur ibi Ias.con
firmans etiam eius sentētiam ex iis,
10 quæ scribit Bal.in l.hæreditas, ante
fi.C.de iis quib.ut indi.tenet, quòd
ista l.ab hostibus.§.si uir, & similes,
quæ priuant aliquem dote, si uxo-
rem occidit, nō habent locum si eā
uulnerasset, ergo eodem modo si eā
a domo expulisset. Idem tenuit Cā
pa.in

pa.in tract.dot.in 5. part.q.4.Mod. in rub.de dona.inter uir.& uxor.§. 70. col.pen.in fin.

Tu autem ꝑ cõcordia distingue has opiniones, & dicas, quòd hæc
11 ultima opinio Ale.procedit & locũ habet ubi uxor simpliciter fuit expulsa a domo sine culpa ipsius: tamen post expulsionem nõ mortua fuit fame, quia ei non fuerunt denegata alimenta: secus autem si post expulsionẽ fame mortua fuerit, qa tunc habebit locum opinio Bal. de qua in d.l.i.§.sed scimus. & ita uidetur tenere Pau.de Castr.in d.§.si uir, col fi.ubi inquit, quòd si maritus expulit uxorem uel se absentauit, & de alimentis sibi non prouidit: & mortua est mulier marito nõ sustinente onera matrimonii sui culpa, quod non debet lucrari dotem ex forma statuti, & ꝙ habuit istum casum de facto Florentiæ, ubi ita dixit per dictum §.si uir, cum glos.& per l.necare ff.de libe.agnos.Quod dicit quotidianum & menti tenendum.& cum Paul.tenent Moder.in repe.c.per uestras: car. 134. col.3. & Boer.in decis.244.in fi.ubi dicit, ꝙ licet Alex. & Ias.superius relati contrarium teneant: tamen ꝙ ipsi non loquuntur si post expulsionem uxor fame mortua fuerit, prout intelligunt Bal. Paul.& alij.

12 Et ita distinguendo non obstat, ꝙ sicut maritus non perdit lucrum dotis quando uulnerauit uxorem: ita nec etiam quando eam a domo eiecit: quia sententia Bal.posset ꝑcedere, qñ ex uulnere uxor mortua non esset, alias secus, quia tunc habet locum dispositio dicti §.si uir: quæ, quamuis pœnalis sit, tamen extendenda uenit ex identitate rationis ad casum, in quo ex uulnere secuta fuit mors. sicut etiã uidemus, quòd extenditur ad casum, in quo mulier non fuit occisa a uiro, sed eius curæ, dũ infirmaretur, adhibuit medicum imperitum, ex cuius infirmitate mortua sit, ut per Doct. cõmuniter in d.§.si uir.& ita in uxore non uulnerata, sed tantum uerberata ex cuius uerberibus mortua sit, ꝙ maritus priuetur lucro dotis tenuit Boer.ĩ dicta deci.244.col.pen.

SVMMARIVM.

1 *Maritus lucro dotis priuatur, si uxori ultra dotis redditus de medicis, & alijs necessarijs non subuenit, & declara non procedere quando ipsa uxor aliunde haberet unde posset ꝑuidere suis necessitatibus, ut in nu.5 uel quando non haberet aliunde; sed patrem, & alios qui tenerẽtur eam alere ex dispositione legis, ut nume. 6. & 7.*

2 *Vxorem occidere, uel ipsam ægrotãtem sine medico negligeret à pari ꝑcedunt.*

3 *Lucrum dois vir amittit, si vxori nõ subuen it de medicinis.*

4 *Maritus si abundat facultatibus, & non adhibuit medicum, & alia necessaria vxori non consequi lucrum dot is delatum à statuto.*

8 *Declaratur l.si ab hostibus.§. si uir, solu.mat.*

Quæstio LXIX.

1 Vxor quæ in obsequio uiri ꝑpter ægritudinem esse non potest, dedit uiro dotem, cuius fructus nõ sufficiunt ad curam ipsius. Dubitatẽ nunquid maritus lucro dotis priuetur, si uxori ultra dotis redditus nõ subuenerit de medics, ac alijs necessarijs. Et primo dicendum uidetur, ꝙ ei denegandum sit beneficium lu
2 cri dotis: quia paria sunt uxorẽ occidere,

cidere, uel ipsam ægrotantem, sine medico negligere, ut est text. & ibi not. Scriben. in l. si seruum, de uerb. oblig. Sed si maritus occidit uxorẽ, priuatur lucro dotis, ergo etiam si ei non adhibuit medicum, ut diximus supra. q. 64. post gloss. Barto. & alios in l. si ab hostibus. §. si uir. ff. solut. matri.

Secundò faciunt notata per Scriben. in l. quod in uxorem C. de neg.
3 gest. ubi maritus amittit lucrum dotis, si non subuenit uxori de medicinis, & alijs necessarijs.

Tertiò probatus hæc opinio ex dictis per Pau. de Cast. in d. §. si uir, quem sequitur Alex. in consil. 123.
4 col. 2. uol 7. & Do. meus Rui. in cõsi. 139. col. pen. uol. 4. ubi si maritus abũdat facultatibus & nõ adhibuit medicum, & alia necessaria uxori, non consequitur lucrum dotis, qđ sibi a lege municipali conceditur, ut etiam uerba fecimus in q. 65.

Sed quia huiusmodi decisiones ita simpliciter intellectæ iure merito possent a prudentibus damnari: Ideò pro decisione huius quęstio-
5 nis declara. Videlicet, ꝙ maritus nõ tenetur uxori infirmæ, quæ in eius seruitio occasione infirmitatis esse non potest, subuenire, nisi usque ad quantitatem dotis, idest secundum id, quod redigitur ex dote, ut l. cum unus, in prin. & in §. fi. ff. de ali. & cib. leg. & in l. imperator ff. ad Treb. qñ illa haberet aliũde ex quo posset sibi abũde succurrere: cum dos detur uiro, ut deseruiat oneribus matrimonij, quę consistũt circa alimẽtationẽ uxoris, & liberorũ, ut in l. dotis fructus ff. pro socio l. pro oneribus C. de iur. dot. Ita dicunt Bar. & alij in l. quod ĩ uxorẽ C. de neg. ges. Bal. & Imo. in l. si cũ dotẽ §. finautẽ in fæuissimo ff. solu. mat. Rom. in cõ si. 517. col. j. Socy. in consi. 286. col. 2 & in cõsi. 64. col. j. uol. 4. Corn. in consi. 145. col. 3. uol. 2. Domi. meus Ruin. in consi. 139. col. pen. uolu. 4. Et ideò si maritus nõ subuenit uxori, isto casu, ultra fructus dotis non priuaretur lucro dotis: cui ipsa habeat unde possit prouidere suis necessitatibus. Quod etiam dicendum
6 est, quando non haberet bona, sed patrem diuitem, ut per Docto. in d. l. quod in uxorem: uel alium, quia ultra patrem teneatur subuenire, ut est mater, ut ĩquit ibi Paul. de Cast. uel fratrem, ut per Do. meum Rui. in citato cõsil. 139. col. pen. Et ideo ex his autoritatibus patet limitandas fore decisiones citatas supra in j. & 2. arg. ut non procedant in terminis huius quæstionis quando ultra redditũ dotis mulier potest sub uenire sibi de per se, uel ꝑ patrẽ, matrem, aut fratrem diuites, qui tenentur ex legis dispositione ei in suis necessitatibus succurrere.

7 Si uero mulier est adeo inops, ꝙ non potest sibi aliunde ꝓuidere & subuenire, tunc officij maritalis est ei supplere, argu. l. quo si nulla ff. de relig. & sump. fune. ita Bar. & alij in d. l. quod in uxorẽ, per glo. in §. finautem in fæuissimo, ubi per Imo. & idem uolunt Roma. in citato consi. 517. & Socy. in cõsi. supra allegato. 64. ac Corn. & Do. meus Ruin. ubi supra. Adeò ꝙ si maritus ultra fructus dotis nõ subueniat uxori de necessarijs, priuatur lucro dotis: & ita procedat quod supradictum fuit, ꝙ maritus abundãs facultatibus tenetur prouidere uxori infirmæ de medico, ita dixit Do. meus Ruin. in ip-
8 so consi. 139. col. pen. ubi inquit, ꝙ ea, quæ dicuntur in d. §. si uir, locũ habent eo casu, quo maritus nõ inops pro uxore infirma tenetur indistincte expendere, sicut quando fructus dotis ad hoc sufficiũt, uel quan

do

do mulier nihil habet nec patrē nec alium,ad quem spectet onus pro ea expendendi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus qui male tractauit uxorem & si commodo lucri dotis priuatur, tamen lucrum ipsum non perdit, si cœpit eam bene tractare. Limita tamen ut infra nu.* 8.

2 *Quod amplia procedere etiam si coacte & non uoluntarie cœpisset eam bene tractare.*

3 *Pater si ex iusta causa filium in testamento exhæredauit, si exinde filius se reconciliauerit cum patre, exhæredatio uidetur adempta.*

4 *Filius qui commisit ingratitudinem propter quam potest exhæredari, si egit pœnitentiam uiuo patre, uel ante testamenti factionem, non potest exhæredari.*

5 *Nec per patrem ei poterunt alimenta denegari.*

6 *Filia quę peccauit in corpus quamuis a patre non sit alimentanda nec dotanda, tamen hoc fallit si pœnitē tiam egerit.*

7 *Mulier, quæ turpiter uixit, si exinde correxerit ac ad vitam honestam reuersa sit, non debet ut turpis persona reputari.*

Quæstio LXX.

QVIA fertur a scribentibus, ut abundè uidimus supra in quæstionibus præcedentibus, ꝙ propter mala tractamenta facta per uiros uxoribus priuantur mariti commodo lu-
1 cri dotis. Quæritur modò, An dicta cōclusio procedat locumq; habeat, si marit⁹ postea bene tractaret uxorem. Imol. decidit hunc passum in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo uersi. ult. ff. sol. mat. ubi inquit, Nota, ꝙ licet a principio uir male tractauerit mulierem: tamen si postea bene tractet nō perdit lucrum dotis, ut uidetur probari secundum eum in d. §. in uersi. pactis, iuncto p̄cedenti tex. & subdit ꝙ per hoc limitatur quod habetur in l. si ab hostibus. §. fi. ff. sol. matr. & Imo. ibi sequitur Alex. col. 3. uersi. item istum tex. & in d. §. si uir, col. 2. uersi. prędicta tamen procedunt, & in cōl. 123. col. 2. uersi. 4. respondeo. uol. 7. ubi dicit etiam tenuisse Ro. in d. §. sin autem in sęuissimo, quia per maritum putuit mora purgari. & Camp. in tract. dot. in 5. par. q. 4. in fi. & D.
2 meus Ruin. in consi. 131. col j. in fi. uol. 4. necnon & Areti. in d. §. si uir, ubi ampliat hoc procedere etiam si coacte & non uolūtarie cœpisset eā bene tractare. Pro qua quidem opinione facit quod no. Bar. in l. 3. §. fi. de adimen. lega. quem sequitur Ias. in auten. non licet in fi. & Cur. Iun.
3 nu. 8. C. de libe. prete. ubi dicit ꝙ si pater in testamento exhæredauit filium ex iusta causa, & exinde filius se reconciliauerit cum patre, illa exhæredatio uidetur adempta. Cui accedat quod dixit Alex in l. j. col. 7. ff. sol. mat. ubi inquit ꝙ si filius, qui
4 commisit ingratitudinem adeò ꝙ potest exhæredari, pœnitētiam agit uiuo patre uel ante testamēti factio
5 nem, non poterit exhæredari. Item nec similiter ei alimenta denegari. & cum Ale. pertransit Cāp. in tract. de dote, q. 13. in fi. & Ias. in d. auten. non licet, col. j. dicens hoc mirabile in practica. Corroborat̄ quoq; hæc sententia ex not. per Spec. in tit. qui
6 filii sint legi. §. pen. uersi. sed quid si filia, ubi vult ꝙ licet filia, quæ peccauit in corpus, non debeat ali. nec dotari a patre: tamen fallit si pœnitentiam egerit. & Spec. sequuntur

 Alex.

Alex.in d.l.i.col.7.& ibi Ripa col. 15.uersi.fallit in filia,ff.solu.marri. Camp.in dicto tracta.de dote q.13. in fi.Ias.in dicta auten.nõ licet col. i.& hanc esse communem opinionẽ attestatur Ripa in repe.l.fi.q.67.C. de reuocan.dona.& ideo dixit Bal.
7 in l.si filia.C.de inoffi.testa.quòd si mulier turpiter uixit, & deinde se correxit ac ad honestam uitam reuersa sit nõ debet reputari turpis p sona,quia ultima consuetudo inspicienda est,arg.l.mella.ff.de alimen. & cibа.lega.& Bald.sequitur Alex. in locis supra citatis.

8 . Quam tamen conclusionem limita pcedere ubi maritus re integra mutauit uoluntatem, & cœpit eam bene tractare, secus si propter eius culpam mulier trãsiuisset iam in infirmitatem mortalem. quia tunc ẽt amitteret lucrum dotis,ita Imol.in d.§.fin autem in seuissimo,quem sequitur Alex.in d.§.si uir,col.2.& in citato consi.123.col.2.in fin.ac Do. meus Ruin.in allegato consi. 131. col.i.uol.4.Quę omnia tene mẽti, quia sæuissimè solent euenire.

SVMMARIVM.

1 *Mulier contrahens matrimonium cẽsetur uiro omnia bona dedisse in dotem,adeo q stante statuto de lucro dotis,maritus per mortẽ uxoris lucrabitur dotẽ ex beneficio dicti statuti,sed contra nu.2.ubi est communis.& nu.10.*
3 *Dos est facti.*
4 *Facta non præsumitur nisi probentur.*
5 *Variabile quod est non præsumitur.*
6 *Dos est uariabilis.*
7 *Matrimonium potest esse sine dote,et si mulier bona habeat.*
8 *Statutum de lucro dotis cum sit contra ius commune restringendum est ad dotem datam uel promissam, ut minus lædatur dispositio iuris communis quàm fit possibile.*
9 *Declaratio l. dotẽ l. diuus la. i.ff. de iur.dot. l.cũ maritus.§. titius ff.de pact.dot.& l.in his §.uxor,sol.ma.*
11 *Limitatur hæc quæstio non procedere,ubi esset consuetudo,q omnia bona censeantur data in dotem.*

Quæstio LXXI.

1 STANTE præmisso statuto de lucro dotis.Pone q maritus acceperit uxorem nulla facta mentione dotis.An ipsa cẽseatur omnia bona sua dedisse in dotem, adeo quòd ea decedẽte sine liberis maritus cõsequi habeat beneficium dicti lucri dotis.Ista quæstio depẽdet ab alia, nunquid mulier per contractũ matrimonij absq; constitutione dotis censeatur tradidisse omnia bona in dotem: & resoluto hoc articulo remanebit clara hæc quæstio. Deueniẽdo igitur ad ueritatem ipsius articuli,uideretur.Primò dicendum, quòd ipsa mulier cẽseatur bona omnia dedisse in dotẽ, per tex.in l.dotem,& in l.diuus la j.ff.de iur.dot. l.cũ maritus §.titius ff.de pact.dotal.l.in his.§.uxor. ff.sol.matr.ubi probatur,quòd mulier contrahendo matrimonium cum aliquo tacite uidetur ei cõstituere bona in dotem.& istud uidetur tenere Arist.in Topicis relatus per glo.in l.mulier bona,in princip.ff.de iur.dot.quando uir esset dignus tanta dote. hoc idem dixit Bar.in l.si constante, in 4.q.3.q.principa.ff.sol.mat.ubi inquit, quòd mulier eo ipso quòd se nubit uidetur dare omnia bona sua in dotem tacite,licet nihil dicatur, si tamen dignitates uiri & eius facultates hoc patiantur & mereanť, argu.l.quæro siue generalis. ff.de iur.dot.Idem tenuit Bal.in l.fi.uer.

sed quid si tradidit. C. de sent. quę si ne cer. quāti. ubi ait hoc dictum habere æquitatem, si uir erat dignus tāta dote. Quod & uoluit in l. si ante nuptias, col. j. ff. solu. mat. & in l. j. in princ. C. de priuil. dot. & in c. j. An mari. succe. ux. & Blasius de sancto Petro in tract. de priuil. in 2. cēturia, priuil. 65. & ideo dixit Abb. in consi. 46. in 2. dubio, uol. j. ꝙ maritus: stante statuto de dimidia lucri dotis, per mortem uxoris sine liberis lucrabitur dimidiam bonorum uxoris. cum omnia bona in dubio censeantur data in dotem.

His tamen non obstantibus, quæ
2 uere non obstant, sententia contraria ut uti uerior & communis amplectenda uenit, quod ex infrascriptis demonstratur. Et primò, quia hoc nulla lege cautum reperitur, ut fatetur gl. in d. l. mulier, ubi tradit, ꝙ licet Aristo. interpres dixerit mulierem uideri dare in dotem omnia bona: tamen ꝙ hoc lege non probatur, & uere dicit, quia cōtra Arist. est tex. in l. fi. C. de diuor. & in §. si quis aūt. C. de nup. ubi matrimoniū sine dote esse cēset, quis mulier matrimoniū contrahēs bona habeat. & illū tex. in d. l. fi. ad hoc ī specie pōderat Saly. ibi in §. eodem modo. Idem tenuit Bar. in disputa. sua inci. mulier habens, &c. col. 6. uersicu. secundò casu: ubi simpliciter dixit nō esse curandum de autoritate Aristo. quæ cum sit contra legem non est seruanda, per l. in tantum, in fi. cum l. seq. ff. de rer. diui. Idem uoluit Bal. in l. nulla, col. 2. uer. sed pone, & ibi Saly. in prin. C. de iur. dot. Idē Bald. in auten. res quę, col. 3. C. commu. de leg. sed melius in consi. 100. col.
3 j. uol. 4. quia dos est facti l. eas ff. de
4 capi. dimi. & facta non præsumūtur, nisi probētur l. quęcunq;. §. fin. ff. de
5 publicia. Itē, quod est uariabile non præsumitur: sed dos est uariabilis,
6 quia quandoq; maior, quandoq; minor, aliquando in rebus, aliquando in pecunia, unde hoc nō potest præsumi, per ea quæ no. Cy. in l. j. C. de contrah. & commit. stip. Item, dos est titulus, sed tituli non præsumuntur §. aliæ, Inst. de acti. Item est lex expressa in l. si ego §. dotis, ff. de iu. dot. ubi dotis cā accipere debemus ea, quæ in dotē dantur. Hanc quoq; partē secuti fuerūt Bal. in q. statuto in uerbo dos q. 16. Paul. de Castr. in cōsi. 283. col. 2. fin antiquā impressionem. Ang. & Imol. in l. j. sol. mat. Salyc. in d. l. mulier bona. Cuma. in consi. 56. & in consi. 109. col. 2 Ro. in consi. 44. colu. 2. Ang. in § fuerat, colu. 13. uers. unum aliud, Inst. de actio. Alex. in consi. 144. col. j. uol. 5. quia matrimonium potest esse sine dote, & si mulier nubens bona habeat l. fi. C. de dona. ante nupt. quia illa bona non intelligitur in dotem dedisse, ut probatur in d. §. si quis enim, cum. §. seq. Vnde uidemus ꝙ mulier habere potest bona parafrenalia, quæ non uidentur in dotē data. l. hac lege, & l. fi. C. de pact. conuen. Quod ampliat etiam procedere quando maritus dicta bona tenuisset & fructus percepisset ea patiente: quia adhuc non intelligerentur data in dotem, iux. not. per gl. in l. 2. C. de acquir. posses. Quod tamen ultimum an sit uerū uidebimus infra in q. 74. ubi de eius ueritate disputabimus. Idem tenuit Ale. in cōsil. 122. col. 2. in fin. uol. 7. & Socy. in consi. 81. col. fi. uol. 3. Cor. in consil. 127. col. 2. uol. 4. Bal. nouel. in trac. dot. in. 6. par. specia. 14. Cāp. in tracta. dot. in. 5. par. q. 99. Calca. in consil. 11. col. j. Dec. in consi. 521. colū. 3. Beltran. in consi. 160. col. 2. uol. 2. Paris in consil. 62. colu. 5. uol. 4. & hanc esse cōem opinionem attestan

tur Alexã.in consi.142.col.j.uol.7. Ias.in auten. præterea. C. un.uir.& uxo.in 5.colu.in princ.& Dec.in 3. Ias.in l.si constante,nu.219.ff.solu.
8 matr.Cur.Iun.in consi.168.colu.2. Pro qua opinione facit. Nam istud statutum est contra ius commune: & ideo cum loquatur de dote, restringendum est ad dotem datã uel promissam,ut minus lædatur ius cõmune q̃ sit possibile, non autem ad non promissam uel non datam:cum uerba statuti non possint eam adaptari,ut per Alexã.in d. consil.122. col.3.& 142.col.j uolu.7.

Non obstant modò quæ in contrarium adducta fuerunt. Et in pri-
9 mis l.dotem l.diuus, cum aliis legibus suprà citatis:quia respondetur ꝙ illa iura procedunt quando mulier in primo matrimonio bona oĩa aut partem bonorum constituerat in dotem primo marito:quia si post mortem dicti mariti secũdò nubat, & non supersint liberi ex primo matrimonio,tunc uidetur mulier constituere dotem secundo marito in bonis datis primo uiro,secus, ubi essemus in casu primi matrimonii.ita dixit Bart. in dicta sua dispu. col. 6. uers. ad primum dico. Ang. in d. §. fuerat,col. 13.Cuma.in allegato cõsil.109.col.2.& Beltr.in consi. 160. col.fi.uol.2.necnon & Alex.in citato consil. 122.col.3.uersi.ex præmissis apparent.

Secundò,non obstant notata per Bart.in d.l.si constante:quia respondet Alex.in d.consil.144.col.2.uol. 5. quẽ sequitur Cur. iun. ubi supra, quòd Bart.arguendo incidenter ibi refert opinionẽ Iacob.Butr. & Marti.de Fan.Sed ꝙ ipsemet Bar.reassumens istum articulum in dicta sua disputatione,tenet contrarium.

Tertiò,non obstat quod habetur in d.l. quæro, & in l.siue generalis: quia secundum Alex.in citato consi. 144. col.2. & Cur.iun.ubi supra,ibi solum dicitur, quòd mulier minor habens bona & curatorem potest petere sibi constitui dotem ex bonis suis, dandã futuro uiro pro modo facultatum suarum & dignitate sua & mariti: non autem dicitur ꝙ uideatur dare in oĩa bona in dotẽ.

Vltimò, non obstant notata per Bal.in.d.l.fi.C.de sent.quæ sine cer. quanti.& in aliis locis supra citatis: quia respondetur. Primò ꝙ Bald.in d.l.fi.non firmat opinionem contrariã:imò uidetur sequi gl.in d.l. mulier bona,dum inquit: tamen gl.indistinctè dicit quòd dictum Aristot. non probatur.Vel & secundò respõdetur,quòd quatenus ita uellet, eius opinio non esset sequenda, cum in multis locis supra relatis,idem Bal. teneat contrarium, & contra eum sit communis opinio, & Bal. ibi in specie reprobat Cur.iun.ubi supra, col. 2. & ideo stante hac conclusione ab omnibus approbata, quòd mulier non censeatur in dubio de-
10 disse omnia bona in dotem uiro, & si dignus esset tanta dote: sequitur quòd statutum de lucro dotis non habebit locum in isto casu, cum huiusmodi commodum detur ubi dos aliquo modo cõstituta sit: ita in terminis dixit Bart.in iam sæpius allegata disput.mulier &c.col.6.& Bal. in d.l.nulla,col.2.uers. sed pone,C. de iur. dot. ubi inquit, quòd si simpliciter contractum est matrimoniũ nulla facta mentione de rebus, ꝙ non uidentur ipsæ res datæ in dotẽ, sed erit matrimonium sine dote: & quòd hæc sunt utilia ad sciendum, utrum uir,qui debet lucrari ex forma statuti certam partem dotis,debeat aliquid lucrari de dictis rebus, necne. Idem dixit Roma. in consil. 44.col. 2. Paul.de Cast. in d. consi.

283.col.2. Cuma. conf.56. & Corn. consi.127.col 2.uol.4. Ale. in dictis consi.122.col.2. & 142.col.1.uol.7. & Soc.iun.in conf.8.col 6.uol.2. Li
11 mita tamen hanc conclusionem nō procedere, ubi esset consuetudo in loco, quòd mulier trāseatur omnia bona dedisse in dotem:ita Bal. in au ten.res quę,colu.3.C.cōmu.de leg. & in d.l.nulla.Alex.in citatis consi. 144.col.2.uol.5.& 122.col.3.uol.7. & 142.col.1.eo.uol. Cur.iun.in au ten.præterea.col.8.uersic. tertiò limita.C.und.uir.& uxo.

SVMMARIVM.

1 *Bona vxoris censentur viro data in dotem, si uxor dixit ei, Do tibi bona mea, ut tantum quòd maritus prędecedente sine liberis consequetur lucrum statuti.*

Quæstio LXXII.

1 PARITER quæritur. Quid si uxor dixisset uiro suo, Do tibi bona mea,an ipsa censeatur data in dotem, adeò ꝙ ea præmoriente sine liberis maritus assequatur lucrum, quod ei cōceditur à statuto? Bal.in l.fi.col.fi.in prin.C.de senten.quæ si ne cer.quanti. decidens istam quæstionem inquit, quòd si instrumento contineatur.B. contraxit matrimonium cū C. & dedit ei bona sua, quòd intelliguntur ipsa bona data viro in dotem,per tex.in l.quòd au tem.ff.de iur.dot. quia traditio sine titulo,quæ non est mera,sed translatiua dominij præsumitur facta ex titulo dotis,& cum Bal.pertransit Alex.in consi.144.col.2.uersi.nō obstat lex quòd autem vol.5.Idem dixit Bal.in l.nulla.col.1.C de iu.do. vbi cōcludit,quòd si Berta. dixit Titio viro suo, ego do tibi me & mea, nec aliter si expressus titulus dotis, quòd præsumitur bona dedisse nomine dotis, quia est vsa mulier verbis significantibus, quod intelligitur ex causa dotis, allegat tex.in l. quod autem, in verbo datione, quē dicit vnicum in iure, nihil supplendo ad tex. sed omissa suppletione gl tanquam diuinatoria, quæ volebat ita actum fuisse inter partes, ꝙ esset dos.Istud idē amplectitur Roma.in consi.44.colu.2.in fi.ver. aliquando contrahitur matrimonium cum his verbis, Do. per dictam.l.ꝙ autem, simpliciter intellectam,non considerando suppletionem glo. & Ang.in l.1.col.2.uersi.ibi lege quòd autem ff.sol.mat.& hāc partem sentit,Bar.in ipsa l.quòd autē, dum dicit nota lege. in casu, quæ facit ad quæstionem, quam disputaui, quæ incipit mulier habens,si mulier dedit omnia bona sua marito, & nihil aliud dixit, deinde mulier decessit nunquid videatur dedisse in causam dotis? Hanc quoque sententiam sequitur Io.Bosch.in trac.de leg.nup. in 5.lib.nu.2.Et ideo firma manente hac cōclusione, quæ ab omnibus approbata videtur, concludendum censeo cum Bal.in d.l.nulla, ac Roma.in allegato consi.44.quòd maritus per mortem coniugis sine liberis lucrabitur dotem,virtute supradicti statuti.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ dixit viro tempore matrimonij trado vel committo me, & mea tibi,an censeatur ei bona sua dedisse in dotem, si vir dignus erat tāta dote,adeo quòd per mortem ipsius vxoris consequatur beneficium lucri statutary.*

2 *Præsumptio legis non debet adaptari ad id,*

ad id, quod non est verisimile nec iuridicum.

3 *Traditio bonorum simplex & nuda facta per uxorem marito non facit ut tradita sint in dotem, sed præsumuntur parafrenalia, nisi aliud ex coniecturis colligatur.*

Quæstio LXXIII.

1 QVID si mulier tempore: quo contraxit matrimonium, dixit marito suo trado uel committo me & mea tibi, an per ista verba videatur dedisse bona sua in dotem, ita quod per mortem eius uir consequatur beneficium lucri dotis statutarij? Et succinctè loquendo dicas quòd sic, vt decidit Bal. in l. nulla, col. j. C. de iur. dot. & hoc quando maritus est dignus tanta dote, & nō apparet de pei se specialiter constituta in aliquibus rebus, quoniam tunc præsumitur dotis constitutio, & ita intelligendū esse dictum Aristotelis sub dit Bal. alias secus, quia tunc bona

2 præsumuntur potius parafrenalia. Nam præsumptio legis non debet adaptari ad id, quod non est uerisimile nec iuridicū. Sed iuri non est consonum, quod dos detur ultra mensuram, maxime si puella esset minor uiginti quinq; annis. & decisionem Bal. sequuntur Roma. in cōsi. 44. col. 2. uersi. aliquando contrahitur talibus uerbis, & Alex. in consi. 122. col. 2. uol. 7. & in cōsi. 142. col. j. eod. uolu. Bal. nouel. in tract. dot. in 6. par. princip. 14. Hoc idem dixit ipse Bal. in l. fi. col. fi. C. de sentē. quæ sine cer. quanti. quando traditio sine titulo est translatiua dominij, & non mera, & licet Bal. in c. j. circa fi. An mari. succe. uxo. uelit quod si interuenit traditio, quod mulier censeatur dedisse bona in dotem, per l. quod autem, de iur. dot. Tamen dictum Bald. non videtur verum, ex ijs quę decidit idem Bal. in d. l fi. C.

3 de sen. quæ sine cert. quanti. ubi inquit, quod simplex & nuda traditio bonorum facta per uxorem non facit, ut tradita sint bona in dotē: sed præsumūtur parafrenalia, nisi aliud ex coniecturis colligeretē. Quod & voluit Ale. in consi. 144. col. 2. uol. 5. dum respōdet ad tex. in d. l. quod autem, quod ille procedit eo quia ibi interuenit datio bonorum, sed in casu ubi tractatur de sola traditione, ea non sufficit ad dotis constitutionē, quia requiritur datio, idest quod dicat Do, & sic vtatur uerbis habilib9 ad transferendum dñium. Et sic ex his concludendum videtur, maritū virtute statuti hmōi debere lucrari dicta bona tradita per vxorem, si dignus erat tanta dote, alias secus, ut in specie ī terminis hmōi statuti dixerunt Bal. in d. l. nulla, & Ro. in allega. consi. 144. col. 3. ac Ale. in citato consi. 122. col. 3. & in consi. 142. col. j. uolu. 7. & ita teneas, neque ab hac opinione in iudicando recedas.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ nullam viro constituit dotem permittendo bona sua per ipsum possideri, censetur ea dedisse in dotē, ita quòd ipsa præmoriente sine liberis est locus lucro dotis, sed contra communis nu. 7.*

2 *Matrimonia, secundum generalem cōsuetudinem, sine dote esse non solēt.*

3 *Dos incerta, arbitrio boni uiri pro modo facultatum, & dignitate personarum, certificari debet.*

4 *Patientia pro cōsensu habetur, vbi de commodo patientis tractatur, limita ut nu. 10.*

5 *Mulier interest dotem habere, ut me*

lius

lius per virum tractetur, et ne ab eo tanquam indotata expellatur.

6 *Lege non probatur, quod mulier habens bona, & contrahens matrimonium censeatur ea dedisse in dotem limita ut nu. 12.*

8 *Titulus dotis non inducitur, si mulier passa fuerit maritum bona sua possidere, & fructus percipere, etiam p spacium decem annorum.*

9 *Quod amplia, etiam si dicta bona non excedeb at congruam mensurã d tis.*

11 *Maritus possidens rem spectantem ad eius vxorem, dicitur possidere iure familiaritat is.*

13 *Limita tamen. q. nostram non procedere, quando probaretur ꝙ uir palã & publicè dicebat se tenere ipsa bona tanquam dotalia vxore sciente, & non contradicente.*

Quæstio LXXIIII.

1 MARITVS, cui nulla facta fuit promissio dotis, nec constitutio, patiente uxore tenuit ac possedit ipsius bona. Quęritur modò, an p dictam patientiam inducatur titulus dotis, ita quòd ea præmoriente sine liberis maritus consequatũ lucrum dotis a lege municipali sibi delatũ. Prima facie videretur dicendum: ꝙ
2 sic, duplici respectu. Et primò, ratione generalis consuetudinis, q̃ est ꝙ matrimonia sine dote non solent cõtrahi. ergo dos cõstituta p̃sumitũ, &
3 licet remaneat incerta, debet articulo boni viri certificari pro modo facultatũ, & dignitate personarum l. siue generalis. ff. de iur. dot. l. j. de lega. 2. l. si filię, de leg. 3.

Secundò, quia in persona mariti uiget ratio, propter quam lucrũ dotis ei cõceditur, videlicet onera matrimonij. Igitur honestũ est: & congruum, ac conueniens, ut dotem lucretur arbitrio boni uiri declarandam, in recompẽsationem ipsorum onerum, dato: quod dos aliqua constituta nec promissa reperiatur. Ita arguit Bald. in consi. 100. col. 2 volu. 4. quem sequitur Ias. in l. j. col. 5. in fi. ver. adde ff. sol. ma. & Socy. iun. in consi. 8. col. 2. volu. 2. & Abb. in consi. 46. in 2. dubio uol. j.

4 Tertiò facit. Nam patientia pro consensu habetur vbi de commodo patientis tractatur l. qui patitur ff. manda. Sed quòd dos præsumatur
5 constituta, est commodum mulieris, interest enim ipsius habere dotem; ut melius per virum tractetur, & ne ab eo tanquam indotata expellatur. l. j. ff. solu. mat. §. si quis, in auten. de nup. & per Socyn. in consil. 80. volu. 4.

Quibus non obstantibus, sententiam contrariam veriorem fore putamus. Et primò per glo. in l. mulier bona. ff. de iur. dot. vbi, secundũ eã,
6 nulla l. probatur, quòd mulier habens bona: & contrahens matrimonium, nulla facta mentione dotis censeatur dedisse bona in dotem. & quia de hoc abunde scripsimus supra in q. 71. Ideo tempus non conteram in allegandis autoritatibus, ne bis idem repetere uideamur.

7 Secũdò, hæc opinio probatur autoritate Bar. in dispu. sua incip. mulier, col. pen. quem sequitur Ale. in consi. 144. col. i. uolu. 5. & in consil.
8 122. col. 3. & in consi. 142. col. i. uol. 7. vbi uult, ꝙ non solum si mulier passa fuerit maritum tenere ac possidere bona ipsius, & eorum fructus percipere per biennium, vel triennium, non inducitur titulus dotis, per not. per gl. in l. 2. C. de acquirẽ. possess. Imo etiam si dicta bona patiente vxore possedisset spatio decẽ annorum, cum agatur de magno p̃iudicio

iudicio,iux.no.in l. nullo.C.de rei vend.& in l.pen.C.commu. diui. & in l.cum de in rem uerso.ff. de in rē uers. Hanc quoque partē amplectitur.Pau.de Cast.in consi. 391.col. 2.uol.2.Ro.in consi.314.col.i.& Cāpa.in tract.dot.q.39.Bald.nouel. in tract.dot.in 6.par.princ. specia.14. col.fi.ver.tertius casus principalis, ubi ampliat ēt hoc procedere: si dicta bona non excedebant congruā mensuram dotis hoc idem tenuit Calcan.in consi.4.col.3. Gozadi.in consi. 34.col.pen.Socy.iun. consil. 29.col.pen.in fi.uolu.i. Adeo ꝙ ista videtur communis opinio,a qua in iudicando putamus non esse recedendum .

Non obstant adducta in contrarium,uidelicet Primum argumentum quod fit de generali consuetudine,quę est,quòd matrimonia nō solent cōtrahi sine dote : & ideo ꝙ præsumatur dos constituta,declarāda tamen arbitrio boni uiri ratione incertitudinis,quia respondetur, ꝙ huiusmodi fundamētum in iure nō subsistit,quod clare demonstratur, Nam attenta hac rōne sequeretur, ꝙ ēt qñ mulier simpliciter se nubit nulla habita ratione dotis:ꝙ præsumerentur bona data in dotē declaranda arbitrio boni uiri,quod tamē ab omni iure est alienū, ut late patet ex iis,quę diximus s̄.in q 71.Itē pariter sequeret̄,ꝙ qñ mulier dixisset uiro suo trado me, & bona mea tibi,præsumeretur titulus dotis cōstitutus ēt si maritus non esset dignus tanta dote,& ꝙ ratione incertitudinis ueniret declarāda arbitrio boni uiri , & tamen hoc iure cautū nō reperitur,vt s̄.q.73. Itē istud est contra mentē Bar.& aliorū,quos s̄. retulimus: qui hoc ēt dicere sciuissent si ita voluissent,arg.l.i.C.de cadu.tollen.cum & tempore ipsorum ita esset consuetudo dandi dotes, sicut & temporibus Bal.& Socy.

Secundò non obstat,ꝙ in marito uigeat ratio onerū, ꝑ quæ lucrum dotis ei conceditur,quia respondetur,quòd ista ratio non valet obolum,cū ēt ea ita militet,quando nulla est facta constitutio dotis.& similiter quando mulier tradit bona marito,qui non erat dignus tanta dote,quantum ascendebant bona mulieris,& tamen hoc non obstāte nō censetur facta aliqua dotis constitutio,ita quòd locum habere possit ꝑ mortē vxoris statutū de lucro dot.

10 Ad tertiū,quòd patientia habeatur pro consensu vbi agit̄ de commodo patientis.Respondetur quòd hic non tractatur de commodo patientis, Imo de amissione dominii, & administrationis rei suę, & sic de magno pręiudicio mulieris,quo casu titulus dotis non præsumitur l. nullo.C.de rei uendi.nec patientia habetur pro consensu.Ita dixit Bar. in allegata sua disputa.col.7.uer.cū ergo in casu nostro,& col.fin.uer.si magnum,& Alexan. in dicto consi. 142.col.j in fin.& dicit ibi Alex.ad hoc benefacere rationem quę colligitur ex l.qui iure familiaritatis ff. de acqui.possess. ꝙ maritus possidēs rem spectantem ad eius uxorem dicatur iure familiaritatis possidere . Quod & uoluit Socyn.in consi.60. col.2.uol.j.post Imo.& Roma.in d. l.qui iure .

Nec obstat ꝙ īterfit mulieris dotem habere ut melius tractetur per uirū,quia dicit̄,ꝙ licet mulier quæ habet dotē melius tractetur quam non habens: tamen si habet alia bona & permittat maritū eis frui,prout frueretur bonis dotalibus,longe melius a marito tractabitur, ut quotidie experientia docet: & si pro se retinet fructus,si maritus in aliquibus

bus deficiet, supplebit ipsa de proprio, ita dixit Corn. in cõsi. 254. col. 7. in prin. uol. j.

Quartò non obstant dicta p Bal. in citato cõsi. 100. in 4. uol. quia et si satis respõsum sit eius rationibus,
12 contra eum est communis Doc. sententia, nisi saluando Bal. dicatur, ꝙ in casu suo cõcurrebat cõfessio uxoris de dote per testamentum & codicillos una cum patientia : ex quibus cõiecturari potest, ꝙ mulier dederit bona sua in dotẽ marito. Quæ coniecturæ sufficiunt, ut colligitur ex dictis p Aret. in §. fuerat, col. 13. Insti. de actio. ubi dicit, ꝙ licet mulier simpliciter nubendo non uideatur dedisse bona in dotem. tamẽ debet postea uideri : An mulier patiatur ꝙ maritus utatur dictis bonis, & de eis disponat ut dotalibus uel nõ, iux. no. per Bar. in l. quæ dotis. solu. matr. & ex alijs coniecturis poterit colligi, de quibus p Bar. in dicta sua disputatione mulier &c.

Item responderi potest ad consi. Socy. Nam in casu suo concurrebat legatũ & cõstitutio dotis facta p patrẽ filiæ, necne confessio ipsius filiæ pluries facta in diuersis locis præsente socero eius, & sic patre mariti acceptãte ipsam confessionem, & qui etiam pluries tale constitutionẽ dotis asseruit nuru præsente & assentiente : Quo casu nimirũ si in casu suo patientia cũ qualitatibus, & cõiecturis supra relatis possit operari dotis constitutionẽ. Vlterius Socy. in d. consi. non bene figit pedes, ut fecit in citato consi. 29. ubi expresse contrarium tenuit. Et ideo ex his concludendum existimamus sequẽdo receptiorẽ sniam, ꝙ propter patientiam mulieris, quę permisit maritũ eius bona possidere, nõ inducatur titulus dotis declarãdæ arbitrio boni uiri, ita quòd possit maritus aliquid lucrari de ipsis bonis p mortem uxoris.

13 Quam tamen conclusionem limitandam fore censemus nõ procedere, quando probaretur ꝙ uir publice & palam dicebat, se tenere & possidere ipsa bona tanquã dotalia, ipsa muliere hoc sciente & non cõtradicente, ita in specie limitat Bar. in dicta disputatio. col. 7. uer. sed si tu poneres. & Bal. nouel. ubi supra, col. fi. Beltr. in citato consi. 160. in fi. Calcan. in consi. 11. col2. uersi. adest & alia præsumptio. & Socy. iun. in allegato consi 8. col. 5. & ideo ipsa limitatio est menti tenenda, quia per eã datur cautella marito capienti uxorẽ sine dote, & quę patitur eius bona possideri per uirum : ut inducatur titulus dotis ꝙ coram uxore nõ contradicente & testibus asserat & dicat ipsa bona tenere & possidere titulo & nomine dotis, quia tũc per mortẽ eius nõ poterit priuari lucro dotis, de quo in lege municipali.

SVMMARIVM.

1 *Dos data primo uiro, censetur data secundo, latius nu. 6.*
2 *Dos data in primo matrimonio soluto per diuortium, repetita censetur in sequenti, licet matrimonium tertiũ in medio interuenerit.*
3 *Potestas, si durante tempore sui officij fuit casus, et postea reassumptus: cũ eisdem pactis reassumptus intelligitur.*
4 *Ciuitas si cõduxit doctore cum certo salario pro uno anno, quo finito recessit domum, & deinum interpositis pluribus annis reconducatur sine repetitione salarij, sub illo salario, quod prius perceperat reconductus intelligitur.*
5 *Idem est de famulo & similibus.*
7 *Declaratio ad l. dotẽ ff. de iu. do. l. cũ maritus*

maritus.§.titius.ff.de pact. dota.l. pen.§.si vxor.ff.sol.mat.& l.si ferua.ff.de iur.dot.

8 Statutum de lucro dotis non habet locum in dote præsumpta: sed contra nu.15.& 20.ubi communis est in contrarium.

9 Statutum de lucro dotis,tanquã exorbitans & contra ius commune, restringi debet ad ueram dotis constitutionem,ut minus lædatur ius commune quàm sit possibile.

10 Statutum de lucro dotis locum nõ habet in dote ficta.

11 Statutum loquens de probatione,non habet locum in iuris præsumptione, & sic improbatione præsumpta,eo casu quo non haberet locum in ficta, quod declaraut nu.21.

12 Statutum de lucro dotis, ut uendicet sibi locum,oportet q sit uerus casus statuto comprahensus & non præsumptus.

13 Statutum disponens,q mulier secundo nubens possit totam dotem dare & tradere secundo viro, exclusis filijs primi matrimonij, non habebit locum in dote præsumpta.

14 Actio,licet hodie oriatur ex pacto nudo donationis expresso,non tamen ex tacito,ne concurrant plura specialia

16 Dotis constitutio probatur per præsumptionem.

17 Dispositum in casu vero & expresso locum habet etiam in tacito & præsumpto dato etiã q essemus in casu in quo verba statutorum non comprehenderent casum fictum.

18 Vxor si dixerit marito trado uel committo me & mea tibi, & uir sit dignus tanta dote præsumitur dos constituta,ita vt in ea locum habet lucrum dotis.

19 Mulier si secundo nubat nulla dote cõstituta,si extant filij ex primo matrimonio,maritus lucrabitur tantũ de dote, quantum unus ex filijs primi matrimonij.

22 Præsumptiones iuris, sunt liquidissimæ probationes.

23 Statutum requirens probationem instrumẽtalem:uerificatur in præsumptionibus iuris.

24 Præsumptio legis, tantum operatur, quantum veritas.

25 Dos præsumpta,dicitur vera, licet probata præsumptione iuris.

26 Actus transferendi possessionem per constitutum, & si sit fictus, tamen ipsa possessio est vera.

27 Statutum loquens de dote data,locum habebit & in dote præsumpta constituta à lege.

28 Specialia plura admittuntur, quando originem habent à diuersis fontibus.

29 Conducens rem suam scienter ab ecclesia,tanquam ecclesiæ videtur donare.

30 L. fi. C. de sac.sanc.eccle. quę loquitur in donatione,locum etiam habet in donatione tacita, & præsumpta.

Quæstio LXXV.

STANTE statuto quo cauetur, quòd præmoriente vxore fine liberis maritus lucretur dotem. Quęritur nunquid mulier p transitum ad secũda vota, censeat dedisse eandẽ dotẽ secundo viro,quã dederat primo,ita vt eueniente eius morte maritus gaudere debeat beneficio dictæ legis municipalis. Hic cadunt duo dubia discutiẽda.Primum etenim est,an dos data primo viro cẽseat data secundo. Secũdum est,posito q sic,nunquid hmõi statutum de lucro dotis habeat locum in dote pręsumpta.

1 Deueniẽdo igĩ ad primũ intrepide tenendũ est,q dos primi matrimonij

monij censeatur repetita in secundo, per tex. in l. dotem la j. ff. de iur. dot. ubi expresse hoc dicit ipsa lex nisi aliud conuenisse probetur.

Secundò idem probatur in l. diuus ff. eo. ti. ubi si mulier, quę dedit dotem uiro, post diuortium redit in matrimonium, cẽsetur cum eadem dote redire.

Tertiò facit tex. in l. cũ maritus. §. titius. ff. de pact. dot. ubi idem dicitur de extraneo qui dedit dotem mulieri, quæ post diuortium redit ad maritum cum uoluntate ipsius extranei, ut censeatur cum eadẽ dote accessisse.

Quartò accedit tex. in l. pen. §. si uxor. ff. sol. mat. & in l. post diuor-
2 tium. ff. de iur. dot. ubi dos data, in primo matrimonio soluto p diuortium, repetita censetur in sequenti, licet matrimonium tertij in medio interuenerit, per quem tex. in d. §. si
3 uxor, dixit Bal. in l. si cõstante, uers. sed pone. C. de don. an. nup. ꝙ si potestas durante tempore fuit cassus de officio, & postea reassumptus cũ eisdem pactis, & in l. etiam, col. fina. uersi. extra quęro. C. de iu. dot. quẽ sequuntur communiter Scriben. in l. diem functo ff. de offic. assesso. ubi
4 etiam dicunt, ꝙ si ciuitas conduxit Doctorem cũ certo salario pro uno anno, quo finito recessit domum, & demum interpositis pluribus annis reconducatur sine repetitione salarij, intelligitur reconductus sub illo
5 salario quod prius perceperat: qui subdit idem esse in famulo & simil.

Quintò istud dixit glo expresse, in uerbo fortuita, in auten. sed quãuis. C. de rei uxo. actio.

6 Sextò hoc decidit Cy. in dicta auten. sed quamuis, in 3. q. ubi inquit, Pone ꝙ mulier in primo matrimonio habuit mille in dotẽ: secũdò nupsit simpliciter & promisit dotem, quam tamen non expressit, nũquid intelligatur dare tãtam dotem quã tam dedit primò, & concludit ꝙ sic & licet Cy. loquatur quãdo mulier uel pater promisit dotem secundo: tamen idem intelligas, quando nulla interuenisset pmissio, ut vult gl. ibi ĩ uerbo fortuita. & Pau. de Cast. in l. si mulier diuertit, col. j. ff. solut. mat. & in consi. 283. col. 2. secũdum antiquam impressionem, ac Saly. in dicta auten. col. fi. uersi. 5. principaliter quæro, dicens cum illa glos. Doctores pertransire, & eam etiam notandam, quando de dote nulla facta fuisset mentio. Hoc quoq; tenuit Bart. in dispu. sua incip. mulier, col. 3. uersi. octauò probo, & col. 6. uers. primo casu, & in l. pen. §. si uxor, solut. matr. & in l. cum de in rem uerso, col. 3. ff. de in rẽ uer. Abb. in cõsi. 46. in 2. dubio, uol. j. Pau. de Cast. in d. consi. 283. col. 2. Cuma. in cõ. 109. col. 2. Imo. in l. j. col. 5. sol mat. Ale in cõsi. 144. col. 2. uol. 5. & in consil. 122. col. i. in fin. colũ. 2. & col. pen. in fin. volum. 7. Socyn. in consil. 80. in prin. uol. 4. Cur. Sen. in consi. 78. col. 7. in fi. Calcan. in consi. 4. col. 3. Belt. in consi. 160. col. fi. uol. 2. Cur. iun. in cõsi. 4. col. 5. & in consi. 164. col. 3. Paris. in cõsi. 34. col. j. uol. 3. ubi attestatur hãc esse cõem. Idem uoluit Socy. i un. in cõsi. 29. col fin. uol. j. & in cõsi. 8. col. 5. uolu. 2. Do. meus Rui n. in cõsi. 53. col. pen. uol. 2. & in consi. 61. in prin. uol. 3. & in cõsi. 137. col. 3. uol. 4. in cõsi. 56. col. pen. in prin. uol. 5. necnon in consil. 151. in prin. eo. uol. Bal. nouel. ĩ tract. dot. in 6 par. specia. 71.

Et licet Corn. in cõsi. 254. col. 3. uol. j. dicat ꝙ a iuuentute sua semper sibi uisum fuit ꝙ de mente iuris, mulier secundo nubens alteri uiro non censeatur nubere cum eadẽ dote, quia iura quæ disponunt eam

censeri

censeri maritari cum eadem dote, uidelicet d.l.diuo,& l.pē.§.si uxor, loquuntur quando nubit primo uiro,& quamuis d.l.dotem, in princ. videatur,& secundum eū,loqui magis generaliter tamen lex sequens inauit dictam legem ēt in hoc casu loqui.nec est verisimile quòd sine ministerio iura loquātur semper in eodem uiro,& de alio nō dicant cē seri constitutam eandem dotem, dato quòd etiam de secundo uiro aliquæ etiam interserunt,prout cōtingit in d.§.si uxor,& in d.l.post diuortium,tamen responderi potest: quod in eius dicto non potest fieri fundamentum,quia ipsemet Cor.in inquit ꝙ licet hoc sit substantiale, & de mente iuris:tamen ꝙ non auderet firmare hanc partem in decisiuis,propter autoritatem Barto.& sic non figit pedem.& bene,quia vt

7 dicit Paul.de Cast.in citato consil. 283.col.2.licet leges supradictæ videlicet l.dotem.l.cū maritus.§.titius l.pen.§.si uxor,& etiam l si serua.ff.de iur.dot.loquantur eo casu quo secundum matrimonium reintegraretur cum eodem, cum quo fuit primum,tamen Cy.in d.auten. sed quāuis,& Bart.in d.sua disputatio.volunt idem esse si contrahatur cum alia persona.Quod dicit notandum,& ultra Bart. & Pau.tenēt cōmuniter Scribē.vt latissime constat ex autoritatibus supra citatis.a qua quidem sententia in iudicando non est recedendum,quia esset cōtra stimulum calcitrare.

8 Quo verò ad secundum dubium videretur prima facie dicēdum, huiusmodi statutum de lucro dotis nō habere locum in hac dote p̄sumpta

9 Primò,quia hoc statutū est exorbitans,& correctorium iuris cōis, tendens in præiudicium tertij,uc dixi supra q.2. Ergo restringi debet ad veram dotis constitutionem, vt minus lædat ius cōe quàm sit possibile,iux.l.fi.§.in computatione C.

10 de iur.delib.Vnde sicut fictam dotem non comprehendit. l.3. §.hæc verba,& ibi Doct.ff.de negot.gest. l.j.§.hoc interdictum de cisterna.ff. de fonte:cum concordantibus, de quibus per Imo.& Ale.in l. gallus. §.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu.Ita nec dotem præsumptā cōprehendere debet: & prout in terminis hos duos casus æqparat Ale. in l.licet Imperator,col.2.de leg.i. vbi dicit,quòd statutum loquēs de probatione,non habet locum in iuris præsumptione,& sic in probatione p̄sumpta eo casu, quo non haberet locum in ficta. Idem dixerunt,Ro.& Alex.in l.i. C.de testamili.& Cur.Sen.in consi.78. col. 8.

Secundo facit quòd decidit Bal. in l.i.col.2.C.de condi. ob cau.quē referunt & sequuntur Ias.in consi.

12 50.in fin.vol.j.Paris,consi. 62.col. 3.uol.4.Moder.in tract.dot. in ulti. par.q.9.vbi dicit,quòd statutum de lucro dotis vt vendicet sibi locū,oportet ꝙ sit verus casus in statuto comprehensus,& non p̄sumptus, per regulam l.si uero.§.de viro,sol. mat.& ideo dixit Ias. in citato con

13 sil.50.ꝙ statutum disponens ꝙ mulier secundò nubens possit totā dotem dare & tradere secundo viro, exclusis filijs primi matrimonij,nō habebit locū in dote p̄sumpta.Idem tenuit Cor.in consi.254. col.3.uol. j.& Cur.iun.in aut.præterea,col.9. C.unde vir & uxor.

Et ideò ex his apparet, ꝙ minus recte locutus fuit Rapha. Cuma.in consi.209.dum vult quòd huiusmodi statutum de dote lucranda locū habeat in dote præsumpta, licet nō in ficta,& contra Cuma. facit quod not.Barto.in l.si tibi,in princi. ff.de pact.

pact.dum vult, quòd licet hodie ex
14 pacto nudo donationis oriat actio. l.si quis argentum.§. penulti. C.de don. Illud habet locum in donatione expressa, & non tacita, & idem vult Bar.in l.iurisgentium.§.quinimo,ad fi.ff.eo.titu. & Rayn.Bald.& Ang.in §.sed cũ nulla, eo.ti.& hoc ne concurrant plura specialia,scilicet,quòd titulus donationis præsumatur contra.l.cum de indebito.ff. de proba.& quòd ex pacto nudo oriatur actio contra regulas iuris. d. l.iurisgentium.§.igitur, & per ea q̃ habentur in l.j.C.de dot. promiss. Quæ ratio militar etiam in terminis huius q̃onis,quoniam præsumitur titulus contra l 2. §.circa. ff.de doli.excep.& quòd secundus maritus lucretur dotem contra l.2. ff.so lu.matr.

15 Sed pręmissis non obstãtibus cõtrariam sententiam veriorem fore existimamus. Et primò,ex iis quæ in terminis decidit Bar. in dicta sua dispu.col.6.versi. ad primum dico, vbi inquit, quòd bona data primo uiro in dotem per mulierem maiorem,si nulli extant liberi ex primo matrimonio,censentur repetita in sequens in tãtum,quòd in dictis bonis lucrum dotis consequetur maritus ex beneficio huiusmodi statuti & Bar.sequitur Cur.iun.in consi.4. in 5.colum.

Secũdò ista opi.probatur per gl. & Bald.in l.cum citra.C.de iur.do.
16 vbi dicit Bal.no.hic gl.quę vult ꝙ dotis constitutio probatur per præsumptionẽ,& ideo maritus, qui debet lucrari tertiã partẽ dotis ex forma statuti: debet ẽt partẽ dotis præsumptæ lucrari,sicut liquide probatę,& ista gl. approbata reperitur, vt per Calc.in cõ.11.col.2.& Marſ. in rub.C.de proba.nu.63.& Bal.sequitur Socy.in consi.80.col.fi.uol. 4. Idem tenuit Cuma.in consi.169. col.2.ubi inquit,ꝙ si mulier maior. quæ fuit primo loco maritata dote constituta primo uiro transit ad secunda uota,ꝙ maritus uigore statuti de lucro dotis lucrabitur partem dotis in eo descriptam.quia dos data primo uiro censetur repetita in secundo matrimonio : qm̃ cum ista sit præsumptio,& non fictio, ita debet habere locum statutum in dicta dote præsumpta quemadmodũ si expresse data esset, cum præsumptio iuris procedat secundum ueritatẽ,per ea quę habentur in l.fi.ff. quod met.cau.Vñ nõ refert ſm eũ, An dos probeť per instrumentum, uel per testes,uel hanc iuris p̃sumptionẽ,cũ idẽ soleat operari tacitũ ꝙ expressum l.cũ quid,si cer.pet.& Cuma.sequitur Cur.iun. in consil. 4.col.5 vbi dicit hãc verissimã esse conclusionem,ꝙ in quacunq; mate
17 ria in qua stricte procedatur vt est in statutis,dispositum in casu vero, & expresso,habet locum in casu tacito & præsumpto, dato ẽt ꝙ essemus in tali casu in quo verba statutorum non cõprehenderent casum fictum, per elegantem decisionem Rapha. Cuma.ubi supra,quem pariter sequuntur Modern. in consuet. Burdegal.in ti.de dote.§.6.D.me Ruin.in consil. 224.colum. 2.volu. j.& in consil.151. colum.j. volu.5. Hanc quoque partem amplectitur Paul.de Castr. in consil.283. colũ. 2.& fina.& Bald.in q. statuto. vers. dos, q. j.& Socy.in citato consi.80. col.fi.Abb. in consi.46.uol.j.Socy. iun.in cõsi.129.col.fi.uol.j.& in cõ si.8.col.j.uol.2.Paris.in consi.34.in prin.uol.3.licet contrarium in casu suo teneat,per rõnes ĩ eo expressas. D.meus Rui.in consi.61.uol.3.col. 6.& in cõsil.supra citato 224.col.2. uol.j.& 151.col.j.& 2.uol.5.

Quæ

18 Quæ opinio confirmatur ex no. per Bal.in l.nulla C.de iur.dot. ubi inquit, ꝙ si uxor dixerit uiro suo, trado,uel committo me, & mea tibi,& uir dignus si tanta dote,præsumitur dos constituta,adeò ꝙ maritus lucratur dotem ordinatã a statuto, & tamen si uera esset opinio contraria sequeretur, ꝙ ipsa dote præsumpta non haberet locum dispositio statutaria loquẽs de lucro dotis. Quod tamen falsum est ut diximus supra in q.73. similiter sequeretur,ꝙ maritus etiam non posset lucrari dotem quando mulier dixisset uiro suo.Do tibi bona mea: cum ex his uerbis inducatur præsumpta dotis constitutio, quod tamen ab omni iure est alienum, ut per Bal.in d.l.nulla,& alios quos supra retulimus in q.72. Item nos uidemus quòd quando mulier secun

19 do nubit nulla dote constituta, si extant] filii ex primo matrimonio maritus etiam lucratur tantum de dote, quantum habet unus ex filiis primi matrimonii,per not. in l.hac edictali.C.de secũ.nup. ut per Bar. in dicta sua disputa. col.6.uersic.ad prædicta. & Cuma.in con. 109.co. 2.& Alex.in consi.144.col.2.uol.5. & in consi.122. col.2. uol.7. & Domeum Rui.in consi.61.col.6. in fin. uol. 3. Quod tamen ueritate careret si huiusmodi statutum non haberet locum in dote præsumpta, prout est (ut diximus) ea quæ data fuit primo uiro, quæ pariter censetur in secundo matrimonio constituta ex dispositione legis.

Non obstant adducta in contrarium. Et in primis, quòd huiusmodi statutum utique correctorium, & exorbitans locum sibi non uen-

20 dicet in dote præsumpta. Quia respondetur,quòd ex supra citatis autoritatibus clarè liquet, communẽ opinionem esse in contrarium. Cui non refragantur not.per Alex.in l. licet Imperator,col.2.de leg.i.& in l.i.post Roma.C. de testa. mili. ubi non dicitur uera, & propria probatio, quæ fit ex præsumptionibus,& coniecturis, quia respondetur per Dec.in rub.de probatio col.17.uer

21 sic.secũda cõclusio,quòd istud procedit in præsumptionibus, quando in iudicis arbitrio residẽt:Secus est in præsumptionibus a iure approbatis, quia tales ueris probationibus,& legitimis æquipollent.Vnde

22 dicit ꝙ iuris prȩsumptiones sunt liquidissimæ probõnes l. si quis locuples, in fi.ff. de manumis.testa.l.do. C.de dolo.& istud adeo uerum di-

23 cit Dec. quòd etiam si statutũ probationem instrumentalem requireret, sufficerent præsumptiones iuris,ut notanter dixit Bald. in l.i.colum.6.uersi. quæro quid si statutũ, C.de fideicom. quem sequitur idẽ Dec. in consi.54.col. fi.in prin.Ias. in d.l.j.C. de testa.mil. qui pro ista parte allegat tex. in l.fin. in fi. cum glo.de proba.ubi probatio legis di

24 citur esse ueritas.Idem Ias.in con. 25.col.fi. uol.i. ubi dicit se alibi in specie hoc non legisse Paris. in cõsi.80.col.3.uol.i.& in consi. 97.co. uol.i. ubi præsumptio legis operatur tãtum quantum ueritas. & Bal. etiam sequitur Brun.in tract. de cõstitu.in 3.par.in uerbo probatio.§. 21.&91.

Non obstant not.per Bald.in l.i.C. de cond.ob cau. quia respondet Socy.in citato consil. 80.col.fin.quòd Bald.loquitur in dote putatiua, nõ autem in dote presumpta in qua habet locum dispositio statutaria sicut in vera.ut per Cur.iun. & alios supra citatos. Vel & secundo respõderi potest, quòd dos de qua nunc

25 tractamus est uera,licet probata in

sis

ris præsumptione est uera dos, sicut in simili dicimus, ꝙ actus transferẽdi possessionem per constitutum, licet sit fictus: tamen ipsa possessio est uera. Quod & uoluit Do. meus Rui. in citato consi. 61. col. 3. circa fi. ubi pariter inquit, quòd statutũ
27 loquens de dote data habebit locum in hac dote constituta a lege. quia licet constitutio dotis sit ficta: tamen datio dotis est uera & allegat similitudinẽ, de qua supra per Socy. in d consi. 70. Idem dixit ipse Do. meus Rui. in allegato cõs. 224. col. 2. uolu. i. & in consil. 151. col. 2. in princi. uol. 5.
28 Nec habet obstare quòd cõcurrerent plura specialia contra l. i. C. de dot. promis. quia respondetur, ꝙ ex quo ipsa specialia habent originem a diuersis fontibus, ideo concursus admittitur l. singularia ff. si cer. pe. Nam quòd titulus dotis præsumatur a marito tantum causatur, & ꝙ uir lucretur dotẽ, ab oneribus matrimonii quia propter onera matrimonii conceditur ipsum lucrum, ut per omnes in l. si donaturus. §. fin. post glo. ff. de cond. ob cau. ita dixit Do. meus Rui. in citato consi. 151. col. 2. qui subdit hanc responsionem magis in specie probari ex no. per Bar. Imol. & Alex. in l. si rẽ aliquem, ff. de acquir. poss. ubi uult
20 Barr. ꝙ si quis rem suam conducat scienter ab ecclesia, tanquam rem ecclesiæ, quòd uidetur donare, & quòd dominium ipso iure transfertur in ecclesiam, per l. fin. C. de sac. san. eccle. & sic Bart. uult quòd d. l. fi. quę loquitur in donatione tacita & præsumpta: & tamen concurrunt duo specialia, quia donatio præsumitur, & ipso iure dominium transfertur, quod est speciale l. traditionibus C. de pact. quod uidetur contra prædicta: sed respondent Imol. & Alex. quòd illud est ex eo, quia habent originem a diuerso fonte, quia præsumptio donationis causatur a scientia, & tacto conducentis, dominii uerò translatio cõceditur fauore ecclesiæ, eadem ergo ratione idem concludendum est in terminis præsentis quæstioni, & ita teneas.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non lucratur dotem tacitam constitutam a lege, si statuto caueatur quòd uir per mortem uxoris lucretur dotem promissam, & nume. 5.*
2 *Verba statuti de lucro dotis debent intelligi propriè, cum huiusmodi statutum sit correctorium iuris communis.*
3 *Statutum loquens. de dote promissa, debet intelligi de dote promissa per hominem, non autem de dote tacite constituta a lege.*
4 *Statutum disponens, quòd mulier intelligatur omnia bona dedisse in dotem nulla dote constituta, locum nõ habet in muliere, quę transiuit ad secunda nota nulla facta mentione dotis: secus si statutum diceret nulla dote expressè constituta, quia tũc non sufficeret tacita dotis constitutio.*
6 *Lex ubi ponderat factum relinquentis, tunc supplementum quod fit a lege non uenit sub tali relicto, nec in illo locum habet dicta dispositio: secus si factum hominis non respiceret.*
7 *Relicti appellatione propriè non uenit illud quod suppletur.*
8 *Limitatur quæstio præsens non procedere, ubi statutum loqueretur de dote data uel promissa.*
9 *Dotis constitutio facta a lege dicitur uera dos.*

M Quæstio

Quæstio LXXVII.

1 MARITVS an lucretur dotem tacite constitutam a lege, si statuto caueatur ꝙ uir per mortem uxoris lucretur dotem promissam. Et con
2 cludendo teneas ꝙ non: quia uerba huiusmodi statuti debent intelligi proprie, cum sit correctorium iuris communis, ut diximus supra q.2. Sed dos constituta a lege nō dicitur uere promissa: ergo tale statutum non habebit locum in ipsa dote, iux. not. per Bart. in l.3. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. & Doct. in l.j. §. lex falcidia ff. ad l. falcid. & in l. gallus §. & quid si tantum, de libe. & posthum.
3 Secundò, quia tale statutū de dote promissa se restringit ad dotem promissam per hominem: ergo non debet habere locum in dote tacite constituta a lege, ut clare probatur ex dictis per Pau. de Cast. in l. si mulier diuertit in fin. ff. sol. mat.
4 dum uult ꝙ statutum disponens ꝙ mulier intelligatur omnia bona de disse in dotem nulla dote constituta, locum non habeat in ea qua trāsiuit ad secūda uota nulla facta mētione dotis. quia satis dicitur isto casu dos constituta, ex quo censetur dos constituta prioris matrimonij. & hoc est uerum (subdit ipse) nisi statutum diceret nulla dote expresse constituta, quia tunc non sufficeret ipsa dotis constitutio tacita.
5 & sequendo Pau. de Cast. quæstionem p̄sentem decidit D. meus Rui. in consil. 61. col. 5. uol. 3. Pro cuius cōfirmatione adducit not. per Bal. in l.j. circa fi. C. de inoffi. dot. ubi in
6 quæstione ibi formata per eum cōcludit, ꝙ ubi lex ponderat factū hominis relinquentis, tunc supplemētum legitimæ, quod fit a lege, & nō ab homine non uenit sub tali relicto, nec in illo locum habet dicta dispositio: Secus si factū hominis non respiceret. & subdit ꝙ illud qđ sup-
7 pletur proprie non uenit appellatione relicti, argumen. l.j. ff. de ijs quæ in testa. delen. & l. prima §. & si, cum ibi not. ff. de cola. bono. Et ideo cum in terminis huius quæstionis promissio expressa mulieris factum hominis requirat, merito sequitur ꝙ dispositio supradicti statuti non trahetur ad dotem tacitā cōstitutam a lege. quod & uoluit idē Dominus meus Rui. in consi. 151. col. prima & secūda uolu. 5. Quam conclusionem limitat ipse Domin.
8 meus Rui. in citato consi. 61 col. 6. non procedere, ubi statutum loqueretur de dote data uel promissa: qa tunc uirtute alternatiuæ haberet locum in prima parte de dote data. quia ipsa dotis constitutio facta a lege dicitur uera dos. Idem dixit ipse Ruin. in p̄fato cons. 151. uol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dos data in primo matrimonio quod de facto non tenuit censetur etiam data in matrimonio reconualidato, & in ea locum habet statutum de lucro dotis, & nu. 3. quod declarat ut nu. 4.*

2 *Papa si dispensat super matrimonio inualido, censetur etiam dispensasse super dote.*

Quæstio LXXII.

1 QVID si matrimonium primū, in quo dos fuit constituta, de facto non tenuit, & mulier trāsiuit ad aliud matrimonium, & postea cōualideť nulla dote constituta: An dos data in primo matrimonio censeatur

tur etiam data in matrimonio recõ ualidato, ita ꝙ statutum loquens de lucro dotis trahatur ad hãc dotem? Tex. est in l. si serua. in princi. ff. de iure dot. qui decidit ꝙ sic. & ita ibi hoc not. Bar. dicens, nota ꝙ dos data in primo matrimonio inualido, tacite intelligitur repetita si postea ualidetur per quem tex. dixit Bald. in auten. ex complexu. C. de incest.
2 nup. ꝙ si Papa dispensat super matrimonio inualido censetur etiam facta dispẽsatio super dote & in terminis lucri dotis per dictum tex. in d. l. si serua, ita uoluit Barto. in di-
3 sputatione sua mulier habens &c. col. 6. ubi inquit, ꝙ si ex primo matrimonio nulli extant liberi, ꝙ dos data primo censetur repetita in secundo, adeo ꝙ maritus lucrabitur
4 dotem cõcessam a statuto, etiam si primum matrimonium solum de facto tenuit: Secus si extarent liberi ex primo matrimonio: quia tunc non lucrabitur ultra q̃ haberet unus ex filijs primi matrimonij, qui minus haberet. Idem tenuit Paul. de Cast. in consi. 283. col. 2. in fi. & D. meus Rui. in cõs. 224. col. 3. uol. j. quod tene menti, quia hodiernis temporibus sæpissime uidemus ꝙ contrahuntur matrimonia inualida cum dotibus inter affines, quę exinde ex dispensatione apostolica conualidantur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ primo viro tradidit minorem dotem quàm secundo, censetur dedisse tertio uiro dotem secundi matrimonij, & non primi.*
2 *Vltimus status attendendus est.*
3 *Relatio ad proxima regulariter est facienda.*
4 *Si consuetudo salarij prę standi assessori non est certa sed uaria, si simpliciter conducatur, intelligitur in dubio cõ ductis cum salario prædecessoris, q immediate eum pręcessit.*
5 *Princeps si concedat officium uni, & in litteris officij dicat, secundum salarium consuetum, si salarium officij retroactis temporibus fuit uarium, intelligitur (secundum communem opinionem) prout habuit prædecessor.*

Quæstio LXXVIII.

1 OCCVRRIT & aliud. Quid quã do primo uiro fuit tradita minor dos, secundo uiro maior, sed tertio nulla facta fuit constitutio dotis, An censeatur constituta & repetita tertio marito dos primi matrimonij, an uero secundi? Paul. de Cast. in l. in insulam. §. fi. uersi. sed quid si ff. sol. matr. uidetur decidere hanc quæstionem dicens, ꝙ si inter primum matrimonium & reconciliationem eiusdẽ interuenit aliud matrimonium cum traditione dotis, ꝙ mulier censetur dotem datam secundo uiro, dedisse in tertio reconciliato, alias censetur primam dotẽ non exactam in hoc tertio repetisse, arg. l. dotem ff. de iur. dot. Idem sequit ipse Paul. in l. pen. §. si uxor. ff. sol. mat. & istam partem sequitur Paris. in consi. 34. uol. 3. ubi refert Bal. nouel. asserentẽ hoc idem in facto habuisse, & ita tenuisse per tex. in d. §. si uxor, & arg. l. mella. §. j. ff. de alimen. & ciba. lega. q eam comprobat, per not. in c. in consultatio
2 nibus, de iur. patro. ubi ultimum statum attendere debemus. & etiã, q a
3 relatio ad proximã regulariter est fienda l. si idem cum eodem ff. de iurisdi. omn. iudi. Hoc etiam uoluit Do. meus Rui. in consi. 137. col. 3. uol. 4. Quæ opinio confirmatur ex

dictis per Ias. in l. diē functo, col 4. uersi. si autem consuetudo ff. de ofs
4 fic. assesso. ubi inquit, quòd si cōsuetudo salarij præstanti assessori non est certa sed uaria, quia aliquando uni assessori datum est plus, aliquādo minus: tunc si assessor simpliciter conducatur, intelligitur in dubio quòd assessor debet habere salariū qđ habuit prædecessor suus, qui immediate præcessit, ex eo qđ singulariter decidit Bal. in l. binos,
5 circa fi. C. de aduo. diuers. iudi. ubi quærit, quid si Princeps concedat officium uni & in litteris officij dicat secundum salarium consuetum. si salarium officij fuit uariū retroactis temporibus, dicit Bal. quòd illa uerba, secundum salarium consuetum, intelliguntur in dubio, sicut habuit præcedecessor suus, per dictam l. mella. §. j. de alim. & cib. lega. ubi si testator reliquit ticio alimenta quæ ei testator in uita præstabat, debet attendi prout testator tempore mortis erat solitus præstare, adeo quòd si testator in uita uario modo præstitit, attenditur ultima præstatio alimentorum. & Bal. sententiam sequuntur Moder. Vercellen. in d. l. diē functo, nu. 97. ubi asserunt hanc esse communem opinionem. Et ideo ex his remanet firma conclusio, quòd tertius maritus lucrabitur partem dotis, de qua loquitur statutum, quę tradita fuerat secundo uiro, ut etiam uoluit Paris. in citato consi. 34. in j. col. licet in casu suo, propter rationes ibi expressas, teneat contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Statuto cauetur quòd mulier nupta nulla dote constituta censeatur omnia bona dedisse in dotem: Alio quoque disponitur quòd maritus lucretur dimidiam dotis uxoris præmortuæ: an maritus lucretur dimidiam omnium bonorum, an uero dimidiam dotis datæ primo uiro.*

2 *Tacitum habet pro expresso.*

3 *prouisio generalis statuti non debet referri ad casum in quo erat specialiter prouisum per ius commune.*

Quæstio LXXIX.

STATVTO caueatur quòd si mulier nubat nulla dote constituta cēseatur omnia bona sua dedisse in dotem, & alio disponitur quod maritus lucretur dimidiam dotis uxoris præmortuæ. Pone modo quòd mulier, quæ secūdo uiro nupta fuit nullam ei dotem constituit, sed de dote data primo uiro apparet publico instrumento, quam dotis partem lucrabitur maritus. An dimidiam omnium bonorum de quibus
1 in primo statuto, an uero dimidiam dotis datæ primo uiro? Paul. de Cast. in l. si mulier diuertit, col. fin. ff. sol. mat. dicit se consuluisse, quòd stante dicto statuto non censetur mulier omnia bona dedisse in dotē, sed tantum dedisse quæ deberat primo uiro, eo quia nō potest dici nulla dos constituta, cum per legis dispositionem fingatur eandem dotē datam primo uiro etiam dedisse in sequenti matrimonio. Non. n. dicit statutum nulla dote expresse cōstituta, quia tunc militaret uirtus statuti quòd censeatur omnia bona dedisse in dotem: sed lex municipalis dicit cōstituta: qđ pōt intelligi expsse uel tacite, uere uel ficte. & subdit ꝙ ita fuit iudicatum, licet quidam consuluerint contrarium, & uere ita consuluit Paul. ut est uidere in consi. suo 284. secundum antiquam impressionem, nunc in noua

est

est in conf.60 uol.2.ubi in 2.dubio concludit, quòd stantibus ipsis statutis maritus lucrabitur dimidiam dotis primo uiro constitutæ, & nõ dimidiam omnium bonorum: quia non uidetur uerum quòd censeantur omnia bona fuisse data in dotẽ uirtute talis statuti, motus etiã hac ratione, quia idipsum statutum loquitur eo casu quo nullo mõ dos fuit constituta quæ uerba, cum sint multum, generalia debent intelligi generaliter, uidelicet quòd per nullum modum fuerit constituta, scilicet
2 cet expresse uel tacite. Nam tacitũ habetur pro expresso l.item quia ff. de pact. Item. quòd non sit constituta nec per hominem, nec per legẽ: quia dispositio legis repræsentat factum l. si pecuniam. §. j. uer. plane ff. de cond. ob cau. Item quia gene-
3 ralis prouisio huius statuti non debet referri ad casũ, in quo erat specialiter prouisum per ius commune l. sanctio legum ff. de pœn. Vnde satis est quòd dictum statutum suppleat ius commune in duobus casibus in quibus deficiebat, scilicet quando mulier nubens nulla certa dote constituta nullum aliud matrimonium per prius contraxerit, uel quando contraxerat, sed in illo nullam dotem habuit: quibus in casib[9] de iure communi nõ erat prouisum de dote, etsi mulier haberet multa bona, quia illa non censebatur dedisse in dotem, ut per Bar. in sua dispu ta. mulier habens &c. & Paul. de Cast. sequitur Domi. meus Ruin in consil. 223. col. 2. uolu. j. & in consil. sequen. col. 2. ac in consi. 61. colum. 4. uol. 3. & ita teneas in iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in dote exacta per vxorem, de qua non apparet nisi per confessionẽ primi viri factum in testamento, sed contra nu. 4. & 9.*

2 *Dos data primo uiro censetur data secundo, ita quòd in ea locum habet statutum de lucro dotis.*

3 *Confessio dotis facta per virum in eius vltima voluntate probat, sed contra secundum communẽ nu 5. 6. & 8.*

7 *Testator si quid reliquit pro male ablato, nisi aliter probetur quòd fuerit male ablatum, iudicatur de ipso relicto, vt de pure legato.*

10 *Testator si legat dotes uxori suæ, quas asserit esse quantitatis librarũ quatuorcentum, per ipsam cõfessionem non probatur causam esse veram: sed dispositio ipsa operatur ut iure legati quantitas ea peti possit.*

11 *L. dotem ff. de iur dot. non debet extẽdi ad casus ibi non expressos.*

Quæstio LXXX.

1 QVID si uxor non dedit dotem secundo uiro, sed tantum ex testamento primi mariti apparet quòd eidem absenti reliquerit ducentum aureos, quos dixit esse dotem uxoris. an censeatur ipsos aureos per eam exactos ab hæredibus primi uiri dedisse in dotem secundo, ita quòd per mortem ipsius uxoris sine liberis uir ualeat consequi dimidiã partem dotis, beneficio legis municipalis ita disponentis? Prima quidem facie uideretur dicendum, quòd maritus uirtute talis statuti deberet consequi per mortem uxoris dimidiam partem dictorum ducentũ aureorũ: quia, ut dicũt Paul. de Cast. in con si. 283. col. fi. & Socy. in consil. 80. col. fi. uol. 4. & alij de quibus supra in q. 75. ista est recepta docto
2 rum sentẽtia, quòd dos data primo

uiro censetur dos data secundo, in tantum quòd secũdus uir lucratur dotem, quę data reperitur primo uiro. Sed in terminis de quibus agi-
3 tur cõstat de dote tradita primo uiro per cõfessionem ipsius primi uiri factam in eius ultima uoluntate quæ probat, ut not. Pet. & Cyn. in l. generaliter, in 8. q. C. de non numera. pecu. ergo &c.

4 Sed, præmisis non obstantibus, contraria sententia de iure uerior uidetur. Quæ probatur ex alia communi Theorica Doct. quæ habet, ꝙ quando non apparet mulierem dedisse primo uiro dotem, non præsumitur quòd mulier dederit bona sua in dotem secundo uiro, per l. fi. C. de repud. & Bart. in disput. incip. mulier & supra q. 71. Ergo sequit, quòd si non præsumitur uxorem dedisse bona secundo uiro, quòd maritus minime consequi ualeat beneficiũ lucri dotis dispositũ a statuto.

Nõ obstat quòd de dote cõstet ꝑ confessionem primi mariti factam
5 in eius testamẽto, quę probat: quia respondetur quòd licet Petr. & Cy. ubi supra senserint, quòd confessio facta in ultima uoluntate inducat probationem: tamen contrarii tenuit Iaco. de Beluis. in corpore de iure iur. a moriẽ. præst. Pro quo secundum Bar. in l. cum quis decedẽs §. codicillis, de leg. 3. uidetur esse casus in dicta auten. & in d. §. codicillis, ubi confessio talis non inducit probationem nisi fuerit iurata. Vlterius secundum Bart. si uera esset ipsa opinio Petr. & Cy. sequeret quòd posset testator priuare filium legitima, confitendo se alii debere: si ad probationem sufficeret. & sic aperiretur uia malitiis. quod utique fieri non debet c. sedes, in prin. de rescri.
6 Præterea si talis sententia admitteretur, omnes leges loquentes quòd ex illa confessione inducatur fideicommissum, malè dicerent: cum demum inducatur id ipsum fideicõmissum quãdo de debito non apparet. Sed attẽta opinione Pet. & Cy. semper de debito constaret: ergo non induceretur fideicommissum, quòd ab omni iure alienum est, ut est text. in l. lucius §. quisquis, el. 2. de lega. l. lucius §. j. de legat. 3. l. Aurelius. §. fi. ff. de liber. lega. Idem ẽt fatetur Alex. in consi. 153. col. fi. uolu. 2. ubi attestatur hanc esse cõem opinionem. Quam etiã magis communem dicit Aret. in consi. 64. col. pe. & ab illa non esse recedendum. Cui sententię pariter adhæret Cor. in consi. 145. col. 3. uol. j. Socyn. consi. 294. col. j. Barb. cons. 54. col. 2. uolu. 2. Belt. in consi. 211. col. i. uol. 2. Pro cuius confirmatione faciũt nota. per Bart. in l. 1. in 7. col. uersi. tertiò quæro C. de sacr. sanct. eccle. ubi in fine illi⁹ quæstionis uoluit, quòd
7 quando testator reliquit quid alicui pro male ablato, nisi aliter probetur quòd fuerit ablatum, iudicatur de eo, ut de puro legato. Quod & uoluit idem Bar. in l. qui vxori. ff. de aur. & arg. leg. ubi inquit, quòd de ipso poterit deduci falcidia, si ipa imminebat. Hoc idem tenuit Bald. in. repet. d. l i col. pe. in uersi. super nona quæstione.

8 Et in specie in dote, quòd talis, confessio facta per maritum in testamento non probet dotem datam, uoluit Bart. in d. l. qui uxori. & in l. lucius. §. maritus ad Trebel. Bald. in consil. 467. uolu. 2. repetito in consi. 381. in 5. par. & in consi. 14. circa fi. uol. 2. Paul. de Cast. in consil. 129. secundum antiquam impressionem. Ale. in consi. 45. col. 2. uol. 1. Socyn. in citato consi. 294. col. 2. in prin.

9 Sed proprius accendo ad terminos huius quæstionis de lucro do-

tis

tis, ita decidit Ale. in consi. 122. col. 2. uolu. 7. ubi expreßè dicit, quòd iure non cauetur quòd ea quæ legauit primus uir suæ uxori, si ipsa transeat ad secunda uota, quòd censea
10 tur promisisse in dotem, cum communis sit opinio, quòd, ubi simpliciter in testamento uir dicit se legare dotes mulieri, quas asserit esse quãtitatis quattuorcentum librarum, non probetur per dictam confessionem causam illam esse ueram, sed solum operatur illa dispositio ut iure legati quantitas ipsa peti possit. & ideo quòd statutum de lucro dotis, quod est contra ius commune non potest extendi ad casum præsentis quæstionis, cum in dubio huiusmodi statutum restringendum ueniat ut minus lędatur dispositio iuris cõmunis quàm sit possibile l. 2. C. de noxal. c. cum dilectus. de consue. Itẽ
11 quia l. dotem ff. de iur. dot. quæ loquitur quando dos fuit data primo uiro & quæ exorbitat a regula iuris communis, ut est gl. in l. mulier ff. de iur. dot. non debet extendi ad alios casus ibi non expressos l. de vero. §. si uiro ff. solu. matr. & sic ad casum in quo non apparet de dote data.

SVMMARIVM.

1 *Mulier per transitum ad secunda uota censetur dedisse in dotem secundo uiro nomen debitoris hæredum primi uiri: ita quòd in eo habebit locum statutum de lucro dotis. sed contra num. 10.*

2 *Mulier, quæ transit ad secunda uota, in dubio uidetur se nupsisse cum dote data primo uiro, quod declara ut nu. 11. & 12.*

3 *Mulier sicut quando dat expreßè nomen debitoris in dotem transfert in maritum ipso iure, & sine cessione actionem personalem contra hæredes uiri: Ita etiam quando non dat expreßè ipsum nomen debitoris in dotem, sed tacitè.*

4 *Nomina debitorum mulieris non censentur data in dotem, nisi interueniat cessio actionum: quia ipsa nomina non traduntur, sed caduntur.*

5 *Mulier si dedit marito mandatum ad agendum contra hæredes primi uiri, & exigendum quascunque quantitates pecuniæ, & res sibi debitas: per hoc non dicitur cessisse actiones, sed mandasse.*

6 *Aliud est mãdare, & aliud est cedere.*

7 *Marito si promisit uxor dotem florenorum trecentum ei promissam per fratres, eidem uiro non competit actio aduersus fratres debitores mulieris, cum non fuerit ei cessa actio.*

8 *Actio regulariter non transfertur de uno in alium sine cessione.*

9 *Cessio ita se habet circa incorporalia, sicut traditio in corporalibus.*

13 *Declaratio ad l. ij. C. de actio. & obli.*

Quæstio LXXXI.

1 DVBITATVR, An mulier per transitum ad secunda uota censeatur dedisse in dotem secundo uiro nomen debitoris hæredum primi uiri, ita quòd eueniente ipsius mulieris morte possit idem uir agere contra dictos hæredes & consequi lucrum dotis consistentis in eo nomine debitoris. & uidetur dicẽdum
2 quòd sic, quia mulier quę transit ad secunda uota in dubio uidetur se nupsisse cum dote data primo uiro, licet aliter nõ appareat de alia promissione l. penul. §. si uxor, ubi not. ff. solu. matri. l. diuus ff. de iure dot. Bart. in disputa. incip. mulier.

Secundò, quòd dictũ nomen debitoris censeatur in dotem datum, uo

luit Do. meus Rui. in consi. 53. col. pen. & fi. uol. 2. ubi dicit, quòd sicut
3 mulier quando dat expresse in dotem nomen debitoris, in maritum transfertur ipso iure, & sine cessione actione personalis contra hæredes primi mariti l. 2. C. de actio. & obli. ita etiam quando non constat quòd dictum nomen debitoris sit datum secundo marito in dotem: quia tacitè intelligitur datum, ex quo dos non erat adhuc exacta, ut præsupponere uidetur Paul. de Cast. in l. in insulam. §. fi. ff. sol. matr. dum respondet ad l. plerique ff. de ritu nuptia. & in maritum fuit actio personalis translata quemadmodum in casu præcedenti.

Verum his non obstantibus in contrarium emicat ueritas: quod probatur primo ex not. per Bald. in c. i. §. fin. an mari. succe. uxo. ubi tra-
4 dit, quòd nomina debitorum mulieris non uidentur data in dotem nisi interueniat cessio actionum: quia ipsa nomina non traduntur, sed cæduntur, ut not. in l. fi. in prin. de dona. & in d. l. 2. C. de actio. & oblig. & Bal. sequitur Alex. in consi. 122. col. 2. uol. 7. ubi plus dicit, quòd etiam si mulier dedisset mandatum secun-
5 do uiro ad agendum contra hæredes primi uiri, & exigendum quascunque quantitates pecuniæ, & res sibi debitas quacunque ratione uel causa, quòd per hoc non dicitur ces-
6 sisse actiones sed mandasse, & aliud est mandare, & aliud cædere, ut not. gl. & Doct. in l. j. C. de actio. & obli. Bald. et sequitur Cur. iun. in auten. præterea, nu. 13. in fi. C. unde uir & uxor. Idē tenuit Cor. in consil. 127.
7 colu. 2. uersi. & insuper, uolu. 4. ubi dicit, quòd si marito promisit uxor dotem florenorum trecentū ei promissam per fratres, quòd eidem uiro non competit actio aduersus frēs debitores mulieris, cū non appareat
8 quòd eidē fuerit cessa actio per uxorē, quæ regulariter de uno in aliū sine cessione non transfertur l. possessio §. & si possessio. ff. de acq. posses. pro ut. n. non transit dominiū sine tra-
9 ditione possessionis l. traditionibus C. de pact. ita nec actio sine cessione], cum ita se habeat cessio circa incorporalia, prout traditio circa corporalia, ut not. gl. ī l. fi. C. quan. fisc. uel priua. Bar. in l. non quocunque. §. caiū, de leg. i. & ita in facto in terminis huius quæstionis (quòd non intelligatur datū secundo marito in dotem nomen debitoris primi uiri) dicit se obtinuisse Bald. nouel. in tract. dot. in 6. par. specia. 71. quē sequitur Cur. Sen. in consil. 78. in addi. ipsius consilii.

11 Non obstant quæ pro altera parte adducta fuerunt, & in primis, quòd mulier transeundo ad secunda uota censetur se nupsisse cum dote data primo uiro, & sic quòd cēseat ded isse in dotē nomen debitoris quia respōdetur secundū Bal. nouel. ubi supra quò licet uera sit illa cōclu sio quòd uideatur mulier in dubio se nupsisse cum eadem dote: tamen talis tacitus actus nō debet magis operari quam expressus, arg. l. qui ad certum. ff. loca. quia etiam expresse se nupsisset cum eadem dote, ex tali promissione eiusdem dotis non insurgit quòd uideatur mulierem dedisse in dotem nomen debitoris, s. primi uiri siue eius hæredum, sed ipsa uidetur promisisse soluere dotē, nec tunc liberaretur cædendo actionē contra illos hæredes, quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest l. 2. §. appellata ff. si cer. peta.

12 Præterea secundum eum, dato sine præiudicio ueritatis, quòd nubendo secundo uiro non aliter facta mentione dotis, intelligatur tacitæ

citæ in dubio dedisse nomen debitoris .s.primi uiri in dotem:tamen talis tacitus actus non debet aliâ operari specialitatem,quod censeatur cessa actio iuris ministerio,per ea quę habentur in l.i.C.de dot.promis. & in l.cum post §. gener.ff. de iure dot.

Non obstat secundo autoritas D. mei Rui.in citato consi.53. quia cōtra eū tenēt Ale. Bal. nouel.& Cur. Sen. nec uidetur uerū quod in secundum maritum intelligatur translata actio personalis contra hæredes primi uiri, sicut quādo expresse datum esset nomē debitoris in dotem per l.2.C. de acti. & oblig.quia secundum Bal.nouel. in loco

13 supra citato, dispositio illius legis procedit & locū habet quando assignatio nominis debitoris facta fuisset expresse: secus si resultaret per modum tacitum,ut in casu huius quæstionis. & ideo ex his concluditur, quòd cum ipsum nomen debitoris hæredum primi uiri non fuerit datū in dotem secundo uiro,sed pecunia exigenda:quòd idem uir non poterit agere contra dictos debitores, & per consequens non lucrabitur dotem ex ui statuti consistentem in nomine ipsorum debitorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem uxoris sine liberis locum habet, siue uxor decesserit ab intestato, siue cum testamento;& nu.10.*

2 *Quarta quæ debetur ex dispositione auten.praterea C.unde uir & uxor, marito inopi pramoriente uxore locuplete,locum habet (secundum cōmunem) tam condito testamento, quàm ab intestato.*

3 *Lucrum dotis datur à lege municipali uiro propter onera matrimonij.*

4 *Statuto si caueatur quòd uxore præmoriente cum liberis ipsi lucretur dotem, uel eam habeant, mater non poterit in præiudicium filiorum testari de dote.*

5 *Statuto Vercellarum etsi disponatur quod uxore præmoriente sine liberis dimidium dotis habeant eius agnati,alia uero cedat lucro mariti: tamen uxor non poterit instituere maritum in omnibus suis in præiudicium agnatorum.*

6 *Ius mihi quæsitum ex dispositione statuti uel legis, non potest per te mihi auferri.*

7 *Statutorum natura est ligare subditos ad ipsorum obseruantiam.*

8 *Dos quādo retinetur ex pacto uel conuentione de lucrando,etiam extantibus liberis, de ea mulier non potest testari.*

9 *Statutum de lucro dotis tanquam exorbitans et contra ius cōe strictè debet intelligi,cum auferat uxori liberam testandi facultatem.*

11 *Maritus in lucro dotis non potest per uxorem grauari.*

12 *Quarta ubi uni debetur siue ex dispositione legis,aut statuti, uel consuetudinis non potest ab eo auferri.*

13 *Lucrū dotis nō dicitur esse de hæreditate mulieris,sed tanquā æs alienū.*

Quæstio LXXXII.

1 QVAERITVR, An statutū quòd uir lucretur dotem uxore prę moriente sine liberis, locum habeat siue uxor decesserit ab intestato siue cum testamento, in quo alium præterquam maritum instituerit. Et quia in hoc non reperio doctores discordantes, Ideo concludenter loquendo teneas quòd

2 sic. Primo per text.in autent. præterea C. unde uir & uxor, iunctis ibi nota. per Scriben.ubi illa quarta quæ debetur ex dispositione illius auten.marito inopi pręmoriēte uxore

uxore locuplete, locum habet tam condito testamento quàm ab intestato; & si cōtra uoluntatem ipsius uxoris,& istam esse cōmunem opinionem testantur Corn. in consi.4. col.2.& 3. uol.4. & Socy. in consil. 121.col 4.in prin.uolu.4.Ergo similiter lucrum dotis, quod ex dispositione huiusmodi statuti deferē marito, debet habere locum siue ab intestato decesserit ipsa uxor, siue cū
3 testamento. Quod & suadetur ratione. Nam tale lucrum, ut diximus supra q.4.datē a lege uiro propter onera matrimonii. quæ ratio ita militat quando uxor decedit cū testamēto q̃ etiam qñ ab intestato, ergo eadem debet esse iuris dispositio arg.l.illud, ff. ad l.aquil.
4 Secundo facit quod not. Paul.de Cast. in l.si cum dotem, in fi.ff.sol. mat.ubi dicit, quòd stante statuto uxore præmoriēte cum liberis ipsi lucrentur dotem, uel eam habeāt, quòd eo casu in præiudicium liberorum non poterit testari. Vtique igitur dicendum est idem in terminis huius statuti in quo disponitur, quòd maritus lucretur dotem: & per hanc decisionem Paul. dixerūt Moder.Vercellen.in l.fin.nu.99.C. de pact. quòd stante statuto Vercel
5 larum quòd uxore præmoriēte sine liberis dimidiā dotis habeant agnati eiusdem mulieris,alia uerò cedat lucro mariti,φ uxor non poterit instituere eius uirum in omnibus suis bonis in præiudicium agnatorum,
6 quibus per statutū prouisum erat, quia ius mihi quæsitum ex dispositione statuti uel legis non potest per te mihi auferri l. si constante, cum ibi not.per Bal. C.de dona.ante nupt. Tradit Aret.in consilio 78.
7 col.,penul. & quia de natura statutorum est ligare subditos ad ipsorū obseruantiam c.ut animarū, de constit.lib.6. cum aliis de quibus per Alex.in consi.101.uolu.3.dicentes ipsi Moder.idē esse si ex pacto, uel ex conuētione speciali dos uel eius dimidia alteri in certis casibus esset promissa, aut debita, quia simili casu non posset mulier de ipsa dote, uel eius parte testari, per nota. per Bal.in l.pro hæreditariis,col.3.ver. & ad euidētiam C.de hæredi.actio. ubi quando dos retinetur ex pacto
8 de lucrando,etiam extantibus liberis, mulier non potest de dote testari, quia ex ui contractus est ad aliū applicata arg.l.cum maritus,§.fi.ff. de pact.dota.l.si antè C.de donationibus ante nup. & ex his quæ tradit Acquen.in dicta lege post dotem, col.5 uersi.sed cogitabā ff.sol.mat.

Tertiò probatur ista cōclusio ex nota.per Paris.in consi.34.col.2.uolu.3.& in consi.127.col.3. in princ.
9 uolu.i. dum dicit φ tale statutum de lucro dotis tanquam exorbitans & contra ius commune strictè debet intelligi, cum auferat uxori liberam facultatem disponendi de bonis suis. Idē uoluit Socy.in cons. 127.col.3.uolu.i.
10 Quartò expressius in terminis huius quæstionis hoc uoluit Paul. de Cast. in l. si cum dotem, in pen. col.in fi.ff.solu. mat. & in consi.82. uol.i.Cuma.in consi.48.col. 2. Fulgos. consi.203.col.2. Deci. consil. 386.col.3. Ias. in consi.127.col.2. & 3.uolu.i. D. meus Rui. in consil. 8. col.i.uol.2.ubi inquit, quòd mari-
11 tus dicto lucro priuari non potest nec in eo grauari secundum Bald. in d.l.pro hæreditariis, & in l.quod scitis,C. de bon. quæ lib. quia non uenit maritus ad hoc lucrum ex iudicio vxoris expresso,uel tacito,sed ex prouisione statuti, & contra uoluntatē uxoris, & sic ea inuita: Ideo non potest in illo per uxorem grauamen

uamen imponi l. sed si hc.§.i.de lega.3.l.fi.in prin.ff.ad l.falcid. declarat notanter Bar.in l.cum filio,in i. & seq.opposi.de lega.i.Quæ opinio cõprobatur. Nam ubi aliqua quar-
12 ta alicui debetur ex dispositione legis,statuti, aut consuetudinis nõ potest ipsa ab eo prohiberi,quia debetur ratione iurisdictionis cui sub est defunctus. Vnde non potest disponere cõtra statutum,legem, uel consuetudinem c.requisisti, de testa.l.nemo potest,de leg.i.c.officii, c.raynutius,eo.tit.de testa.per quẽ tex.tradit.Bal.in l.filium quem habentem,in 9.q.C.famil.hercis.testatorem nullo modo posse prohibere quartam alicui debitam ex dispositione statuti.

Postremò facit,quia ut dicitur infra q.90 post Alex.in l.cum uir,ff.
13 ad l.falcid. huiusmodi lucrum non dicitur esse de hæreditate mulieris, sed tanquam æs alienũ, de quo quis testari non potest.

Vltimò,si uerum esset quòd mulier posset de lucro dotis testari, inepta redderetur dubitatio scribẽtium de qua per Socy.in con.114. uolu.i. & Paris in consil.127.col.2. uolu.2. dum quærunt, an maritus, qui præstitit consensum uxori disponendi de dote per, cuius consensum censetur renuntiasse lucro dotis, possit reuocare talem consensum,quia si potuisset sine ei us uelle testari,ad quid opus fuisset quærere nũquid ab eo possit reuocari cõsensus præstitus? certè esset extra propositũ.Igitur teneas ꝙ de lucro dotis,de quo hmõi statuto,vxor testari nõ possit ĩ præiudiciũ mariti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ciuitatis de lucro dotis locum non habet in dotibus datis per principem eius filiabus matrimonio copulatis in ipsa ciuitate. Quod limita ut nume.13.*

2 *Par in parem, uel superiorem non habet imperium.*

3 *Princeps solutus est legibus ab alio conditis.*

4 *Subditi nõ possunt facere legem in præiudicium superioris, qui eorum nõ tãtum est creditor sed & dominus.*

5 *Statuta inferiorum nõ limitant iurisdictionem superioris.*

6 *Superior secundum communem non potest ligari a suo inferiore,minusq̃ incidere in statutum sui inferioris.*

7 *Iudex maior testificans falsum coram minore non potest ab eo puniri, quãdo ille maior habere iurisdictionem in minorum.*

8 *Consuetudo populi uires suas non trahit ut liget superiorem, dato quòd consensus Principis interuenisset ad inducendum ipsam consuetudinẽ.*

9 *Consuetudo permittens consanguineo ueditoris retrahere rem ab emptore,locũ non habet in rege emẽte.*

10 *Statutum Ferrariæ excludens fœminas propter masculos locum non habet in hęreditatibus Illustrissimorum Ducum Ferrarię,etsi bona sita essent in territorio Ferrariensi.*

11 *Quod amplia etiam si ipsi Illustrissimi essent ciues Ferrariæ.*

12 *Statuta inferiorum excludentia fęminas propter masculos non habent locum in filiabus, & sororibus dominorum,& prin cipum.*

14 *Imperator licet sit supra statuta locorum tamen si Imperator aliquid relictum est locum habet ius municipale,si testamẽtũ sumit robur a lege municipali,& ex eo is uult iuuari.*

Quæstio LXXXIII.

1 STATVTVM conditum a ciuitate

te, & disponens de lucro dotis, An locum habeat in dotibus datis per Principem eius filiabus, uel sororibus matrimonio copulatis, ipsa ciui tate? & teneas partem negatiuam.

2 Primò per text. in l. nam & magistratus, ff. de arbi. ubi par. in parem, uel superiorem nõ habet imperiũ, & per tex. in l. Princeps, iuncta glo. ff. de legi. ubi princeps solutus est

3 legibus ab alio conditis. Quod & tradunt Bal. & Alex. in l. debitorũ,

4 C. de pact. ubi dicunt, ꝙ subditi nõ possunt facere legem in præiudiciũ superioris, qui eorum non tantum est creditor sed & dominus: Sed in eorum præiudicium sic.

Secundò confirmatur hæc opinio ex dictis per Bal. in auten. sed nouo iure, col. i. C. de ser. fu. quem sequitur Brun. in consil. 20. col. 2.

5 ubi inquit, quòd statuta inferiorũ non limitant iurisdictionem superioris, arg. l. 2. C. de sportu. & l. 2. C. de constit. pecul. quia non possunt imponere legem superiori, arg. c. uenientes, de iure iuran.

Tertiò comprobatur ista sententia per communem Doct. opinionẽ in c. i. de raptori. ubi uolunt, quòd

6 superior nõ potest ligari a suo inferiore, minusq; ꝙ possit incidere in ipsius inferioris statutum, cum inferior regulariter non iudicet superiorẽ, per c. cum inferior, de maiori. & obed. Item licet statutũ habeat uim canonis, tñ est lex inferioris, q. sicut non põt oretenus superiorem suum ligare, ita nec ꝑ legem suam. Pro quo facit quod uoluit Abb. in c. dilecto, col. fin. uersi. an autem, de testi. quẽ refert, & sequitur Fely. in

7 d. c. cũ inferior, co. i. ubi dicit, ꝙ maior iudex testificans falsum corã minore non potest ab eo puniri, quãdo ille maior haberet iurisdictionẽ in minorem.

Quartò fortificatur ista conclusio ex iis quę scribit Roch. de Cur. in repe. c. fi. in 9. q. principa. post glos. ibi, de consuetu. ubi consuetudo po

8 puli uires suas non trahit ut liget superiorem, etiam ꝙ Principis consensus interuenisset ad inducendam talem consuetudinem, quia superior non ligatur consuetudine inferioris, quod dictum sequitur Tiraq. in loco proximè allegato.

Quintò facit quod uoluit Tiraq. in trac. de retrac. car. 295. num. 38.

9 ubi inquit, quòd consuetudo, quæ permittit consanguineo uenditoris retrahere rem ab emptore, non habet locum in Rege emente, qui non ligatur statutis, aut consuetudinibus subditorum.

Vltimò corroboratur hęc pars ex ijs quę tradit Cardin. Floren. in consi. 2. quem sequitur Fely. in c. i. col. i. uersi. quarta declaratio, de cõ

10 stitu. & Brun. in citato con. 20. col. 2. ubi consueuit ꝙ statutum ciuitatis Ferrariæ sub rubri. de successio. ab intesta. excludens fœminas propter masculos non habet locum in hereditatibus Illustrissimorum Ducum Ferrariæ, & si bona sita essent in territorio Ferrariensi; quia statuta inferiorum non ligant superiorẽ

11 l. 3. in prin. ff. de aliena. iudi. mutã. cau. fac. Quod ampliatur etiam secundum eum procedere dato quòd ipsi Illustrissimi Principes essent ciues eiusdem ciuitatis: quia non eo minus sunt superiores, & dignitas eorum, quo ad omnia facit eos superiores. & cum eo concordat Brun. in tracta exclus. fœmi. in 6. articu. princip. in .i. membro. q. 7. ubi decidit, quòd statuta excludentia fœmi

12 nas propter masculos non habet locum in filiabus, & sororibus dominorum, & Principum: quia ipse nõ excludentur a successione bonorũ

ipsorum

ipſorum Principum, quæ ſita ſunt in territoria ſtatuentium, & in quibus poterant de iure communi ſuccedere:quia poteſtas inferiorũ non extenditur ad ſuperiores, prout etiam tradit D.meus Ruin.in conſil. 83.col.fi.uol. 5. & ideo ex iis rationibus & autoritatibus concludendum fore puto, quòd ſtatutum de lucro dotis non liget Principem,ut mortuis filiabus uel ſororibus ſine liberis,non poſſit reperere dotes da tas,uel retinere promiſſas.

13 Quod tamẽ intelligendũ arbitramur,niſi ipſe Princeps uti uellet beneficio iſtius ſtatuti,& ex eo conſequi commodum: quia tunc ligaretur dicto ſtatuto.ita dixit Bald. in l. & in legaris C ad l. falcid. ubi uo-
14 luit, quòd licet Imperator ſit ſupra ſtatuta locorum:tamen ſi Imperatori aliquid eſt relictũm,habet locum ius municipale, ſi teſtamẽtum ſumit robur a lege municipali, & ex eo uult poſſe iuuari. & Bald.ſequitur Brun. in dicto tract. excluſ. fœmi.in loco de quo ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ de lucro dotis locum non habet in Principe, & ſic in eius conditore.*
2 *Perſona loquentis non includitur in generali ſermone.*
3 *Rex ſi ſtatuit quòd homicidæ omnes ſint in banno, tale ſtatutum locum non habebit in ipſo Rege homicida.*
4 *Epiſcopus excommunicans furtum facientes, ſi furtum ipſe committit, talis excommunicatio eum non afficit: quia quis non poteſt ſibi præcipere,uel uetare.*
5 *Sententia hominis ſicut locum nõ habet in proferente: ita nec ſententia ſtatuti in promulgante.*
6 *Statutum ſi fecit ciuitas quòd nulla perſona uel uniuerſitas poſſit uendere furmentum forenſibus ſub certa pœna:ſi ipſa ciuitas uendit, ſecundum communem, non habet locum pœna ſtatuti.*
7 *Venditio facta per dominum, non ſeruata forma conſtitutionis per eum editæ,ualet.*
8 *Epiſcopus, qui fecit ſynodalem conſtitutionem quòd clerici ludentes ad aleam ſint excommunicati, non efficitur excommunicatus eo inuito ſi ludit cum clerico,ſecus ſi uult.*
9 *Leges inferiorum etſi in Imperatore locum non habeant.tamen fallit Imperator ipſis uti uelit.*

Quæſtio LXXXIIII.

1 AN ſtatutum Principis de lucro dotis locũ habeat in ipſo Principe, & ſic in eius conditore. Videtur dicendum ꝙ non,quia in generali ſer-
2 mone non includiť perſona loquẽtis l.i.ubi not.ff.de ſerui. l. inquiſitio,& ibi per Cy.C.de ſolu.

Secũdo facit quod uoluit Bal.ĩ c. cũ in iure,col.1. de elle. ubi ſi Rex
3 ſtatuit ꝙ homicidæ omnes ſint in banno:tale ſtatutum nõ habebit locũ in ipſo Rege homicida:quia non uidetur loqui contra ſe l.ſi peculiũ, §.ſicut.ff.de pecul. legat.alibi dixit idem Bal.in l.i. §. ſimiliq́; modo C. de lati. liber. tollen. ꝙ ſi epiſcopus excommunicat facientis furtum &
4 ipſe faciat,ꝙ huiuſmodi excommunicatio non afficiet eum, quia non põt quis ſibi præcipere uel uetare
5 l.pe.ff.de arbi. & quia ſicut ſentẽtia hominis non habet locum in proferente:ita nec ſnĩa ſtatuti in promulgante.Idem uoluit Bald. in autent. quibuſcunque,in fin. C.de ſacr.ſan. eccl.in c.i.§.ad hæc,ubi etiam Affli. de pace iura. firm. Hinc dixit idem
6 Bald.in c.cum oẽs,col.9.uerſic. ſed

ecce,

ecce, de constitu. quòd si ciuitas fecit statutũ ꝙ nulla persona uel uniuersitas possit uẽdere furmentũ forensibus sub certa pœna: si ipsa ciuitas uendidit, non habet locũ in ea pœna statuti, sed bene obligantur particulares ꝑsonæ uel uniuersitates, quæ sunt sub ciuitate, & hãc partẽ cõem esse fatẽtur, Alex. in l. j. in prin. qđ quisq; iur. & D. meus Rui. in cõs. 83. col. fi. uol. 5. Pro qua qđẽ opinione facit qđ uoluit Rom. in conf. 444. in ult. dubio dicẽs ꝙ uẽdi
7 tio facta ꝑ Dominũ Plũbini nõ seruata forma constitutionis per eum aditæ ualet: q̃a ipsa constitutio ç͂ensetur imponere necessitatẽ eius solẽnitatis obseruandæ subditis, non aũt ipsi statuẽti. & sic ex his uidere tur quòd hmõi statutũ non habeat locum in eius conditore.

8 Limita tñ hanc conclusionẽ non procedere si Princeps uult ligari dicto statuto, ut probatur ex ijs q̃ uoluit Pau. de Cast. in l. digna uox, in
9 ff. C. de legi ubi dixit post Io. And. ꝙ si episcopus fecit cõstitutionem synodalem, ꝙ clerici ludentes ad aleã sint excõmunicati: si ipse ludat cum alio clerico nõ efficitur excõicatus, q̃a nemo inuitus ligatur lege sua, secus qñ uult, q̃a tunc ligatur, ꝑ gl. ibi, q̃ dicit ꝙ Princeps ligat ll. quando uult, & sic sponte, alias secus. Idem probatur ex not. ꝑ Bal. in l. 4. ff ad l. falci. quẽ sequitur Brun. in tract. exclus. fœmi. in 6. arti. principa. in j. mẽbro. in 7. q. ubi uoluit ꝙ licet in Imperatore nõ habeant locum leges inferiorum. Tamen id est uerum nisi Imperator uelit uti ipsis legibus, quia tũc poterit se iuuare ex illis. Ergo idem concludendum uenit in terminis huius quæstionis, quòd si Princeps uult uti beneficio ipsius statuti de lucro dotis quòd ligatur ipsa lege.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Principis de lucro dotis locum habet in castris & terris uassallorum, si castra vel terrę carent proprijs statutis, & num. 7. ubi de Decreto Montisferrati.*

2 *Prouincia aucta accessorie regno, ita ꝙ sit vnum regnum cum primo, secũdum communem, regulatur secundum leges ipsius regni, & eisdem regulis, & priuilegijs est gubernãda.*

3 *Statutum ciuitatis extenditur ad castra sibi subiecta, si nõ habent cõsuetudinẽ uel legẽ specialem, & nu. 4.*

5 *Ciuitas vel castrum quãuis separẽtur a regno: tamen si exinde fiant nouæ leges per superiorẽ ligantur dictis nouis legibus, si rex in eis retinet directum ius, ut quia infeudauit.*

6 *Banniti superiorum sunt etiam banniti in terris subditorum quamuis habeant merum, & mixtũ Imperiũ.*

8 *Dominium directum habens, dicitur habere directum ius.*

9 *Decreta Illustrißimi Marchionis Mõtisferrati excludentia certas fœminas a successionibus extantibus masculis in eis nominatis, vendicant sibi locum in terris uasallorum, si non habent statutum speciale.*

Quæstio LXXXV.

1 DECRETVM Principis de lucro dotis, An locũ habeat in terris vasallorum? omissa uerborum prolixitate inimica sapientibus, ut tradit Aret. in conf. 11. col. 2. & quæ solet apponi ornatus causa ut etiam per eundem Aret. in conf. 6. in prin. concludendum arbitramur ꝙ sic, si castra, oppida, & uillæ uassallorum carẽt proprijs statutis. Et primo, ꝑ

text.

tex.iuncta gl.in c.cum olim, in uerbo anglicanis,de consuet. ubi ecclesiæ inferiores debent regi & gubernari ſm consuetudinē,& eius ecclesię metropolitanæ superioris. Idem uult tex.in c.de his, 12.dist.

Secundo per doctrinam Bart. ab omnib⁹ receptam,in l.si cō uenerit
2 §.si nuda ff.de pigno.actio.ubi prouincia augmētata accessoriè comitatu, uel regno, ita ꝙ sit unū regnū cum primo,uel unus comitatus, regulatur ſm regulas ipsius regni uel comitatus,& eisdem legibus & priuilegijs est gubernanda, quibus regnum & comitatus.& Bar.sequūtur Roma.in consi.218.col.3.Alex. in consi.114 col fi.uol.4.duplicato in cons.47.uol.6.Barb.in c.translato,in 7.col.de cōsti. Ias.in §.in ꝑsona, in 4.col instit. de actio. Calcan.in consi.2.col.19.uersi.ad unum tātum est aduertendū.Afflic.in c.j.§. & si clericus,col.10.in prin.de capitu.corra.Ripa.in j.par. Respon.21. & Cur.Sen.in cōsi.56.col.6. ubi firmat hanc esse cōmunem opinionē.

Tertio,facit quod not.Bar.in l.j. quæst.36.C.quæ sit lon.consue.ubi
3 inquit, ꝙ statutū ciuitas extēditur ad castra sibi subiecta, si ea non habent consuetudinem uel legem specialem, per l. qui ex uico ff.ad municipa. secus si ipsa castra specialē legem uel consuetudinem haberēt. quia tunc ea seruanda forent,Idem uoluit Alex. in citato consil. 114. col.fi.Roma. consi.141.col.2.Pau. de Cast.in consi.208.col pen.secundum impressionem antiquam,& in consil.39.col.j.uolum.2. ubi dixit,
4 quòd statuta,& consuetudines ciuitatis debent seruari in comitatu, & eodem modo in ciuitate,quæ est caput prouinciæ,arg.l. de quibus, de legib.& hoc quando deficit speciale statutū,uel consuetudo loci. Qđ & placuit Socy. in consi.81. col.3. uol.4.& in consi.128.in prin.eo.uolum. & in consi. 271 . col.j. uol.2. Hoc etiam tenuit Roch. de Cur.in repe.c.fin.car.34.col.4. uersi.5. limita,de consue.Ias.in l.omnes populi,in 2.lect.in 5.col.ff. de iust. & iur.Ioan.de Amic.in consi.20.col. 3.uersil. & ex hanc conclusionem , & in consi.75.col,2.in prin.

Quarto, confirmatur ista opinio ex ijs quæ scribit Mart. de Lau. in
5 tract.de princip.in uersi.72. ubi dicit, quod si diminuitur dominiū ꝑ Regem uel Ducē, puta ciuitas uel castrum separatā regno uel a Ducatu , & exinde post ipsam separationem fiant noua decreta uel nouæ leges per superiorem , quòd ciuitas uel castrum separatum legatur uictis nouis legibus, si Rex uel Dux retinet directum ius in dictis ciuitate & castro, ut puta quia ipsa loca infeudauit,per not.per Bal.in l.j. C. unde cogna. Secus si nullam iurisdictionem uel nullum Imperium retinuerint: quia tunc ipsis legibus non ligarentur l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi.l. cunctos populos C.de sum.trini.& fi.catho.Quod inquit notandum ad plura.

Quinto accedit qđ uoluit Bald. in l.etiam, circa fin. C. de iur. dot. quem refert & sequitꝰ Brun. in tracta.exclus.fœmi.in 6.arti.principa.
6 in j.memb.q.7. dum uult bannitos superiorum esse bannitos in terris subditorum, quamuis habeant merum & mixtum Imperium.

Vltimo,in proprijs terminis huiusmodi quæstionis eam decidit Paul.de Cast.in cōsi.268.in 2.uol.ubi quærit an Decretū illustrissimi Domini Marchionis Montisferrati , quòd mortua uxore alicuius terre suæ sine liberis ex ipso matrimonio derelictis , uel si nati mortui fuerint

fuerint superstite marito, ipse succedat in dote uxoris prædefunctæ, habeat locum, & sit seruandum in castro feudali, ex quo loquitur in uxore de terra sua: & determinat ꝙ sic, quia licet illud castrum non uideatur posse dici terra sua, quia nõ est sua pleno iure, uel solum ratione directi Dominij, cũ feudatarius habeat utile, iux. plene not. in c. j. de capitu. corra. in gl. magna, iuncta l. seruos, de lega. 3. Tamen quòd potest dici terra sua ratione directi dominij. licet utile sit alterius: sicut ratione proprietatis solius, per l. si quis in suos, de lega. 3. & hoc non obstante d.l. seruos, cum ibi nota. in gl. prima: quia habens directum
8 dominium dicitur habere directũ ius l. Iulianus scribit si hominem, in fi. cum sua gl. ff. de rei uendi. Pro cuius confirmatione facit quod tradit Brun. in d. Tract. exclus. fœmi. in 6. arti. princip. in j. membro, in 7. q.
9 ubi inquit, quòd Decreta Illustrissimi Domini Marchionis Montisferrati, quæ excludunt certas fœminas a successionibus, extantibus masculis in eis nominatis, uendicant sibi locum in terris uassallorũ, quãdo terræ uassallorum non haberent statutum diuersum uel cõtrarium, & ita teneas.

SVMMARIVM.

1 *Statut. si caueatur quòd maritus per mortem uxoris cum liberis lucretur dotem, tale lucrum non perditur ꝑ virum ob transitum ad secunda uota: sed in contrarium est communis, vt nu. 7.*
2 *Statutũ quando aliquid non dictat nec nos dictare debemus, quod declara vt nume. 8.*
3 *beneficiũ legis nemini debet auferri.*
4 *Lucrum dotis non acquiritur per uirũ aliquo titulo a coniuge prædefuncta, sed ex legis prouidentia, quod intellige ut nu. 10. & 12.*
5 *Lucrum dotis non prouenit uiro ex mera libertate, sed ex necessitate statuti, quæ omnem libertatem excludit: quod declara ut nu. 14.*
6 *Lucrum dotis ex pacto per transitum mariti ad secunda uota reseruatur filijs primi matrimonij, quod declara ut nu. 13.*
9 *Statutũ licet nõ recipiat interpretationẽ quo ad substãtiã ipsi⁹ statuti: tñ sec⁹ sup cõsecutiuis eiusdẽ statuti.*
11 *Acquiri id dicitur ex prouidẽtia hominis, qđ acquiritur ex dispositione legis, cui partes poterant renũciare.*

Quæstio LXXXVI.

1 Lege municipali cauetur quòd maritus per mortem uxoris, liberis extantibus, lucretur dotem: Quæritur an huiusmodi lucrum per uirũ perdatur ob transitum ad secunda uota. Et primo uidetur quòd non: quia cum statutum hoc non dictet
2 nec nos dictare debemus. & iste modus arguendi probatur in l. si seruũ §. prætor ait, uersi. non dixit prætor ff. de acquiren. hæredita. Præterea hoc iure cautum non reperitur, ergo erubescimus cum sine le-
3 ge loquimur l. illam C. de collatio. Item beneficium legis nemini debet auferri lege si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adoptio.
Secundo, quia lucrum hoc non
4 acquirit uir aliquo titulo a coniuge prædefuncta, sed ex legis prouidentia argu. l. fin. C. de bon. mater. ubi per illũ tex. ita ibi determinat Bal. quẽ sequuutur Corn. ibi, Atet. in l. si ab hostib⁹. §. j. col. i. ff. sol. ma. Bal in q. statut. in uerbo dos q. 21. Frã. de Pepis in rep e. auten. ꝑterea. car.

car. 14. uer. 3. & ultimò C. unde uir. & ux. Barb. ĩ c. officij, co. 20. de test.

5 Tertiò facit. Nam huiusmodi lucrum non prouenit uiro ex mera liberalitate, sed ex necessitate statuti, quæ omnem liberalitatem excludit l. rem legatã ff. de adim. leg. quo argumẽto in proposito utitur Cor. in aut. ex testamento. C. de colatio.

6 Contrarium uerò sententiam teneas. Et primò, quia lucrum dotis ex pacto per transitũ ad secunda uota mariti, reseruatur filijs primi matrimonij, auten. uxore C. de secun. nup. auten. neque uir quod ex dot. Bar. & Doct. in l. fœminæ. §. illud C. de secun. nupt. ergo etiam lucrũ statuti quod habet in se tacitum pactũ tanquã a principio uoluerint se cõiugeś conformare cum dispositione leges, ut per Bar. & cæteros in l. hęredes mei §. cum ita ff. ad Trebe.

Secundò per tex. in auten. præterea C. unde uir. & ux. quæ loquitur de lucro quartæ debitæ coniugi ex prouidentia legis, quę tamen reseruatur liberis.

Tertiò facit tex. in l. si uerò expectet, in aut. de nup. ibi omnis enim dederit proprietatis modus in ijs, quæ ad eam ex priori coniuge uenerũt, & in §. quia uerò lucra, ibi quæcunq; lucrati fuerũt siue per dotis, siue per sponsalitiæ largitatis occasionem, quę uerba generalia etiam comprehendunt lucrum statutorũ, ut etiam ponderat Ang. in d. §. quia uerò. & Corn. in consi. 309. col. pen. uersi. itẽ infertur, in fi. uol. 3. Nicol. Arelat. in l. generaliter. car. 19. uers. 3. facit. C. de secun. nupt. Ripa in d. l. fœminę, car. 22. nu. 45. circa fin. C. eod. titu.

Quartò, adducitur tex. in d. l. fœminæ, ibi quicquid nuptiarum solẽnitate perceperint: quæ uerba etiã sunt apta comprehendere id ipsum lucrum statutorum, ut expresse dixit ibi Ripa, & Corn. in consil. 269. in fi. uol. 4.

Quinto accedit & text. in l. generaliter. C. de secun. nupt. ibi quę de bonis mulieris ad eũ deuoluta sunt quæ uerba cum generaliter prolata sint, pariter generaliter intelligẽda ueniunt de quacũque deuolutione bonorum mulieris an virum, siue via pacti, siue statuti, quia vtroq; modo deuolui dicuntur ad uirũ de bonis mulieris. Vnde cum text. non se restringat ad deuolutionem quę fit ex pacto, nec nos restringere debemus l. de pretio. ff. de publi. l. j. §. generaliter, de leg. præstand. & dictum tex. esse expressum ad quęstionem præsentem dixit Nico. Arelat. in d. l. generaliter. col. 20. in princi.

7 Sextò hanc. q. decidit Bal. sibi cõtrarius in d. auten. ex testamẽto. C. de secund. nupt. vbi concludit, tale lucrum non deberi viro, qui transit ad secunda uota, quoad proprietatem, & subdit quòd istud fuit dictũ cuiusdã Doctoris vltramontani cuius nomen ignorat, inquit tamen Anto. Boer. in decis. 185. quòd fore fuit Io. Fab. qui in auten. donatione C. de secun. nup. voluit hoc habere locum in conquestis uiri, in quibus mulier habet medietatẽ de cõsuetudine. Idem uoluit Bal. in autẽ. uxore C. eo. tit. & in l pro hereditarijs, col. 2. in fi. C. de hæredi. act. Ro. in l. si cum dotẽ, in prin. col. 10. uers. unde septima opinio fuit ff. sol. mat. & in consi. 190. col. fi. in prin. Paul. de Cast. in l. 2. in prin. col. 2. sol. mat. & in d. l. fi. C. de bon. mater. dũ uult, ꝙ licet Bal. dicat patrem non perdere lucrum, quod habuit ab uxore ꝑ transitum ad secunda uota: tamẽ ꝙ tenetur post mortem reseruare filijs, per dictam l. generaliter. C. de secun. nup. Idem uoluit Saly. in d. l.

 fœminæ.

fœminæ §.illud.Alex.& Iaſ.in l.fin. C.qui teſta.fac.poſſ.Idem Alex. in l.j.§.hoc autem,col.2.uerſi.4 fallit ff.ad Trebel.& in addit.ad Bar.in d. l.fœminæ.necnon Cremen. in ſing. ſuo ultimo,ubi inquit contra Bal.in d.l.fin.ſe conſuluiſſe per tex.qui nõ poteſt cauillari in §.proſpeximus, in auten.de nup. qui ſubdit, quod idem conſuluit Anto.de But.in cõſ. incip.circa examinationem, cũ hac quoq; ſententia pertranſit Cor.in d. auten.ex teſtamento,& in cõſi.309. col,4 uol.3.& in conſi.269.col.fi in fi uol.4.Moder.in in rub.de do.int. uir.& uxo.car.49.col.2.Socy.conſi. 42.col.2.uerſi.ſed iterum,Dec.in l. j.C.de ſecũ.nup.Ripa in l.2.in prin. col.4.uerſi.adde etiam, ff.ſol.matr. & in d.l.fœminę,nu.45.C.de ſecun. nup.ubi atteſtatur hanc eſſe cõmunem. Quam etiam uti communem amplectuntur, Nicol.Arelat.in d.l. generaliter,nu.38.Io.Garro. in d. aut.ex teſtamento,nu.56.& in rub. eiuſdem tit.de ſecun.nup.nu.9.Idẽ tradit Alcia.de uerb.ſigni. in prin. nu.34.Do.meus Rui.in conſi.101. col.2.uol.j.& ita ter fuiſſe iudicatũ in Curia Burdegalenſi, ſecundum hanc receptam ſententiam, inquit Boer.in deciſ.185.

8 Non obſtant,quæ ex aduerſo alle gata fuerunt: quia quoad primum argumentum reſpondetur, ꝙ licet ſtatutum hoc non dictet: tamen re cipere debet interpretationem a iu re communi,uidelicet niſi ſecundo nubat: quia per hanc interpretatio nem minus læditur diſpoſitio iuris cõmunis l.2.C.de noxal.c.dilectus, de cõſue.gl.& Doct.in l.ſi.§.in cõ putatione C.de iure delib.ita dixit Bal.in d auten.ex teſtamento, col. pen.& Nicol.Arelat.in d.l.generali ter,nu.41.& Corn.in citato conſil. 269.in fi.uol.4.

Nec habet obſtare ſi dicatˉ ꝙ ſtatutum non recipiat interpretationem iuris: quia ſecundum Bald.in d.auten.ex teſtamento, id eſt uerũ quo ad ſubſtantiam diſpoſitionis ip ſius ſtatuti ſed bene recipit ĩterpretationem ad caſum,de quo quęrĩt, utrum ille caſus intelligatur diſpoſi tus per ſtatutum uel ne,per l.ſerui, de noxa actio.Hoc idẽ uoluit Bal.in d.auten.uxore.C.de ſecun.nupr.dũ inquit,ꝙ licet ſtatutum nõ recipiat 9 interpretationem quoad ſubſtantiã ipſius ſtatuti: tamen poteſt eam re cipere ſuper conſ. cutiuis eiuſdem ſtatuti,ideſt lucrorum,quæ deſcendunt ab ipſo ſtatuto: quia huiuſmo di interpretatio non eſt extra natu ram rei ſtaturę.ita etiam reſpondet Bal.in quæſtio.ſtatuto.in uerbo lucrum,q.ulti.

Ad ſecũdum argumentum, ꝙ ex prouidẽtia legis fuit acquiſitum lu-
10 crum marito, reſpondetur, ꝙ imò ex diſpoſitione & uoluntate coniugum acquiſitum fuit,qui ſe confor mare uoluerunt cum diſpoſitione legis,ut dictum fuit in primo fun-
11 damento partis affirmatiuę.id.n.di citur acquiri ex prouidentia hominis,quod acquiritur ex diſpoſitione legis,cui partes poterant renunciare,ſecũdum Bar.in l.ita ſtipulatus, in j.q.ff.de uerb.oblig.Vnde cũ cõiuges in conſtitutione dotis poterant ſtatuto renuntiare non renuntiando uidentur tacite ſuper lucro acquieſcere uelle legi.Nã ipſa mulier uolens antecedens, ideſt dando dotem,uidetur etiam uoluiſſe conſequens,ideſt lucrum uiri, ita Ripa in d.l.fœminę,& Nicol.Arelat.in al legata l.generaliter,nu.40.

12 Secundò etiã reſpondetur ex mẽ te Rip.& Arel.vbi ſupra, quòd etiã acquiſita ex prouidentia legis reſer uantur filijs,ut eſt tex. in d.autent.

præ-

præterea.C.vnde vir.& uxor.

Tertiò respondetur, quòd in dicto Bal.in d.l.fi.non est facienda uis quia ipsemet in alijs locis supra citatis tenet oppositum, & contra eũ est communis Doc.senten.

13 Quartò respondet saluando Bal. in d.l.fina.quod eius opinio procedere potest quo ad usumfructum, secus quoad proprietatem,quæ conseruari debet filijs primi matrimonij,ut per Paul.de Cast.in d.l.2.colum.2.solu.matri.& in ipsa l. fin. C. de bon.matern.Idem voluit Rom. in d.l.si cum dotem,vbi formaliter dicit,quinimo etiam si hoc lucrum dotis caperet ex forma statuti per transitum ad secunda uota, perdit quoad proprietatem,& liberis primi matrimonij applicatur patre solum vsumfructum percipieute.Q.V & sentit ipse Bald.in d.auten.ex testamento,dum inquit tale lucrũ nõ deberi viro quoad proprietatem,& sic secus sentire videtur quoad vsumfructum.& in specie Bald. in d. l.fin.declarat Cremen.in d. suo singula.vlti.quem sequuntur Moder. in repeti.dictæ rubr.de do.inter uirum & vxor.loco de quo supra. idẽ etiam tradit Do.meus Ruin. in cito consi.101.col. 2.

14 Ad tertium quoque fundamentum Corn.de necessitate statuti respondetur,quòd statutum non dicitur a principio necessitate, cum esset tunc in potestate coniugum aliter ꝓuidere:postea vero dicitur necessitate ex tacito pacto,ita Rip.in d.l.fœminæ,car.23.

Secundò respondetur,quòd ipsemet Corn. tenet contrarium in locis supra citatis, & contra eum etiã est communis opinio, Adeò quòd in eius dicto non potest fieri fundamentum.& sic ex his concludendũ est,maritum transeuntem ad secunda uota perdere lucrum dotis, quo ad proprietatem,licet secus quo ad vsumfructum,& ita firmiter teneas in iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens ꝙ uxore premoriente maritus lucretur dotem locũ non habet,si uxor decesserit cum liberis,sed contra nu.4.*

2 *Lucrum delatum ex prouisione testatoris,siue sit uniuersale,siue particulare defertur sub conditione,si nõ extabunt filij,quod declara ut in numero 5.*

3 *Lucrum alicui perfecte quæsitum reuocatur per superuenientiam liberorum.*

6 *Dispositio l.si vnquam C.de reuo cã. donat.secundum communem locum non habet in donatione ob causam.*

Quæstio LXXXVII.

1 DECRETO cauetur quòd vxore pręmoriẽte maritus lucretur dotem.Offertur dubium,an tale decretum locũ habeat, si vxor decesserit cum liberis.Et videretur dicendum quòd non,quia licet statutũ ita simpliciter loquatur,tamen intelligendum venit si non extabũt filii,quo-

2 niam quemadmodum lucrum delatum ex prouisione testatoris siue uniuersale sit, siue particulare defertur sub prædicta cõditione, si nõ extabunt filii l.cum acutissimi C.de fideicommiss.l.cum auus, de condi. & demonstrat.l.generaliter.§.cum autem C.de insti.& substi. ergo eadem ratione videtur idem dicendũ in lucro delato a lege, uel statuto, maxime cum dispositio testatoris, & legis a pari procedunt. §. disponat,in auten.de nup.

3 Secundò, quia videmus, quòd lucrum alicui iam perfectè acquisitũ reuocatur per superuenientiam liberorum l. si vnquam C. de reuocã. dona, ergo multo fortius videtur ꝙ superexistētia liberorum impediat lucrum acquiri marito: argumen. l. pater furioso. ff. de iis qui sunt sui uel alien. iur. & ita per istam rationem hoc sentit Bald. in l. j. in j. q. C. de inffic. don. vbi tradit quod si mulier fecit pactum de lucranda dote etiam procreatis filiis quòd maritꝰ vxore præmortua excludet filios ēt quo ad legitimam virtute pacti subiungens non obstare dictam l. si unquam, quia ibi non cogitatum fuit de liberis, hic sic quia voluit dicere ipse quòd in pacto erat. dictum, ꝙ etiam lucraretur extantibus filiis. Cum igitur statutum lucrum simpliciter deferat p̄mortua vxore nulla facta mentione de liberis, sequit̄ quòd de eis non videtur cogitasse, & per consequens ex mente Bald. ubi supra maritus debet carere cōmodo dicti lucri.

4 Quibus tamen non obstantibus teneas contrariam sententiam, qđ imò extantibus liberis maritus virtute dicti statuti cōsequitur lucrum dotis; ut probatur. Primò per text. iuncta gloss. in l. 2. ff. de pact. dotal. vbi si mulier in matrimonio decedat, siue interueniant liberi, siue nō poterit maritus ex pacto lucrari dotem, & ita in terminis huius decreti voluit Paul. de Cast. in l. 2. in prĩ. col. 2. ff. so. ma. vbi dicit hoc notandum & hoc non habere dubium dixit ibi Ale. col. 2. ꝑ tex. & gl. in d. l. 2 & cum Paul. etiam pertranseunt ibi Socy. col. j. & Ias. col. 3. in prin. Idē etiam uoluit Do. meus Rui. in cōsi. 101. col. 3. uersic. sed pręmissis non obstantibus, uolu. j.

Restat modo respōdere adductis
5 in contrarium. Et in primis non obstant leges cum acutissimi, & aliæ supra allegatę, quia ipsa iura loquũtur quando lucrum delatum in ultima uoluntate defertur ex causa mere lucratiua: Secus quando ex causa onerosa prout est huiusmodi lucrum statuti quod defertur marito ꝓpter onera matrimonij: ut est gl. commmuniter approbata l. si donaturus. §. fi. ff. de cond. cau. da. Igitur non mirum si maritus ad illud uocatur siue extent filij, siue non, quia utroq; casu sustinuit onera maritꝰ, imò maiora filijs extantibus, ita in terminis respondendo dixit Domi. meus Ruin. in citato consi. 101. colum. 4. in fin.

Non obstat secundum fundamētum l. si vnquam, quoniam dispositio illius legis locum non habet (secundum communem opinionem)
6 in donatione ob causam, vt voluit Alex. in consi. 29. uolum. 3. colum. fina. Socy. in consi. 147. col. 5. volu. j. Dec. in consi. 181. in fin. Gozad. in consi. 81. nu. 13. Paris. in consi. 26. num. 62. uolu. 3. & in consil. 69. nu. 100. eod. uolu. Sed huiusmodi lucrũ nō est simplex, & pura donatio, sed donatio ob causam: quia videtur cōcedi propter onera matrimonii, ut supra dictum fuit, ergo viribus nō subsistit: argu. dictæ. l. si vnquam, ut etiam in proposito dixit Do. meus Ruin. in allegato consi. 101. colũ. 4. in fin, cum seq. & ideo ab hac communi sententia in iudicando recedendum fore non putamus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quę promisit dotem arbitrio uiri, licet mortua fuerit antequam maritus arbitratus fuerit. tamen poterit arbitrari ita ꝙ in ea locũ habebit statutũ de lucro dotis: ut nu. 5.*

2 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, quod declara ut nu.6.*

3 *Dos ſemel conſtituta ſoluto matrimonio retinet nomen dotis, ſed de nouo ſine matrimonio conſtitui non põt.*

4 *Promittens pro dote centum, & illud plus quod Titius arbitrabitur, ſi ſecuta morte vxoris ſequatur Titij arbitramentum valebit illius pluris declaratio.*

Quæſtio LXXXVIII.

1 CONSTITVTIO diſponit, ꝙ ꝓ moriente vxore maritus lucretur dotẽ. Pone ꝙ vxor quæ promiſit dotem arbitrio viri deceſſerit priusꝙ̃ vir arbitratus fuerit, An poterit exinde per ipſum dos ipſa arbitrari ita vt habeat locum conſtitutio vel ſtatutum de lucro dotis? Et videtur dicendum ꝙ non. Nam cum iam mortua fuerit vxor, non videtur ꝙ dos 2 debeat poſſe arbitrari quæ ſine matrimonio eſſe non poteſt. l. fi. C. de dona. ante nup. l. 3. de iure dot. notant Docto. in rubri. ſo. mat. volunt 3 quòd ſoluto matrimonio dos ſemel conſtituta retinet nomen dotis, ſed ꝙ de nouo ſine matrimonio conſtitui non poſſit.

Tu verò alteram partem amplectere tanquam veriorem. Et primò ex ijs, quæ decidit Socy. iun. in cõſ. 35. col. pen. & fin. volu. j. ubi voluit 4 ꝙ promittens centum pro dote, & illud plus quod Titius arbitrabitur ſi ſecuta morte vxoris ſequatur Titij arbitramentum, ꝙ valebit illius pluris declaratio: ſubdens, ꝙ recte intuenti hoc voluit Pau. de caſt. in conſi. 10. col. 2. vol. j. dum ipſe ibi in caſu ſuo vult declarationem illam fieri non poſſe, non quia ſit ſolutũ matrimonium, ſed quia recedebat à perſona volente omnino quòd ſi ille arbitraretur & declararet eſſet ei ſtandum nulla habita conſideratione matrimonij per mortem vxoris ſoluti.

Secundò, idem conſuluit in eodẽ caſu de quo ſupra per Socy. Dominus Ruin. in conſ. 225. & in 2. & 4. col. volu. j. vbi determinat, ꝙ ſi pater mulieris, qui ꝓmiſit genero nomine dotis Lucretiæ filiæ ſuæ quadringentos Florenos, & illud plus quod in futurũ qũocũq; & qualitercunq; ipſe pater dederit alteri filiæ Mariæ ita & taliter ꝙ quęlibet ipſarũ tm̃ habeat quantũ altera, & conſtet ꝙ poſt mortem Lucretiæ pater ipſe conſtituerit maiorem dotem in teſtamento Mariæ, qđ maritus præmortuæ Lucretiæ poterit petere tãtum quã tum eſt illud plus, quod relictum reperietur nomine dotis alterius filiæ, virtute promiſſionis ſibi factę, quia huiuſmodi cõſtitutio maioris dotis tendit ad declarationem promiſſionis de illo pluri: ab initio incertæ, quæ trahitur retro ad tempus promiſſionis, ſicut & quælibet alia declaratio retro trahitur: ut p gl. & Doct. in c. cum tu: extra de vſur. Ergo idem dicendũ venit in terminis huius quæſtionis; ꝙ maritus non obſtante morte vxoris poterit arbitrari dotem.

5 Tertiò, quòd poſſit arbitrari: & arbitrio facto dotem lucrari, voluit Bald. in l. 3. C. de dot. promiſ. quem ſequitur Socyn. iun. in allegato conſil. 35. in fin. ubi inquit Iaſ. ita etiã tenere in l. ſi donaturus, col. fi. ff. de condi. cau. dat.

6 Non obſtat quòd dos non poſſit eſſe ſine matrimonio, quia verum eſt præſenti: uel præterito, vt per Bartol. in l. ſi marito §. primo. ff. ſoluto matrimonio, ſed quando matrimonium præceſſit, & dos illo conſtante promiſſa fuit, tunc ſoluto matrimo-

trimonio si exigatur, erit dos: ut ibi in dict. §. primo, dicitur, & in ea secundum Bartol. ibi habebit locum statutum de dote lucranda ita dixit Dominus meus Ruin. in citato cōsil. 225. in fi.

SUMMARIUM.

1 *Maritus cui dos promissa fuit iuxta arbitrium suum, si post mortem vxoris decesserit nulla facta declaratione dotis, hęredes eius non poterunt petere dotem arbitrari, adeo ut consequi valeant lucrum dotis, de quo in statuto.*

2 *Quod declara non procedere vbi maritus ex aliqua iusta causa impeditus fuisset arbitrari.*

Quæstio LXXXIX.

1 Pone stante statuto de quo in quæstione præcedenti, quòd vxor promisit dotem marito iuxta arbitriū suum, an si ipse decesserit post vxorē nulla facta declaratione dotis hæredes eius poterūt petere dotem arbitrari, ut consequantur lucrum, quòd uiro per mortem vxoris defertur? Et breuiter concludendo teneas quòd non: vt decidit Bald. in l. tertia. C. de dotis promiss. nisi forte
2 maritus ex aliqua iusta causa fuerit impeditus. Et ratio est secundum Bald. quia ex quo potuit maritus arbitrari, & non fecit, imputandum est ei, argumen. l. si quis arbitratu in ratione sui ff. de verborum oblition. & melius in l. quòd si nolit. §. si quid ita ff. de edilic. edicto. & Bal. sequuntur Iaso. in l. si donaturus. §. fina. colum. fina. de conditio. causa dat. Brun. in tracta. exclusio. fœmi. in sexto articulo, principal. in secunda quæstion. quarti membro. colū. penul. in fin. & in tracta. de statu. & consti. in verbo lucrum, uersicu. 99. in fin.

SUMMARIUM.

1 *Lucrum dotis, quod defertur marito per mortem vxoris ex vi statuti non dicitur esse de hæreditate mulieris.*

2 *Actio funeraria non solum datur cōtra hæredes vxoris pro portionibus hæreditariis, sed etiam in uirum, ad quem aliquid peruenit nomine lucri dotis.*

3 *Lucrum dotis non agnitum per maritum transmittitur ad hæredes.*

Quæstio XC.

1 Quaeritur, An lucrum dotis, quod defertur viro per statutū vxore præmoriente sine filiis, dicatur esse de hęreditate mulieris mortuę. Gloss. in l. pro hęreditarijs, in verbo sextus C. de hæredi. actio. tenet quòd non dum dicit quòd actio funeraria non solum in hæredes pro portionibus hæreditariis, sed etiam in virum, ad quem aliquid peruenit nomine dotis, instituitur pro rata portione eius, quam lucratus est de dote, ut ecce uir lucratus est centū, in hæreditate sunt ducentum, ipse conuenietur pro tertia, & hęredes pro duabus. & sic glos. præsupponit & tenet quòd lucrum mariti non dicatur esse de hæreditate mulieris. Id etiam voluit Bald. ibi col. 3. versi. in gl. ibi ut ecce. facit etiam text. in l. eum, iuncta gl. in uerbo conferre, de relig. & sump. fune. vbi aduersus eum, ad quem dotis nomine aliquid peruenit, dat prætor funerariā actionem, æquissimū enim uisum est veterib⁹ mulieris quasi de patrimo niis

niis suis ita de dotibus funerari, & eum, qui morte mulieris dotem lucratur, in funus conferre debere ꝓ ea parte, qua lucratur dotē: & eum pariter, ad quem spectat aliud patrimoniū, ꝓ alia rata, & sic tex. & glo. admittunt aliud esse patrimonium mulieris, & aliud qd' lucrat vir de dote. Istud idē ostendit tex. in l. celsus, cū l. seq. ff. e. ti. de reli. & sump. fune. ubi dicit tèxt. quoties mulier decedit, ex dote, quæ penes virū remanet, & ceteris bonis mulieris, ꝓ portione funeranda est. Accedit & text. in l. si uir. ff. ad l. falc. vbi per illū tex. Imo. dicit, ꝙ si uir dotis partem lucratur, & vxorē sepeliat, & eidem hæres exi stat sumptus sepulturæ p: o rata sibi & hereditati ascribuntur in cōputatione falcidię. & id ēt voluit Ale. ibi in j. notab. post Nicol. de Neap. vbi inquit, ꝙ nedū illud, quod lucratur maritus ex pacto lucrādæ: dicitur esse de patrimonio mariti. & nō hæreditas mulieris, sed ꝙ pariter vir lucrat ex statuto. & Ale. sequit Ias in l. si arrogator, col. 8 ver. 4. adde ff. de adop. Idq; ēt placuit Cor. in consi. 178. col. fi. vol. 4. licet de prædictis iuribus, & decisionibus nullam faciat mētionē, ipsiq; sententiæ ēt assentiunt, Dec. in cōs. 19. in fi. & Mod. in tracta. de succes. reg. col. 5. nu. 22. Et ꝙ ista opi. si vera patet, quia si tale lucrum esset de
3 hereditare mulieris, sequeret ꝙ tale lucrū maritus non transmitteret, si non fuisset agnitum, quod tamē est falsum, ut per Bar. & Bal. in d. l. si arrogator. ff. de adoptio. & prout latius dictum supra iu q. 47. ad quam me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, quòd vxore pręcedente maritus lucretur dimidiam bonorum immobilium, locum habet in dimidia parte pecuniarum paratarum pro emptione prędiorum, sed contra secundum magis communem, ut nu. 12.*

2 *Destinatum habetur pro facto, quod declara ut nu. 13. & 14.*

3 *Minores sine decreto pecuniam alienare possunt, non tamen pecuniam depositatam pro emptione prædiorum.*

4 *Pecunia licet dicatur res mobilis, tamen si reperitur depositata penes campsorem ad emendum res immobiles, reputatur res immobilis.*

5 *Ecclesia licet poßit pecuniam superfluam mutuare, non tamen pecuniā depositatam pro emptione prædiorum,*

6 *Tutor creditor pupilli & si sibi ipsi soluere poßit, attamen de pecunia depositata non potest sibi soluere.*

7 *Mobilium appellatione non uenit pecunia fœnori destinata.*

8 *Testator si disposuit, quòd pecuniæ mercium uendendarum reponantur in prædia, hæres non poterit contra uenire voluntati testatoris, & pecunia ipsa reputatur res immobilis, ꝙ intellige ut nu. 27.*

9 *Res vbi est destinata de vno loco ad alium, effectus superueniens antequam res locum destinatum attingat, censetur factus in loco vbi destinabatur.*

10 *Statutum disponēs ꝙ vxore præmoriente in ciuitate maritus lucretur totā dotē, si contraxit matrimonium in loco valde remoto, & dum eam conduceret mortua sit in uia, uir lucrabitur dotem.*

11 *Statutum disponens quòd pręmoriente viro sine liberis vxor succedat in dimidia immobilium, & mobilia remaneant penes eius hæredes, si maritus destinauerat centum pro*

 emptio-

emptione prædij,& mortuus sit antequam prædium emptum fuerit, uxor lucrabitur dimidiam illorum centum.

15 *Aliud est res immobilis, uel haberi primo immobili.*

16 *Declaratio ad l.3. §.quid ergo. ff.de contrah.iud.tutel.& nu.18.*

Quæstio XCI.

1 Lex municipalis, qua cauetur q uxore prædecedente, maritus lucretur dimidiam bonorum immobilium uxoris, nũquid locum habeat in dimidiam partem pecuniarum p
2 eam paratarum pro emptione prædiorum? Et primò dicendum uidetur q sic: quia destinatum habetur pro facto l.& si non sunt §.quid ergo l.lana.l.uestimentorum ff.de auro & argen.lega.l.ligni.§.j.ibi si eã ad concedendum fuerit destinatũ, de leg.3.l.si chorus.§.j.ff.eo.ubi pecunia ad mutuum destinata non uenit sub legato mobiliũ, sed uidetur haberi pro data mutuo cũ ad id destinata esset.

3 Secũdò facit. Nam minores alienare possunt pecuniam sine decreto, cum sit de rebus, quæ seruando seruari non possunt l.j.§.fuit quæsitum ff.ad Trebel.& tamen pecuniã depositatam pro emptione prædiorum non possunt alienare sine decreto. Iudicis, sicut nec alias res immobiles, ut est casus in l.3.§.quid ergo ff de contrah.iud. tutel.quem tex.pro singulari allegat Rom.in l.si ex legati causa ff.de uerbo.oblig.& in cõsi.188.in 3.dubio,& in sing. 103.ubi dicit hũc casum esse singularem, & a nemine quam ab eo notatum. Idem dixit Cremen. in notab.59.& Corse.in sing.suo, in uerbo pecunia. Hinc dixit per dictum tex.Barb.in c.possessiones, col.j.de reb.eccle.non alie.& in c.nulli.col. fi.eo.tit.q licet pecunia dicatur res mobilis: tamen si ea reperiretur penes campsorem deputata ad emendum res immobiles, q reputaretur
5 res immobilis. alibi uoluit idem Barb.in c.2.col.fi.de solutio.q licet ecclesia pecuniam superfluam possit mutuare, ut ibi per Ioan. Andr. Tamen si illa pecunia esset ad banchum depositata pro emptione prædiorum, q ecclesia non posset illam mutuare.

6 Tertiò adducitur. Nã tutor creditor pupilli licet possit sibi ipsi soluere l.quoties.§.sicut ff.de admi. tut. attamen de pecunia depositata non potest sibi soluere. ita Ro. in dicto sing.103.Ripa in d.§.fuit quęsitũ.

Quartò facit qđ no.Luc.de Pen. in l.ult.C.de mune.patrimo.lib.11. ubi tradit pecuniam fœnori destinatam non cõtineri appellatione mobilium, per dictam l.si chorus.

Accedit & quintò qđ dixit Soc. in cõsi.249.col.16.uersi.circa quartam, ubi concludit, q si testator disposuit q pecuniæ mercium uendẽdarum in emptionem prædiorũ reponerentur, hæres non poterit contra hanc dispositionem uenire: & q ipsa pecunia reputatur immobilis.

Sextò, pro confirmatione huius partis facit quod scribit Gemin.in
9 c.præsenti.§.fi.de præben. in 6.ubi inquit, quòd ubi res est destinata de uno loco ad alium, effectus superueniens antequam res locum destinatum attingat, censetur factus in loco ubi destinabatur, & non in loco ubi effectus imprimitur. quod subdit notandum ex quo facit ad dubium statuti disponentis, quòd
10 muliere in ciuitate decedente maritus lucretur totam dotem, nam si cum uxore in loco multum remoto

to matrimonium contractum fuerit, quę dum uiro ad ciuitatem deduceretur: ut itinere mortua sit, maritus tamen dotem lucrabitur: ergo dicēdum uenit in terminis huius quęstionis, quòd cum pecunia destinata reputetur res immobilis, quòd de ipsa pecunia maritus lucrari debet dimidiam.

Vltimò hęc opinio probatur autoritate Alber. de Rosa. in 2. par. sta
11 tu. q. 204. ubi inquit, ꝙ stante statuto quòd moriente marito sine liberis uxor succedat in dimidia immobilium uiri, & mobilia remaneant penes eius hæredes, si maritus destinauerat & deputauerat centum ad emptionem unus fundi, & mortuus sit antequam fundus emptus esset, ꝙ uxor debet habere dimidiam partem illorum centum, per supradictā regulam, ꝙ destinatum habetur ꝓ facto. Quod dictum refert & sequitur Barb. in rub. de reb. eccle. non alien. in §. nunc uerò opportune, colum. penul. in prin. ubi dicit hoc dictum menti tenendum, quia communiter ignoratur.

12 His tamen & similibus non obstantibus contrariam opinionē uti ueriorem & magis a Doctoribus receptam teneas: ꝙ imò ipsa pecunia ad emptionem prædiorum destinata non habeatur ꝓ re immobili, & per consequens ꝙ de ea non lucrabitur maritus dimidiam, ut in in terminis probatur per Iac. de Rauen. Rayn. Cyn. Bal. Ange. Floria. Imol. Paul. de Castr. Fulgos. Alex. Aret. & Lancel. Dec. in l. cætera. §. sed si parauerit ff. de leg. j: ubi uolunt, quòd stante consuetudine quòd mortua uxore uir habeat mobilia, & hęredes uxoris immobilia, si pecunia ipsius uxoris erat parata ad emptionem prædiorum, non per hoc debebitur uiro hæc pecunia, quia destinatio non attenditur nec habetur pro facto. Et istam esse communem dixit ibi Ias. Quam partem tenuit etiam Alex. in d. §. quæsitum, col. 3. & in l. a diuo pio. §. fin. ff. de re iudi. & eam inquit ueriorem Barb. sibi cōtrarius in c. j. col. fi. de Feud. qui & approbat Fely. in c. cum adeo, col. 3. de rescrip. Bologn. in consil. 39. col. fi. Brun. in trac. statu. in 3. par. uersicu. bona. §. pen. Socy. Iun. in consil. 120. nume. 18. uolum. j. ubi hanc esse communem sententiam, quòd dispositio loquens de immobilibus non uerificabitur in pecunia ad emptionem prædiorum destinata, licet aliqui (quamuis male) contrarium dixerint, subdens ab hac communi, non esse recedendum in iudicando, & latissime ultra alios hoc uoluit Boer. in decis. 209. ubi per enumerationem Doct. demonstrat hanc esse communem, asserens ita fuisse iudicatum in supre ma Curia Parisiensi, necnon in Curia Burdegalensi, citans etiam nonnullos Doct. idem uoluisse etiam si pecunia esset iam reddita ex uenditione rei immobilis.

Restat nunc respondere obiectis Et primò ad iura supra adducta ꝙ
13 destinatum habetur pro facto, quia respondetur secundum Docto. in d. §. sed si parauerit, ꝙ illa iura procedunt quando illa destinatio est cœpta deduci ad actum, & illud cœptū non est remotum ab eo quod est destinatum, alias non habetur pro facto. ita etiam dixerunt Alex. in d. l. a diuo pio. §. fi. & in consi. 97. col. 3. uol. 3. Socy. iun. ubi supra.

14 Secundò respondetur, ꝙ ipsa regula posset procedere de iure communi. ubi potest fieri extensio de casu uero ad casum fictum, secus autem in dispositione statuti, quod est contra ius commune, in quo nō admitti-

mittitur dicta extensio de casu uero ad casum fictum l.3.§. hæc uerba, ubi Bartol. ff. de neg. gest. cum
15 aliud sit res immobilis, uel haberi pro immobili. ita Ias. post Bald. in d.§. sed si parauerit, col. 3. & Alex. in d.§. quæsitum, col. 3. & in d.l. a diuo pio.§ fi. col. 5. Barb. in d.c.j. col. fi. de feud.
16 Secundò non obstat text. in d.§. quid ergo. quia respondetur, q ibi non dicitur quòd ad hoc ut illa pecunia possit haberi per tutorem, requirantur illæ solemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei immobilis minoris, de quibus in l. magis puto.§. ne passim ff de reb. eor. sed solum ibi dicitur, q tutor qui erat creditor pupilli fuit in culpa si per iudicem non fecit cogere depositarium ut de pecunijs depositis satisfaceret ipsi tutori, & ideò quòd tutor non potest exigere usuras pecuniæ si sibi debitæ, quam neglexit exigere. Ita respondet Alex. Aret. & Ias. in alleg.§. sed si parauerit. & Alex. in d.§. quæsitum, col. 3. & in l. a diuo pio.§. fi. col. 6. Fely in citato c. cũ adeò, colum. pen. ac Boer. in decisio. 209.

Secunda datur responsio, secundum Barb. in d. cap. j. colum. fina. de feud. & Lancel. dec. in d.§. sed si parauerit, quòd in casu illius §. quid ergo, est speciale fauore minoris.

Non obstant tertiò no. per Socy. in di. consil. 249. quia respondetur, quòd eius sententia, ut ipsam idem declarat, procedit ubi is, qui uult disponere de ipsa pecunia conuertẽda in emptionem prædiorum, non potest ipsam destinationem abolere: Tunc enim debet iudicari ipsa pecunia ut res immobilis, ex quo omnino in rem immobilem tenebatur conuertere. & ita secundum
18 eum intelligendus est text. in d.§. quid ergo: secus autem si is, qui destinauit huiusmodi pecuniam ad emptionem prædiorũ, potest de ea nihilominus disponere, & consequenter ipsam destinationem tollere: quia tunc pecunia non censetur immobilis.

Vltimò non obstant alia in contrarium adducta. quia satis responsum apparet ex supradictis: nec de autoritate Alber. de Rosa. curandum est cum cõtra sit recepta Doc. sententia. Et ideo concludendum fore existimamus, secundum ipsam communem opinionem, maritum non debere lucrari dimidiam partem pecuniarum per uxorem paratarum ad emptionem prædiorum. & ita teneas in iudicando, ne alias facias litem tuam, ut per Bal. in l. fi. C. de pœn. iud. qui male iudica.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens quòd vxore præ decedente sine liberis maritus lucretur dotem: totum habet duntaxat, quando vir ipse est inops, sed contra nume. 6.*
2 *Maritus de iure communi non potest succedere vxore præmortuæ superstite patre, matre, vel agnatis, nisi vbi vir esset inops & uxor locuples quia tunc succedit in quarta.*
3 *Statutum de lucro dotis debet interpretari secundum ius cõe, ne quis indebite damnum patiatur, & nu. 7. vbi declaratur & 10.*
4 *Statutum de lucro dotis indistinctè loquens generaliter intelligi debet.*
5 *Lucrum dotis defertur viro, secundũ communem, propter onera matrimonij.*
8 *Hæreditas non est proprie debita inter ascendentes, & descendentes, sed quasi.*
9 *Damnum est diminutio patrimonij.*

Quæstio

Quæstio XCII.

1 QVAERITVR. An statutum disponens, quòd uxore prædecedente sine liberis maritus lucretur dotem, locum habeat duntaxat quando uir ipse est inops. Et primò arguitur quòd sic, siue intueamur dispositionem iuris communis, siue iuris statutarij. Nam de
2 iure communi certum est quòd maritus non potest succedere uxori præmortuæ superstite patre, matre, aut agnatis l. fina. C. quor. bon. l. j. C. unde uir & ux. l. j. ff. quis ordo in bon. possess. serue. l. j in prin. ff. si tab. test. nul. exta. nisi ubi uir esset inops & uxor prędecedens locuples: quo casu siue extēt descēdētes, uel ascendentes siue agnati maritus succedet in quarta parte, ut probat ꝑ id quod not. glo. in uerbo minus, in auten. de exh. reis, in §. quoniam, iuncta l. illud. §. minus ff. de trib. ac etiam coniuncta di. l. j. C. unde uir. & uxor.
3 De iure municipali constat: quia statutum prædictū interpretari debet secundum ius commune l. si ser ui. C. de noxa. cap. cum dilectus, extra de consuetu. ne quis indebite damnum patiatur l. fina. §. in computatione C. de iure delibe. & per consequens debet intelligi quando maritus esset inops & uxor locuples.
4 Tu uerò alteram partem amplectere, quia cum huiusmodi statutum loquatur indistincte & non distinguat inter maritum inopem & diuitem ergo generaliter intelligi debet l. de pretio. ff. de publicia. l. j. §. generaliter, de lega. præstan. cap. quia circa, de priuil.
Secundò, quia hoc lucrum defer
tur uiro ꝓpter onera matrimonij
5 ut est communis opinio de qua supra q 4. Sed ista ratio onerum ita militat ī marito diuite sicut in paupere, ergo eadem esse debet iuris dispositio. l. illud ff. ad l. aquil.
6 Tertiò, ita in terminis consuluit Alex. in consi. 249. volu. 6.
Nec obstat quòd statutum debet intelligi secundum ius cōmune ne qs indebite damnum patiatur: quo-
7 niam respondet Alex. in citato consi. 249. col. 2. ꝙ tale statutum generaliter & indistincte loquens nō debet restringi ad maritum inopem, etiam si non facta restrictione aliquis indebite lucrum perderet l. ꝓspexit ff qui & a quib. quia de huiusmodi obuentione hæreditatis auferenda patri, matri, vel sororibus iudicatur ut de lucro: vt patet ex iis, quæ traduntur per Docto. post glo. in l. si emancipata. C. de iur. & fact. ignor. & ex no. per gloss. in l. si duo in uerbo potuit. ff. de acquir. hæred. quia inter ascendentes & descendētes hęreditas non est proprie debita, sed quasi l. final. iuxta princip. C. de curator furio. & præcipue hæreditas ascendentium descendentibus l. nam & si parentibus ff. de inoffic. testamen. cum de ea censeatur vt de re obueniente ex titulo lucra
9 tiuo. & ideo cum hi non patiantur damnum, quod est diminutio patrimonii. l. damnum. ff. de damn. infec. Sed lucrum solum perderent: nimirum si statutum debet generaliter intelligi, & non restringi.
10 Secunda datur etiam responsio per Alexan. quòd dictum statutum non patitur dictam interpretationē a iure communi, scilicet quòd intelligatur in marito inope. Patet, quia statutum vult quòd extantibus liberis ipsi succedāt, & maritus nihil lucretur, & tamen de iure cōi, quando

quando maritus est inops, etiam ex tantibus liberis uxoris prædecedẽtis, succedit maritus in quarta parte si sunt tres filij uel minus: & si sunt plures, cum eis succedit maritus in uirilem portionem, ut in auten. præterea C. unde uir & uxor.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem vxoris non trahitur ad dotes datas ante conditum statutum, sed contra nume. 4.*

2 *Statutum superueniens non debet in dubio tollere ius alteri quæsitam, licet adhuc non habuerit effectum.*

3 *Recepi in canonicos autoritate Papæ ante Decretalem statuimus, de maiori. & obed. præcedent maiores ordine postea receptos, iuxta antiquũ stilum, licet præbendam assequãtur post illam Decretalem.*

5 *Lex noua seruari debet quando statutum dat formam super futuris exceptionibus.*

6 *Statutum vetus si continebat quòd bãniti eximerentur de banno solutis quinquaginta libris, & postea superuenerit nouum statutũ in quo cautum sit ut banniti eximantur de bãno solutis centum libris, si bannitus ante statutum uelit se eximere a bãno debet soluere libras centum.*

7 *Præterita quando in sui esse habent dependentiam a futuro, idem iudicamus de pterito quod de futuro.*

8 *Statutum excludens a successione alibi nuptam, locum habet etiã in nupta ante statutum.*

9 *Pater si inuestitus est de emphiteosi p filijs masculis & fœminis, & superueniat statutum inhabilitans fœminas ad emphiteosim & præferens masculos, huiusmodi statutum in tali emphiteosi locum habebit.*

Quæstio XCIII.

1 ALIA etiam proponitur quæstio: An statutũ quòd mortua uxore maritus lucretur dotẽ trahatur ad dotes ante conditum statutũ datis. Imol. in c. fi. col. 8. in fi. de cõstitut. uidetur decipere quòd non, qa ex contractu dotis celebrato ante statutum postea editum ius est acquisitum hæredibus mulieris, cum in eo sit actum & promissum p maritum de restituendo dotem soluto matrimonio & ideo statutũ super-
2 ueniens non debet in dubio tollere ius alteri q̃sitũ seu obligationẽ alteri quæsitam licet adhuc non habuerit effectũ. & hoc per not per Inno. in c. statuimus, circa med. uers. item nota q priuilegiũ de maiori. & obed. ubi dixit, q recepti in canoni-
3 cos autoritate papæ ante illam Decretalem pcedent maiores ordine postea receptos iuxta antiquum stilum, licet præbẽdã assequãtur post illam Decretalem. quod dictũ menti tenẽdum inquit Imol. qa legistę simpliciter transeunt cum Bar. qui aliter tenet in l. omnes populi ff. de iusti. & iure. & Imol. sequentur Fely. ibi col. 2. & Barb. col. 13. in prin. Idem tenet Fely. in d. c. statuimus, col. 2. & Alex in addit. ad Bar. in d. l. omnes populi. col. 9. uers. ibidem, & in uersi. ecce.

4 His tamen nõ obstantibus cõtraria sentẽtia est de iure uerior, & quã primo tenuit Bar. in d. l. omnes populi, col. 10. in 2. q. 5. q. princip. uersicu. ecce illa, ubi inq̃t, q stãte ipso statuto maritus lucrabitur dotẽ ante dictum statutum datam: quia illud lucrum, de quo disponit lex municipalis consideratur tantum post mortem uxoris, quæ post statutum con-

contingit.& Bar.sequitur Rayn. de Forli.col.32.& Do.Io.Bapt.de San cto Severi.car.62.uersi.3. infert, q subdit hoc menti tenendum. Idem uoluit Cy.in l.j.§.fi. C. de rei uxo. actio.ubi dicit quod fuit quęstio de facto in ciuitate Ferrariæ,in qua factum fuit nouiter quoddã statutũ, quòd si mulier prędecedat in matrimonio etiam non extantibus liberis, ꝙ uir non teneatur restituere mulieri nisi dimidiã dotis, pro pter expensas quas fecit in uxore & causa nuptiarum. An huiusmodi statutum trahatur ad dotes iam cõstitutas,uel ad eas tm̃. quæ post statutũ darentur.& dicit esse argumentum ibi ꝙ ad postea datas tantum referat, sed ꝙ est cõtra id qđ ipse scripsit in l.leges & constitutiones C.de legi.ubi colligitur determinatio,&

5 uere dicit, quia ibi uult ꝙ quando statutum dat formam super futuris exceptionibus ꝙ debet seruari lex noua, & ideo infert ꝙ si statutum

6 uetus continebat ꝙ banniti eximerentur de bãno solutis quinquaginta libris & postea superuenerit nouum statutũ in quo cautum sit ut banniti eximantur de bãno solutis centum libris,& bãnitus ante nouũ statutum uellet exire de banno debet soluere centum libris ad formã ultimi statuti: quia tale statutũ dat formam futuris exceptionibus bannitorum, & sic futurus liberationibus.Hoc idem uoluit Do.Rosel. de Aret. in consi. 91. inter consi. Bal. in 4.uolu.& Bal.in consi.93. col.2. & in consi.477. eod. uolu.4. ubi in materia huius quæstionis inquit esse cõsiderandũ, ꝙ aut restitutio dotis iam euenerat antequam conditum fuisset hmõi statutum, & tunc non tollitur ius iam quæsitum hæredibus mulieris per statutum ipsum superueniens, quia non uidetur esse de mente statuentium tollere naturalem æquitatem, & naturalem obligationẽ iam fundatam, ut in auten.ex lib. & ascrip. nat. in prin.aut nondum euanerat cõditio dotis restituendæ tempore noui statuti,& tunc statutum nouũ est obseruandum,quia statutum pręcessit casum disponendum a statuto idest retentionem retinendam statuto[illegible]:

7 & etiam quia quando præterita habent in sui esse dependentiam a futuro, idem iudicamus de præteritis quod de futuris, quantum ad futuram decessionẽ.& sic statutũ de lucro dotis habebit ẽt locum in dotibus ante statutũ datis,quarum restituendarum conditio post statutum emerserit,ut ꝑ Cy.& omnes Doct. in d.l.leges C.de legi.Hãc quoque sñiam consulendo amplectit̃ Paul. de Cast.in cõsi.193.col.fi.uol.j.ubi quærit an statutum nouum de dotibus restituendis habeat locum in dotibus confessatis ante, si mulier prædecedit post dictũm statutũ, & concludit certum esse ꝙ si,cum statutum disponat de dotibus illarũ, post statutum morientur. nec uis facienda est,secundum eum, quòd dos fuerit prius tradita uel confessata, quoniam quousq; durat matrimonium statutum super ea nullum affectum induxit,quia poterat matrimonium dissolui morte uiri, & nõ fuisset locus statuto porrigit.n. effectum dictum statutum solum post mortem uel tempore mortis mulieris si marito præmoriatur: & sufficit mortem euenire post statutum conditum,per not. per Bar. in d.l.omnes populi. qa per ipsum statutũ inducitur exceptio uiri cõtra hæredes mulieris sup dote,q̃ quidẽ exceptio non fuit causata tempore dotis datæ uel confessatæ,sed ueniebat causanda tempore mortis mulieris,

lieris, quæ etenim mors superuenit postquam statutum nouum cœpit habere uigorem, ex quo inducitur exceptio prædicta: secundum Theorica Bar. in l. cunctos populos, in 4. q. principa. art. 3. C. de sum. tri. & fi de catho. per l. pen. C. de usur. & opinionem Bar. communiter receptā tradit D. meus Rui. in cōs. 49.
8 col. fi. uol. 3. ubi etiam concludit ꝙ statutum excludens alibi nuptā nō succedere, locum habet ēt in nupta ante statutum. Hoc idem tenuit Socy. Iun. in consi. 21. col. 2. uol. j. ubi allegat multas decisiones pro hac parte & per dictum Bar. in d. l. omnes populi, dixit Ancha. in consil. 125. quòd si pater inuestitus est de emphiteosi pro filijs masculis & fœ
9 minis, & statutum superueniat inhabilitans fœminas, ad emphiteosim & præferens masculos, habebit locum in tali emphiteosi, quoniā nōdum erat delata successio, & hoc nō obstante stipulatione, quia si quod ius quęsitum fuisset filiabus uigore stipulationis, sumebat initium post stipulatoris mortem: & ideo ius seu statutum superueniens debet ad illud ius extendi. quod demum nascitur postquam est editū. & Anch. refert ac sequitur Brun. in consi. j. in 9. col. in j. arti. & Socy. iunio. in loco supra citato. Vltimo opinionem etiam Bart. secutus est Brun. in tract. de statu in 3. par. in uerbò lucrum §. statutum, ꝙ uir lucretur dotem uxore præmortua intelligitur etiam de dote promissa, quod est in uersi. 99.

Nō obstāt nota. ꝑ Imol. & sequaces in locis de q̄bus s̄: quia cū ex supra allegatis satis aperte pateat respōsum, & cōtra eum esse, cōmunem opinionē, Ideo ulterius nō insisto sed opinioni cōmuni in iudicādo inhærēdum, esse oīno tenemus.

SVMMARIVM.

1 *Filij spurij de equitate canonica, quæ seruatur in prato Cæsaris, alendi sunt a patre quando non habēt unde se alant.*

2 *Pater non potest relinquere filio spurio pro alimentis unum magnum podere, sed solum usque ad modum alimentorum, & non ultra.*

3 *Alimenta quæ dantur miserationis causa non debentur secundum dignitatem, sed secundum necessitatē uiuendi.*

4 *Filiæ spuriæ sunt dotandæ a patre usque ad modum alimentorum.*

5 *Causa dotis non minus est fauorabilis quam causa alimentorum.*

6 *Statutum de lucro dotis locum nō habet in dote data per patrē filiæ spuriæ, sed contra nu. 10. & nu. 15.*

7 *Dos data filiæ spuriæ per mortem ipsius, patri uel eius hæredibus restituenda uenit, qd declara ut nu. 18.*

8 *Legatum factum filio spurio pro alimētis, non transit ad hæredes suos.*

9 *Filia spuria sicut in alimentis non habet hæredem, ita nec in bonis datis in dotem.*

11 *Dispositio generalis debet intelligi secundum naturam rei de qua loquitur dispositio.*

12 *Quod amplia etiā procedere in materia stricti iuris & ubi adesset iuramentum.*

13 *Lex ubi ordinat constitutionem dotium censetur etiam permittere consequens, idest lucrum quod sequitur ex constitutione earum.*

14 *Actum faciēs, censetur se astringere legibus de illo actu loquentibus.*

16 *Pater pōt donare marito filiæ spuriæ.*

17 *Filiæ spuriæ fundus dari potest in dotem, ita ut post mortem ipsius transeat ad filios.*

29 *Statutum de lucro dotis locum habet in legato dotis facto cum onere fideicommissi.*

20 *Quis uelle præsumitur quòd leges, & consuetudines locum habeant in sua dispositione.*

Quæstio XCIIII.

Vos scitis, quòd attẽta æquitate Canonica, quę etiam in prato Cæsa-
1 ris seruat, ut ex ĩ. allegãdis apparebit, sicut filij spurij sunt alendi a patre quãdo non habent unde se alãt usque ad condignam quantitatem, iuxta text. & ibi Docto. in cap. cum haberet, de eo qui dux. in uxo. quã pollu. per adul. & per Bar. in l. fi. co. 2 uersi. quis erit ergo modus, ff de ijs quib. ut indig. & in l. meuius. §. duobus. q. 3. ff. de leg. 2. & in l. fi. §. si a socero ff. de ijs, quæ in frau. credito. & Bald. in l. neque mater. C. de iure dot. necnon & Abb. in consil. 50. col. 2. uo. 2. quem sequitur Dec. in consi. 611. col. 1 Hinc dixit Bald. in l. eam quam, col. 10. C. de fideic. quem sequitur Ange. in §. nouissimè, col. 2. insti. ad senat. consul. orfi-
2 cia. & Barba. in c. cum tibi, colũ. 17. de testa. ꝙ pater non potest relinquere uel legare filio spurio pro alimentis unum magnum podere, sed solum usque ad modum alimentorum, & non ultra, arg. l. fi. ff. de exerci. Quod & uoluit Socy. consi. 2. nu. 5. uolu. 4. Dec. in consil. 311. col. 2. Cur. Iun. consi. 37. col. fin. & est ratio secundum Iaco. de Are quem se-
3 quitur Bald. in l. si maritus, ff. solut. matri quia alimenta quę dantur miserationis causa non debentur secũdum dignitatem, sed secundum necessitatem uiuendi, quod est notandum. Ita etiam filiæ spurię sunt do-
4 tandę usque ad modum alimentorum, & non ultra secundum Barto. in d. l. fi. col. 2. ff. de iis quib. ut indi. quem refert, & sequitur D. Baptista Caccialup. in l. si qua Illustris, col. antepen. C de orficia. dicens ꝙ pater filiam spuriam dotare potest usque ad quantitatem alimentorum ita ꝙ habeat alimenta perpetua secundum qualitatem status sui, quia qđ ob hanc causam permittitur ab eius causa limitatur & moderatur, quod arbitrio iudicis committitur. Idem dicit Bart. in d. §. meuius, & Abb. in citato consi. 50. col. 2. relato per Dec. in allegato consil. 611. col. 1. quia cum causa dotis non sit minus fauorabilis, quam causa alimentorum: ita potest pater dotare quemadmodum, & alimenta præstare.

6 Pone modo, ꝙ extat statutum de lucro dotis, nunquid ex ui ipsius statuti maritus spurię uxoris poterit dotem datam lucrari? Primò equi-
7 dem uideretur quòd non, quia talis dos per mortem uxoris restituenda uenit patri, uel eius hæredibus, ut est de mente Bald. in d. l. eam quam col. 10. C. de fideicom. & in consil. 356. uolu. 1. ubi dixit ꝙ legatum factum filio spurio pro alimentis non transit ad hæredes spurii non ratio-
8 ne proprietatis in qua non ualuit legatum, nec ratione alimentorum, quia cum uita finiuntur l. cum hi, §. si uni. ff. de transact. Idem uoluit Abb. in d. consi. 5 . col. 2. & in consi. 115. col. 2. uol. 2. ubi inquit, ꝙ ideo talis dos debet redire ad patrem, quia succedit loco alimentorum, ad quę pater tenebatur. Vnde sicut
9 in alimentis non habet hęredem, ita nec etiam in bonis datis in dotem. Istud idem tenuit Bal. nouell. in trac. dot. in 6. par. priuil. 16. Dec. in d. consi. 311. col. 2. in fi. Moder. in repe. c. per uestras, §. 24. col. 3. in fi. de donat. inter uir. & uxo.

10 Verum his non obstantibus altera pars uti uerior & fulcita melioribus rationibus, & autoritatibus amplectenda uenit. Et primò, Nam ex dispositione legis, ut supra diximus pater tenetur dotare filiam spuriā, ergo etiam censetur uoluisse quòd possint constitui dotes secundum naturam ipsarum dotium, & secundum materiam subiectam, ut lucrū earum facere maritus posset secundum statuta de dotibus loquentia, quia dispositio generalis debet intelligi secundum naturam rei de
11 qua loquitur dispositio l. si stipulatus, ff. de usur. l. filiusfamilias, ff. de dona. Ias. in l. actionē C. de procur.
12 & istud adeo uerū est, ut etiā procedat in materia stricti iuris, ut per Bal. in l. fi. cōmu. diuidun. arg. gl. in l. & puto ff. fami. her. & etiam si interueniret iuramētū, ut uoluit Corne. in consi. 129. col. 2. uol. 3. Igitur cum lucrū a statuto introductum super dotibus dicatur esse de natura ipsarum dotiū, cum ipsis dotibus inhæreat ex dispōne statuti, & pro regula in ipso statuto traditur, ut uir superueniens uxori decedenti sine liberis dotem lucretur. Ideo eueniente casu, de quo in statuto maritus ipsam dotem lucrari debet.
13 Secundò facit. Nam ubi lex ordinat antecedens .i. constōnem dotiū, censetur etiam consequens permittere .i. lucrum quod sequitur ex cōstitutione earum l. 3. §. scio, ff. de mi nori. quia istud consequens est necessarium ad añs propter statuti dispositionem. Ias. in l. etsi prętor, co. 2. de offi. eius cui manda. est iurisdi. & aliàs nisi permissum esset tale lucrum non ita de facili reperiretur aliquis q̃ talē uxorē ducere uellet renuntiādo ipsi lucro, arg. l. cum de indebito ff. de proba. Ideo ipsa lex, quæ uoluit unum censetur & aliud uoluisse, sine quo actus cōmodè explicari nō posset, ut per Dec. in ca. præterea, col. 4. uer. sed contrarium reperio, de offi. deleg.
14 Accedit, & tertiò. Nam faciens actum censetur se astringere legibus de illo actu loquentibus, l. exigere dotem, ff. de iudic. Bartol. in l. iusiurādi, §. si liberi, ff. de ope. liber. Scribentes in l. hæredes mei, §. cum ita ad Trebel. ergo pater filię spuriæ dotan[illegible]am censetur uoluisse se conformare cum dispōne statuti, ut maritus luctari debeat quātum ab ipso statuto ei conceditur.

Quartò facit. Nam ratio onerum propter quæ cōceditur lucrum marito a lege municipali ut dictū fuit s̄. q. 4. ita militat in marito spuriæ uxoris q̃ in non habentibus spurias quibus lucrū datur, ergo eadem debet esse iuris dispositio in ipso marito spuriæ, arg. l. illud ff. ad l. aquil. & tanto magis cū (ut experientia docet) uideamus ꝙ redduntur hoīes difficiles ad contrahenda matrimonia cum spuriis.
15 Quintò & ultimò hanc q. decidit Bal. nouel. in 6. par. priuil. 16. colū. 3. uersi. sed quid si statutum, ubi inquit expresè, quòd si lege caueat̄, ꝙ uxore decedente in matrimonio sine filiis ut lucretur tertiā partem dotis uel dimidiam, ꝙ non improbabiliter dici pōt dotem datam filiæ spuriæ per mortem eius non reuerti ad hæredes patris, cū de necessitate iuris causet̄ tale lucrū, & sic in illo pater non uidetur exercere aliquā iurisdictionē in talem filiā: imò uidetur lucrari in recompensationem onerum matrimonii, & dato ꝙ etiam esset merū lucrum uiri, idem dicendum esset, quia non reperitur ille cautū ꝙ pater non possit donare marito filiæ spuriæ, imò etiā
16 potuisset facere per pactū sine statuto,

tuto, ex quo per tale statutum filiæ nihil quęritur, quod dixit notandũ, prout in simili etiam uidemus, ꝙ p
17 patrem filię spuriæ potest dari dos, ita ut post mortem eius transeat ad filios, ut per Bar. in d. l fi. col. 2. ff. de iis quib. ut indig. & Veronen. in cau te. 37. incip. uideamus. & Abb. in cō si. citato 50. co. 2. & cum Bal. nouel. tenuit Bulgari. in repet. l. i. col. 36. ff. solu. mat. & Moder. in repet. dicti c. per uestras, §. 24. col. 5. uersi. alio item casu, ubi intelligũt hoc ꝓcedere qñ fundus datus esset in dotem: secus si fruct⁹ ipsius fundi dati fuissent in dotem pro alimentis, iuxta tex. in l. dotis fructus. §. si usumfructũ. ff. de iure dot. Tunc. n. quia ius datum in dotem morte perit. §. finitur, insti. de usufru. nō poterit maritus lucrari doté. l. quod in rerũ, §. i. ff. de leg. i. & opinionem Bal. nouel. pariter approbat Crauet. in consil. 186. col. fi. & eam sentit Alex. in cō si. 150. uol. 2. dum quærit si statutũ dicit ꝙ muliere prædecedéte in matrimonio sine liberis tertia pars dotis obueniat proximioribus in gradu, & reliquum si mariti, An pater filiæ spuriæ, quæ decessit in matrimonio sine liberis lucretur illã tertiam partem dotis a se datæ, & respectu duarum tertiarũ, quas debet lucrari maritus nō facit dubiũ, sed respectu alterius partis, quã dicit mulier lucrandam esse per patrem.

18 Non obstãt ex aduerso adducta, uidelicet, ꝙ dos data filiæ spuriæ p eius mortem reuertitur ad patrem, uel eius hæredes, per iura, & autoritates s̃ relatas, quia rñdetur ꝙ ipsa procedere possunt ubi nullum extaret statutum disponens de lucro dotis, & sic in casu in quo essemus in mera dispositione iuris cōis, aliàs secus, quia (ut dictum fuit) pater tũc uoluit se astringere legibus de illo actu loquentibus, & se conformare causa dispositione statutaria. Pro cuius confirmatione accedat quod uoluit Bal. in consi. 79. uolu. i. ubi quærit an de legato dotis facto per
19 patrem filiæ cum onere fideicommissi maritus debeat detrahere partem dotis a statuto ordinatã, Et decidit ꝙ sic, & ꝙ ista portio statutaria diminuet fideicommissum, quia cum pater legauerit in causam dotis, ideo in tali legato habebunt locum omnia statuta loquentia de lucro dotis, cum talo statutum trahatur ad legatum ex interpretatione passiua l. i. §. lex falcidia, ff. ad l. falc. Item ex quo est permissum principale, scilicet dos, legitur etiam, & accessorium. i. lucrum legis, cũ accessorium intelligatur inesse principali. l. ex diuerso, ff. de rei uédic. Plus ex quo lex disponit de lucro dotis &, pater de dote quæ est quodã ius uniuersale disposuit, intelligitur ẽt de dotis disposuisse. Nam in uniuersalibus semper continentur onera l. 2. C. de hæredi. uel act. uendi. Item præsumitur quis uelle quòd leges, & consuetudines habeant locum in sua dispositione l. quæritur §. si uenditor. ff. de ædil. edict. Et sic ex his ita cōcludendũ uidetur in hac quæstione, ut đ dicta dote data filiæ spuriæ, quæ ab humanis decessit sine liberis, maritus consequatur lucrum dotis ordinatum a lege municipali.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet si uxor post contractum matrimonium per uerba de præsenti, ante tamen copulam secutã ingressa fuerit monasterium mendicantium, & in eo professa fuerit, cõmunis est in contrarium, ut in nume. 10. & 14.*

2 *Mortis appellatione in dubio intelligitur*

gitur de morte naturali, quod declarat, ut in nume. 15.

4 *Statutum de lucro dotis non habet locum in morte uiolenta illata per maritum.*

4 *Statutum de lucro dotis cum sit correctorium iuris communis propriè & strictè intelligi debet, & sic naturaliter, & nume. 7.*

5 *Statutum loquens in casu uero non habet locum in casu ficto.*

6 *Statutum puniens portantem perlas intelligitur si portat ueras non fictas.*

8 *Mors est præsentis lucis subtractio & animæ a corpore separatio omnia dissoluens & omni professione priuās & reuersio in puluerem.*

9 *Professus corpore uiuit, usum rerum habet, loquitur, testificatur, elligit, & elligitur ad prælaturas, & generaliter oēs actus naturales exercet,*

11 *Pactum de lucranda dote conceptum in casu mortis locum habet per ingressum religionis.*

12 *Monasterio licet acquirantur omnia per ingressum religionis: tamen talis ingressus non impedit lucrum dotis, uel donationem propter nuptias.*

13 *Pacta lucrorum uendicant sibi locum per ingressum monasterij, sicut per mortem.*

16 *Ingressus monasterium mendicantiū non potest mutare, uel reuocare testamentum, quod prius fecerat ante eius ingressum: imo hæres statim habebit eius hæreditatem absque ꝙ ulterius expectetur mors naturalis.*

17 *Legitima licet non debeatur filijs, secūdum communē opinionem legistarum, per ingressum patris in monasterium in quo fecit professionem; Tamen fallit quando ingressus est religionem mendicantium.*

18 *Substitutio facta sub conditione, si decesserit hæres sine filijs, adimpletur & purificatur statim quòd hæres ingressus est monasterium, penitus incapax bonorum, & in communi & in particulari, & in illo professus fuerit.*

19 *Fratres minores sunt adeò mortui mūdo quòd mors naturalis nihil potest operari.*

Quæstio XCV.

1 An lucrum dotis debitum uiro ex ui statuti per mortē uxoris prædecedentis sine liberis locum habeat, si uxor post contractum matrimonium per uerba de præsenti ante tamen copulam secutam ingressa fuerit monasterium mēdicantiū,
2 & professa fuerit. Prima facie uideretur dicendum, ꝙ non, quia appellatione mortis in dubio intelligitur de morte naturali. l. ex ea parte, §. insulam, ff. de verbo. oblig. sed si mors. §. i. ff. de donatio. inter uir. & uxo. Alex. in consi. 2. col. j. uolu. j. & in consi. 139. co. 2. uol. 2. Sed mulier quæ ingreditur ordinem mendicantium naturaliter uiuit igitur uerbum mors nō uerificatur in ea quæ ciuiliter mortua dicitur. Pro quo facit quod in simili dixit Marsi. in cō.
3 93. col. 2. ubi uoluit ꝙ hmōi statutum de lucro dotis non habet locū
4 in morte uiolenta illata per maritum uxori, quia statutum debet intelligi de morte naturali, & præcipuè hoc dicendum uidetur cum simus ī statuto correctorio iuris cōis l. dos a patre C. solu. ma. l. i. in prin. C. de rei ux. actio. ꝙ propriè, & strictè intelligi debet, ut not. in l. quicquid astringendæ, de uerb. oblig. & sic naturaliter, iux. not. in l. fin. ubi notant Bald. & Paul. C. de iis, qui ueni. æta. impetra.
5 Secūdò facit. Nam statutū loquēs in casu uero non habet locum in ficto,

fictio,ut not.Bar.in l.3. §. hæc uerba ff.de neg. gest. & in l.omnes populi,in 6. q. princip. ff. de iusti. & iure,& in l.i.ff.de fonte, ubi statutũ
6 puniens portantem perlas intelligitur si portat ueras, non autẽ fictas: sed mulier ingrediens monasterium mendicãtium ficte dicitur mortua, Igitur &c.

Tertio, quòd maritus non lucretur dotem; in specie hoc decidit Anch.
7 in consili.273.quia ut diximus,tale statutum debet intelligi de morte naturali,non autem de ciuili p professionem & ingressum monasterii, quoniam etsi talis dicatur mortua mundo, & habere uocem funestam & translatam conuersatione cœlesti in corpore,& in anima c. placuit el. 2.16. q.i.c.non dicatis 12.q.i.Tamẽ proprie loquendo non potest dici uere mortuus. mors enim est præ-
8 sentis lucis subtractio, & animæ a corpore separatio, omnia dissoluẽs, & omni professione priuans, & reuersio in puluerem. §. deinceps, in autent.de nup. ista autem non parit
9 professio. Nam professus corpore uiuit,usum rerum non habet,loquitur, testificatur, & comedit, elligit & elligitur ad prælaturas, & generaliter omnes actus naturales exercet c.religiosus de ellect.in. 6. ergo statutum de lucro dotis debet intelligi de morte naturali, quæ omnia soluit,non autem de ficta & impropria, quæ inducitur ex ingressu monasterii & professione: & Anch.refert Fely.in rub.de sponsal.col.4.& sequitur Socy. consili.8. colum.fin. uolu.3.

Quarto hanc etiam partẽ tenuit Saly.in l.deo nobis,in fi.C.de episc. & cle.motus hac ratione: quia licet uxor ingrediatur monasterium ante copulam inuito marito: tamen nondum est uxor, nec etiã est matrimonium secundum totalem perfectionem: Ideo uir tali casu lucrũ dotis consequi non debet.

10 Sed his & aliis similibus non obstantibus contraria sententia est de iure uerior. Et in primis facit text. in l.deo nobis,in prin.C.de sac.san. eccle.ubi in specie hoc dicit Bar. & ibi etiam hoc decidit Paul. in prin. dum dicit, quòd si alter ex coniugibus intret religionem, dissoluitur matrimonium, nec per hoc aliquã pœnam patitur circa dotem, uel donationem propter nuptias, quasi eius culpa matrimonium sit solutũ: habetur tamen ingrediens pro mortuo uel mortua: & sic uendicat sibi locum pactum,uel statutum de certa parte dotis lucranda in casu mortis.Item ibi in uersi.in isto casu,ubi formaliter inquit, quòd pactum de lucranda dote conceptum in casu mortis locum habet per ingressum religionis. Idem enim operatur pfessio,quòd mors.Item idem operatur mors ciuilis quod naturalis. Itẽ monasterium nõ habetur pro filio:
11 quia pactum lucrandi dotem colatum si decesserit sine liberis purificatur,non autem extinguitur p ingressum religionis. Idem etiam tenuit Azo in summa ad lib.Cod.car. i.col.3.nu.9.Ias.in auten.si qua mulier,colum.2.circa fi.uersi.ex prima parte C.de sacr.sauc.eccle.ubi dicit esse notandum per illam glo. quòd
12 licet per ingressum monasterii omnia ei monasterio acquirantur: Tamen talis ingressus non impedit lucrũ dotis, uel donationem propter nuptias.Idem Ias.in l.ex ea.§.insulam,col.2.ff.de uerb.oblig.& in l.si decesserit,col.2.uersic.ideo isto anno ff. qui satisda. cogan. ubi inquit se illo anno ita consuluisse Veronę, & ita constat, ut in eius consil.135. col.i.uolu.2. per tex.& Bald.in d.l.

deo nobis, & per not. per Angel.in §.si uero constante, in auten.de san ctis episc. ubi inquit quòd pacta lu-
13 crorum uendicant sibi locum per ingressum monasterii sicut per mor-
14 tem. Subdens ipse Iaf.istam esse ue ram & communem conclusionem Doct. & quòd in istis terminis non inuenit aliquem Doctorem auten ticum contrariam partem tenenté, licet Saly.solus aliter sentire uidea tur in d.l deo nobis. Hanc quoque partem amplectitur Alcia. in 2. lib. de uerb.signi.fac.84.ubi propriæ di cit, quòd pactum de dote in casum uxoriæ mortis lucrifacienda etiam in eum casum intelligetur cum in religionem monasterium secessit, per dictam l.deo nobis, quia non est ue risimile uoluisse maritum hoc casu expectare, exigendeq; dotis moram pati, donec naturaliter uxor fato fungeretur: quæ indiuiduam uitæ consuetudinem contempsit, necnõ Fely.in dicta rubri. de sponsal.Hoc idem tenuit Ioan.Bosch.in trac. de legit.nup.in 4 lib.col.6.in prin.uer sic.si mulier.

Non obstant modo adducta in cõ trarium, quòd appellatione mortis intelligitur de morte naturali per separationem animæ a corpore, & non de ciuili & sic ficta, cum statu tum sit correctorium iuris commu nis: quia respondetur argumentum
15 posse procedere ubi mors ciuilis non haberet eundem effectum quẽ habet mors naturalis, & ita proce dat glo. in d. l. placuit: secus autem ubi mors ciuilis quo ad id de quo agitur eundem effectum haberet, quem habet mors naturalis: quia tunc æquiparatur morti naturali l. adeo §. publicatione ff.pro socio l. i.in fi.de bonor. posses. cont.tabul. sicut est in ea quæ ingreditur mona sterium mẽdicantium, cuius mors, quo ad abdicationem dotis ab ea, habet per omnia eundem effectum quem habet mors naturalis: ergo idem ius, ut per Iaf. in dicto consil. 135.col.2.& Alcia.ac Io.Bosch.ubi supra. Pro qua sententia accedat qđ uoluit Iaf.in dicta auten.si qua mu lier,col.7.uersi.iuxta hanc partem.
16 ubi concludit quod ingressus mo nasterium mendicantium non po test mutare uel reuocare testamen tum, quod prius fecerat testator an te eius ingressum, & quòd eius hæ res statim habebit eius hæreditaté absq; quòd ulterius expecter mors naturalis, cum mors ciuilis eo in ca su in omnibus & per omnia æquipa retur morti naturali. Quod etiam tenuit Alex.in consil.13.col.1.uol. 3.qui attestatur hanc esse commu nem opinionem. Confirmatur ista responsio ex not.per Iaf.in dicta au ten.si qua mulier,col.10.uersi.intel ligo tamen, ubi inquit quòd licet
17 communiter legistæ teneant, quòd legitima non debeatur filiis quam primum pater ingressus est mona sterium, & professionem fecit: tamẽ quòd intelligit ipsam communem opinionem non procedere quando pater esset ingressus religioné men dicantium: quia tunc illa mors ciui lis in omnibus habeat effectum na turalis, credit quòd filii statim de beãt habere legitimam. Idem dixit Paris.in consi.65.col.2.uol.2.ubi di
18 cit quòd substitutio facta sub con ditione, si decesserit hæres sine libe ris, adimpletur & purificatur statim quòd hæres ingressus fuit monaste rium penitus incapax bonorum & in communi & in particulari, & in illo professus fuerit, quia eo casu ha betur pro mortuo: & hæc mors ciui lis quoad omnem effectum æquipa ratur morti naturali, adeo quòd nõ est amplius expectanda mors natu ralis

ralis. Facit etiam quod uoluit Bald.
19 in consil. 42. in 2. uol. relato per Alexan. in consi. 155. colu. i. quòd fratres minores & sic ordinis mendicantium sunt adeo mortui mundo quòd mors naturalis nihil potest operari.

Non obstant notata per Ancha. & sequaces ac Salyc. in d. l. deo nobis: quia respondetur ex supra citatis autoritatibus cōmunem esse in contrarium, a qua in iudicando non est recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum per uxorem marito non computatur ei in lucro dotis: sed in contrarium est communis, ut num. 8.*
2 *Præsumptio in dubio capi debet, ut actus ualeat & non pereat.*
3 *Legatum est causa lucratiua.*
4 *Titulus dotis est lucratiuus.*
5 *Causæ duæ lucratiuæ non possunt simul concurrere, quod declara ut in num. 14.*
6 *Legatum non imputatur in lucrum dotis si fiat pactum inter uirum & uxorem, quòd soluto matrimonio uir lucretur dotem.*
7 *Statutum & pactum æquiparantur, quòd declara ut infra nu. 16.*
9 *Legatum factum per patrem filiæ imputatur in legitimam.*
10 *Creditori magis fauetur in obligatione ex sua prouisione immediate acquisita, quam in obligatione aliunde prouenientе sine facto suo.*
11 *Lex suum & non tuum tibi denegat auxilium.*
12 *Liberalis nemo præsumitur in necessitate.*
13 *Cautio fructuaria dicitur necessaria & si originem traxerit a facto uoluntario.*
15 *Stipulari quis potest ex causa lucratiua fundum & ipsius fundi æstimationem.*
17 *Pactum continens id quod ius commune, seu statuti dispositio, nihil operatur ultra ius commune, uel statutum.*
18 *Idem non est omne quod est simile.*

Quæstio XCVI.

1 QVOTIDIANA proponit quæstio, An stante statuto de dimidia lucri dotis, si per uxorem fit legatum marito fiat compēsatio eiusdem legati cum parte dotis lucrandæ. Ista quæstio ut refert Corne. in consi. 230. col. i. uolu 4. uulgaris est & trita, & in qua. Primo aspectu uideretur dicendum huiusmodi compensationem non fore admittendā, ut decidit Fed. de Scal. doctor Bonien. in disput. sua incip. quæstio talis est in ciuitate, quem refert Bald. in autent. præterea, colu. 2. C. unde uir & uxor. ubi etiam post Nicol. de Mattarel. idem firmat Bal. in l. Titia. § qui inuita. ff. de leg. 2. in l. si uxor. C. de bon. auc. iudi. pos. & in cō si. 79. uol. i. Rayn. & Raph. Cuma. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matr. Capra in consi. 143. in i. dub. Mouentur enim citati Doct. principaliter rationibus infrascriptis.

Primo quia sublatum est edictū de alterutro inter uirum & uxorē, quoniam uxor tam dotem quàm legatum sibi a marito factum consequi potest, nec unum cum altero cō pensatur: ita econtrario quando uxor legat marito. l. i. §. sciendū C. de rei uxo. actio.

Secundo, quia si tale legatum intelligeretur factum animo compensandi cum lucro statuti certe dictū legatum esset penitus inutile, & in
2 dubio debet capi præsumptio ut actus magis ualeat quàm pereat l:

quoties l.ĩ ambiguis,ff.de reb.dub.

Tertiò quoniam tale lucrum ex dispositione statuti proueniens traxit originem a causa uoluntaria scilicet a matrimonio, & a contractu dotis:ergo non est iudicandum, ut de causa necessaria,arg.l. si quis seruum,ff.de act.emp.& sic non debet habere locum compensatio.

3 Quartò facit. Nam licet legatum sit causa lucratiua l.i.C.de impo. lucra.descrip. & titulus dotis simili-
4 ter sit lucratiuus l.fin.§.si a socero,
5 ff.de iis quę in frau.credi. & sic uideatur ꝙ duæ causæ lucratiuæ non possint simul concurrere per nota. in l.meuius,§. duobus.ff.de lega.2. Tamen quia lucrum dotis ex statuto proueniens dicitur deferri in recompensationem onerum matrimonii l.pro oneribus.C. de iur.dot.gl. in l.si donaturus.§.fi.ff.de cõd.cau. data. Ideo istud non habet obstare quin utrunque debeatur.

Quintò accedit ratio,quæ est, ꝙ tale lucrũ dotis prouenit ex dispositione statuti, legatum autem ex dispositione testatoris,& sic ex diuerso fonte, ergo unum cũ alio cõputari nõ debet, sicut in simili uidemus in quartã falcidiæ non imputari nisi id,quod prouenit ex iudicio testatoris nõ aũt aliunde ex diuerso fonte.l. quod autem l.in quartam ff.ad l.falcid.

Vltimò facit.Nã tale lucrum statutarium uigore taciti pacti debet l.si duo,in fi.ff.de acqui. hæred. Sed
6 si esset factum pactum expressum, ꝙ maritus lucraretur dotem soluto matrimonio tali casu non imputaretur legatum in lucrum dotis per l. creditore,ff.de lega.2.ergo idem debet esse in lucro, quod debetur ex ui taciti pacti,ne plus cõtingat operari tacitum q̃ expressum l.cum q̃d ff.si cert.pet.c.fi. de donat.inter uirum & uxorem.

8 Verum his non obstantibus altera pars tanq̃ de iure uerior,& magis cõiter a Docto. recepta amplectẽda uenit,quam primò secus fuit Bart.lucerna iuris in d.l.si cum dotem §. si pater post Iacob. de Are. ubi inquit se pluries dixisse ꝙ legatum factum ab uxore uiro cõputabitur in portionem quam ex ui statuti maritus lucrari debet, qđ tradit esse multum notãdum.& Barto. ibi sequuntur Imo.necnon Pau.de Cast.& Alex. qui attestantur hãc esse magis cõem opi.quia istud lucrũ dotis uidetur esse debitũ necessariũ quia introductum a statuto,sicut & debitum legitimæ filii,qđ introdu-
9 citur a lege. Ideo sicut in legitimã computatur legatũ factum per patrem filio l. omnimodo C. de inof. testa.ita in hoc lucro debet cõputari legatum, argu.d.§.si pater, licet non compensetur in obligationem facto hominis inquisitam, & ad illã obligationem ordinato,nec mirum ſm Alex. in d.auten. præterea,col. 5.si fiat talis destinatio, quia uide-
10 mus ꝙ magis fauetur creditori in obligatione ex sua prouisione immediatè acquisita q̃ in obligatione aliunde proueniente sine facto suo, ut probat glo.in §.ex conditionali,
11 institu.de uerbo.obliga. Vnde dicimus ꝙ lex suum non tuum tibi denegat auxilium,ut not.glo.in l.i. C.si aduer. uend. Idem uoluerunt Bart.Paul.Roma. Alexã.Ias.Corn. ambo Dec.Petruc. D.Fran. de Pepis,& Cur.Iun.in d.autẽ. præterea, ubi similiter affirmant hanc esse cõmunem sniam.q̃ pariter cõem dixerunt Bal.in d.consi.79.uol.i.& Corne.in præallega. consi. 230.& eam magis cõem dixit Camp. in tra.do. in 5.par.q. 6. & ita alias seruatum fuisse in quęstione facti referũt Iac, de

de Riz.ut dicit Alber.de Rosa.in l. quòd uerò ff.de leg.& ita terminatum fuisse Paduæ tradit idem Alber.in 2.par. statu.q. 56.& in dicta auten.præterea. & hanc sententiam sequi aduocatos in practica expresse fatetur Salyc. ibi col.2. Cui sententiæ quoq; adhæret. Io.de Amic. in consi.12.nume.19.

Non obstant modo quæ ex aduerso adducta fuerunt. Et in primis, quòd sublatum sit edictum de alterutro inter uirum, & uxorem, quia respondetur per Roma. in dicta autenti.præterea, quod dictum Bald. & aliorum procedit, quando queritur an legatum compensetur cum debito, quod initium sumpsit ex contractus dispositione:quia tūc unum cum reliquo non compensatur,d.l. creditorem: secus autē ubi loquimur in debito proueniēte ex necessaria statuti dispositione quo casu fit compensatio legati in debi
12 tum: & est ratio,quia nemo presumitur liberalis in necessitate l.rem legatam ff.de adim. lega. & cū hac responsione Roman. pertranseunt omnes in dicto §. si pater, & in auten.præterea.

Non obstat secundum argumentum, quòd si fieret talis computatio legatum redderetur inutile, qa respondetur hoc esse uerum,sed nō fore absurdum, quia etiam in autē. præterea,ut dicunt Docto.legatum redditur inutile, quia compensatur cum quarta de qua ibi. Idem in simili uidemus in l. quoniam nouella. C.de inoffic.testa.

Ad tertium respondetur secundum Imol. & Alexan.in dicto §.si pater, ac Roma.&Alexan. & alios in dicta auten. præterea, quòd huiusmodi argumentū tollitur per text. in dicta autenti.præterea,ubi lucrū dotis similiter originem habuit a matrimonio, & sic a facto uoluntario:& tamen ibi quatenus ualet legatum non debetur quarta portio, & sic fit imputatio, seu compensatio: ergo sequitur quòd non attenditur illa causa tanquam remota, quòd lucrum dotis traxerit originem a facto uoluntario,sed quòd inspici debet causa proxima,idest ipsum statutum. quod probatur secūdum eos. Nam pater est obligatus & tenetur necessariò dotare filias suas l.obligamur ff.de actio. & obligat. & tamen si consideremus causam remotam, & originem utique diceretur uoluntaria,& sic a matrimonio uoluntariè per patrem celebrato,qui ipsum contrahendo generat filias, & ad dandam dotem inde obligatur: Ergo infertur quòd huiusmodi qualitas causę uoluntarię nō ita a remotis sumi debet,ut etiā probatur in l.de die.§.tutor cum l. sequen. iuncta l.si fideiussor §. si necessaria ff. qui satisda. cogan. dum ibi dicitur quòd licet sit differentia inter cautionem uolūtariam,& necessariam: Tamen fructuaria cau-
13 tio dicitur necessaria licet originem habuerit a facto uoluntario. Idem probatur in l. socium qui cū eo.ff. pro socio.

Similiter ad quartum,quòd licet legatum, & dos sint causæ lucratiuæ: Tamen, quia lucrum dotis dicitur deferri in recompensationem onerū matrimonii, nō habet obstare quin utrunque deferatur.respondetur per Imol. & Alexandrum, in dicto §.si pater. & communiter per Docto. in dicta autenti. præterea. quòd dicta ratio non est bona, quia
14 etsi duæ causæ lucratiuæ nequeant concurrere in eādem personam circa eandem rem ad oculum demonstrabilem l.meuius §. duobus ff. de lega.2.Tñ possunt concurrere circa

diuersam rem, & in eadem persona.
15 Hinc est quòd ex causa lucratiua potest quis stipulari fundum, & etiã eiusdem fundi æstimationem l. fundum Cornelianum, ff. de noua. l. planè la j. §. sed si ff. de lega. j. & quòd talis consideratio an ex causa lucratiua alterum tantum debeatur, uel utrunque non sit habenda cum in utroque casu idem sit, demonstratur. Pone enim, tu debes mihi centum ex obligatione lucratiua, utputa ex legato mihi facto per autorẽ tum, & tu mihi legas quinquaginta, utique non fiet compensatio l. lucius titius, in prin. ff. de noua. & idẽ est si mihi debes rem ex obligatione onerosa, ut quia iure pignoris ipsa res tua est mihi obligata, & exinde tu legas mihi illã rem, certè non fiet compensatio, dicta l. creditorẽ, de leg. 2. ergo constat ꝙ (quo ad imputationem faciendam uel non) in hac mareria non consideratur causa lucratiua, uel onerosa.

Non obstat etiam quantum, ꝙ legatum prouenit ex dispositione testatoris, & lucrum ex dispositione statuti, & sic ex diuerso fonte, atq; ideo unum cum alio non debet cõputari, quia ad hoc respondent Roma. & alii in ipsa auten. præterea, ꝙ hæc ratio confunditur per tex. in d. auten. præterea, ubi illa quarta portio, de qua ibi, prouenit ipsi coniugi ex prouidentia sua, quia sibi prospexit de locuplete coniuge, & tamen legatum, ꝙ prouenit ex dispositione testatoris, & sic ex diuerso capite in illam quartam imputatur. ergo, & idem dicendum est in casu huius qõnis. Nec ualet argumentũ de quarta falcidiæ, quia ſm Iaso. in ipsa auten. præterea, col. 11. cum ea debeatur iure hæreditario bene procedit argm̃, sed in oĩbus aliis quartis, ut est ĩ quarta legitimæ, Trebellianicæ, in quarta. de qua in auten. præterea, & ĩ oĩbus aliis semper cõputatur quicquid ex quocũque fonte, licet diuerso, ꝓuenerit l. in quartam ff. ad l. falcid. ubi Bart. in 4. co. assignat rationẽ diuersitatis, & Bal. in l. filium quem habẽtem, in 3. col. & 3. opposi. C. famil. hercisc.

Vltimò non obstat, ꝙ dictum lucrum prouenit ex tacito pacto, sed si esset factũ pactum expressum nõ compensaretur, ergo idem in tacito pacto, quia duobus modis respõdetur. Et primò. secundum Corn. & D. Franc. de Pepis in dicta autenti. præterea, ꝙ imò tale lucrum non dicitur prouenire ex taeito pacto, cum non proueniat ex mente coniugium sed præter mentem, & sæpius contra, & tamen æquiparatio de tacito pacto ad expressum procedit in tacito pacto proueniente ex mente, & sic non habet obstare dicta ratio.

Secundò respõdetur per Roma. & alios ibi in dicta auten. præterea, ꝙ lucrum debitum ex pacto saltem tacito non debet attendi sed id per quod lucrum principaliter prouenit l. quicquid, ff. de dona. quod fundatur ex d. auten. prçterea. Ponamus enim ꝙ maritus locuples contrahit matrimoniũ cum uxore inope, certè pariter est in casu isto quẽ admodum, & in casu Bald. Nam ista quarta portio hæreditatis debetur uxori ex tacito pacto, & tamen legatum sibi factum imputatur in illam, vt est tibi casus in d. auten. præ tereà, & ratio est quia debetur attẽdi id per quod principaliter prouenit hçc quarta, nõ ãt id ꝑ qđ tacitè.
16 Non obstat argumentum de pacto ad statutũ, quia aut in pacto expresso uenit id qđ erat in statuto, puta q̃a statutũ dabat marito dimidia dotis matrimonio soluto, ipse autem

aũt maritus ad maiorẽ securitatem uoluit sup eo pacisci, & tunc clarũ est ꝙ istud pactũ nihil operaĩ neque uigore eiusdem debemus dicere im putationem fieri non debere, eo ꝗ
17 pactum continens id quod ius cõmune seu statuti dispositio, nihil operatur ultra ius commune, uel statutum, sed solum dicitur eorũ amonitio, quæ a iure communi uel statuto disposita sunt l. qui mutua. C. de pact. pigno. Aut in pacto hoc solum deuenit, quia constitutione nihil cautum est, & tunc licet quoad quædam æquiparentur illa duo, scilicet pactum & statutum de lucrando, ut in d. c. fi. Tamen non debent in casu proprio æquiparari, quia om
18 ne quod est simile non est idem l. quod nerua. ff. depos. presertim cum hæc duo (hoc casu) inter se diuersam habeant rationem: igitur & diuersa esse debet dispositio. ita respondet D. Franc. de Pepis, in dicta autent. præterea, & sic ex his remanet clarum fore, hanc esse communem sententiam: cui censemus inherendum esse tam in consulendo, quàm in iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in matrimonio putatiuo: sed contra nu. 6. & 13. ubi etiam declaratur.*

2 *Priuilegium prælationis tacitæ hypothecę competens mulieri, locum etiã habet in dote putatiua, quod declara ut nu. 19.*

3 *Statutum tribuens executionem paratam instrumento, procedit etiam in instrumento dotis putatiuæ.*

4 *Statutum, uel cõsuetudo disponens ꝙ acquisita constante matrimonio inter coniuges diuidantur inter eos, habebit locum & in matrimonio putatiuo.*

5 *Dos uera sicut non potest alienari, ita & nec putatiua.*

7 *Maritus in dote putatiua pro restitutione dotis non habet dilationem annalem sicut in uera.*

8 *Maritus putatiuus priuilegium non consequitur ut conueniatur quatenus facere poßit.*

9 *Maritus fructus dotis putatiuæ non lucratur ut uir, sed eos facit suos tanquam bonæ fidei poßessor quatenus pro utilitate mulieris impendit, & reliquum restituit.*

10 *Dispositio l. i. C. unde uir & uxo. locum non habet in matrimonio putatiuo.*

11 *Donatio facta inter coniuges putatiuos morte non confirmatur, sicut donatio inter ueros coniuges.*

12 *Pactum dotis lucrandę marito non prodest in dote putatiua.*

14 *Statutum de lucro dotis, ut uendicet sibi locum oportet ꝙ sit uerus casus statuto compræhensus.*

15 *Matrimonium ubi factum est de facto, dos & donatio propter nuptias dicitur esse de facto, nec meretur nomẽ dotis uel donationis ꝑ nuptias.*

16 *Dos putatiua priuilegia uerę dotis non habet.*

17 *Vxor putatiua non efficitur de domo uiri.*

18 *Glo. in l. exigere dotem ff. de iud. in uerbo reddatura, locum non habet in dote putatiua.*

20 *Limitatio Roma. ad quæstionem præsentem communiter reprobatur.*

Quæstio XCVII.

1 DVBIVM offertur, An statutum de lucro dotis locum habeat in matrimonio putatiuo & imperfecto. Et uidetur Primo quòd sic: quia iura loquentia de dote procedunt etiam in dote putatiua,
2 ut est tex. in l. si cum dotem. §. fin. ff. so-

ff.sol.mat. Hinc dicunt tibi Scribē.
ꝙ priuilegium prælationis tacitæ
hypothecę, quod datur mulieri, &
de qua in l. assiduis C. qui potio. in
pignor.habean. locum etiam habet
in dote putatiua: puta quando mu-
lier contraxit matrimonium illegi-
timum bona fide,& cum persona li-
bera & non serua.& hanc esse com-
munem opinionem testatur Saly-
cet. in dicta l. assiduis, quem se-
quuntur Moder. in tract. de pigno.
in 4.memb.2.par.car.40.col.1.
Secundo adducitur ellegans de-
cisio Bald.& Saly.in l. 1. in fin.C.de
2 cond.ob caus.ubi si ex forma statu-
ti instrumenta habēt executionem
paratam, eodem modo habebit in-
strumentum dotis putatiuæ, quod
dicit mirandum Alex. in d.l. si cum
dotem.§.fin.col.1.& cum Bal.etiam
pertranseunt Moder.in repet. rubr.
de dona.int.uir.& uxor.car.30.col.
2. ubi asserunt de hoc dicto facere
magnum festum,Barb.in consil.43.
col.11.uol.2.& Bald.nouel.in tract.
dot.in 10.colum.64. ubi tradit hoc
dictum improbatum non reperiri a
doctoribus.
Tertio facit quod not.Abba.in c.
2.de donat. int. uir.& uxo.ubi si lex
4 statutum uel consuetudo disponāt
ꝙ acquisita constante matrimonio
inter coniuges debeant diuidi inter
eos, habebūt locum in matrimonio
nedum uero sed etiam putatiuo, A-
deo ꝙ matrimonio declarato pro
nullo quilibet habebit dimidiam,&
Abb. sequuntur Barb.in c. iurauit,
col.4.de proba.in c.ex literis,col.fi.
de pigno.& Moder.in repe.rubri.c.
per uestras de do.inter uir. & uxor.
§.22.
Vltimo accedat quod uult gl. sin
gularis in l. dotale §. dotale,in uer-
bo, dotabitur ff.de fund. dotal.ubi
sicut dos uera non potest alienari,
ita nec putatiua,quam gl. compro-
5 bant Alexand..& Moder. ubi supra.
necnon & Bar.in dicto c. ex literis,
col.fina.
6 Quibus non obstantibus tu se-
quere alteram partem tanquam ue
riorem & magis a Doctoribus rece
pta.quę principaliter probatur per
gl.notabilem in l.1.§.exactio, in gl.
7 magna.C.de rei uxo. actio.ubi ma-
ritus in dote putatiua non habet di
lationem, quę conceditur restitu-
tioni uerę dotis. quam gloss. sequi-
tur Alexand. in d. l. si cum dotem.
§. finalis & eam esse communem
opinionem firmat Bald. nouel. ubi
supra uersiculo, duodecima fal-
lentia.
Secundo facit decisio Io.Andr.in
c.1.de don. int. uir.& uxo.quem se-
quitur Barb.in d.c. ex literis, colu.
fi.ubi per illum text. qui ad hoc est
8 singularis,uoluit quòd maritus pu-
tatiuus non possit gaudere priuile-
gio ut conueniatur quatenus fa-
cere possit, quod & tradunt Ale-
xand.in allegato §. final. Barbar. in
consil. 46. column. 12. uolum. 2.
Camp.in tract.de petit.& resti.dot.
q.238.& Ripa in rubric. solut.matr.
num.63.
Tertio hoc etiam probatur per
tex.in l.insulam.§. fructus ff. solut.
9 mat.ubi fructus dotis putatiuę non
lucratur uir, ut uir:quia tunc eos re
tinere posset,ut in l.diuortio,in pri.
& in §.impendia.ff.eo.tit.sed eos fa
cit suos ut quilibet bonę fidei pos-
sessor.& ideo eos solum retinet qua
tenus in re dotali, uel pro utilitate
mulieris impendit. & reliquum re-
stituet.quod & admittunt Scriben.
in l.si ante nuptias ff.eo.tit. & Ale.
in dicto §. fin.
Quarto facit text.in l.1.in uerbo,
iuxtum matrimonium, & ibi Do-
10 cto.C.unde uir.& uxo.ubi successio
ab

ab intestato de qua ibi locũ non habet in matrimonio putatiuo.

Quinto accedat quod uoluit Bal. in l.eam quam,colu.5. uersic.modo
11 ego quęro C. de fideicom. ubi dicit quòd donatio facta inter coniuges putatiuos morte non confirmatur,sicut donatio inter ueros coniuges, per casum singularem in l. cũ hic status §. penulti.in fin.ff. de dona.inter uir.& uxo.& Bal.approbãt Alex.Bal.nouel. Barb. ac Moder.in locis supra citatis.

Penultimo proprius accedendo ad terminos huius quęstionis, facit quod tenuit Bald.& post eum Ang. & Saly. in l. i. per illum text. C. de
12 cond.ob cau. ubi pactum de lucrando totam dotem, uel eius partẽ non prodest marito in dote putatiua. Hoc etiam tradunt Bald.in l.pen.ff. quod fal.tuto.auct. & Alexan. in d. §.fi.ubi dicit esse bonum text.in.§. ascriptitio,in autent.de nupt. & ibi Ang. Sed meliorem in §. si uero ab initio,eo.titul. Idem quoque dixit Barb.in d.consi.46.colu. 12.uersic. capio modo tertiam, ergo idem dicendum uenit in statuto de lucro dotis, ut locum non habeat in dote putatiua, cum a pari procedant pactum & statutum c. fi. de dona. int. uir.& uxo.not.in rubr.de decre.decur. lib.10.

13 Vltimo hęc quæstio deciditur au toritate Bal. in c. iurauit, colu.2.de proba. quem sequuntur ibi Fely. & Barb. ubi expresse tenet huiusmodi statutum uires non extendere ad matrimonium putatiuum & imperfectum:quando tamen matrimoniũ habet perpetuam causam prohibitionis, quę nunquam cessat, ut puta consanguinitatis, affinitatis, etiã si ignorãter sit cõtractum.quia quo ad lucrum dotis nihil ualet ignorãtia,cum deficiat causa finalis,secundum text.notabilem in l.cum te.C. de dona.an. nup. Idem tradunt Bal. Angel.& Salycet.in d.l.i.C. de cõd.
14 ob cauf. quia ut statutum de lucro dotis: uendicet sibi locum oportet ꝙ sit uerus casus statuto compræhensus l.si uero.§. de uiro. ff. solut. matrim. Sed hic casus nondum est uerus,quia nondum dos.Igitur &c. Hoc quoque uoluerunt Paul. & Alexand.in d.l.si cum dotem.§. final. col.2.Anch.& Barb.in c. raynutius, in uersicu.notã ibi tutores,de testa. per dictum.§.ascriptio, ubi si matri
15 monium est factum de facto dos ac donatio propter nuptias dicitur esse de facto, nec meretur nomen dotis ac donationis propter nuptias & ibi etiam hoc not. Ang. Hanc quoque opinionem amplectitur Fely. in c.i.de sponsal.col. 14. uersicul.2.
16 limita:quia dos putatiua non habet priuilegia ueræ dotis, ut per Doct.
17 in d.c.i.de dona.int.uir.& uxor. & etiam quia talis mulier non efficitur de foro uiri, ubi matrimonium non tenet: Et subdit ꝙ de hoc sibi uidetur gl. in terminis in l. exigere
18 dotẽ, in uerbo reddita ff. de iud. quæ non habet locum in dote putatiua:quam prius allegauit Bal. in d. c.iurauit, col.2. Cui etiam assentiũt Barb.in d.c.ex literis,col.fi.& in citato consi.46.col.12.Bald. nouel.in tract.dot.in 11.par.colum. 61. uersiculo. sexta differentia Camp. in tract.dot.in 5.par.quæstione octaua Ripa in rubric. solut. matrimo. numer.63.Purp.in l.cunctos populos, numer.153. C. summ.trinit. & fide catho.Marsi.in singu.129. ubi dicit quòd cùm esset in partibus Ianuẽsibus fuit interrogatus de tali quęstione, uidelicet quædam mulier intrauit monasterium ut deo seruiret, & fecit professionem: postea instigante diabolo (ut sæpe accidit)

ista monialis exiuit monasterium, & proiecto habitu se transtulit ad diuersas partes, tandem non cognita in terris ecclesiæ contraxit matrimonium cum uno, cui dedit multa bona in dotem: postea mortua est sine filijs ab intestato, maritus petebat dotem uigore statuti de lucro dotis: uenientes autem ab intestato petebant omnia bona istius mulieris: Dubitabatur ad quem ꝑtinerent talis dos, & dicta bona: & inquit se respondisse quod omnia bona spectabant monasterio, & non ad uenientes ab intestato, nec ad maritum. Nam uenientes ab intestato erant exclusi per auten. ingressi. C. de sac. san. eccl. maritus autem erat exclusus ab illa parte dimidiæ dotis, quia statutum uel pactum de lucranda dote non habet locũ quando matrimonium est illicitum, habens perpetuam causam prohibitionis, etiam si ignoranter sit contractum, per citatam decisionẽ Bal. in d.c. iurauit, & alia ibi per eum allegata. Vltimò ita etiam tenuit Paris. in consi. 34. col. 3. uol. 3.

19 Non obstant quæ ex aduerso allegata fuerunt: quia respondetur, ꝙ licet priuilegia dotis ueræ in casibus, de quibus supra, locũ habeant in dote putatiua: Tamen id procedit quia in ipsis agitur de fauore mulieris, secus ubi agitur de fauore mariti, ut constat ex iuribus & autoritatibus supra citatis, & ita dixit ultra Alex. in d.§. fin. Ripa in dicta Rub. solut. matri. nu. 63.

Recepit tamen secundum Rom. in d.§. fin. præsens conclusio limitationem, ut ea non procedat quando dolus dantis dotem intercessisset: quia tunc esset locus lucro dotis, per l. an etiã in patrem ff. quod fal. tut. aucto. ubi etiam hoc sentit Bald. dum dicit, quòd sponsus non lucratur dotem nisi fuerit in dolo pater. Idem uult Barb. in d.c. Raynutius, in ver. nota ibi tutores, & in d.c. ex literis, col. fi.

20 Tu verò hanc limitationem non teneas, quia in specie eam reprobat Paul. de Cast. in d.§. fi. per tex. in l. a diuo pio. ff. de ritu nup. vbi intercesserat dolus libertinæ, & tamẽ dicit ibi tex. ꝙ ex dote maritus nullũ lucrum habet, & cum Paul. per transit quoq; ibi Alex. colũ. 2. vbi dicit hoc verũ esse ꝙ nec ex vi pacti vel statuti directo maritus lucratur dotem putatiuam, etiam quòd dolus dantis intercesserit, se quòd ipsi marito succurritur per exceptionẽ doli, uel quòd per actionem maritus illud idem consequetur. Et hanc partem etiam sequuntur Bald. nouel. in dicto tract. dotis, in 11. par. col. 58. versi. quod autem supradixi, & Cãpa. in tract. dot. 5. par. q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens ꝙ vxore decedente in domo viri is lucretur tertiam partem dotis, locum non habet in vxore mortua in domo per uirum cõducta, sed contra nu. 4.*

2 *Genitiuus denotat dominium.*

3 *Statutum dictans ꝙ si quis receperit rem alterius puniatur in tantũ, uerbum alterius intelligitur ratione dominy.*

5 *Genitiuus & si de propria significatione significet dominium, tamen id ꝓcedit nisi communis vsus loquendi sit in contrarium.*

6 *Statutum disponens si quis acceperit rem alterius, uel eam ingressus fuerit puniatur tali pœna, habebit etiã locum in accipiente rem alterius ratione possessionis, propter communẽ vsum loquendi.*

7 Com-

7 *Communis vsus loquēdi præualet omni regulæ, omniq; constitutioni in intelligendis sermonibus.*

8 *Communis vsus loquendi in quacunque materia semper præfertur proprio significato, siue id eliciatur ex diffinitione, siue ex ethimologia, siue ex iuris autoritate.*

9 *Quod amplia etiam procedere, si statutum disponeret vt ipsa statuta intelligantur ad literam, siue prout iacent.*

10 *Statutum dictans q̄ statuta debeant intelligi nullo addito extrīsecus seu nullo intrinsecus intellectu, non intelligitur tunc secundum communē vsum loquendi.*

Quæstio XCVIII.

1 QVAERO, An statutum disponens, quod vxore decedente in domo viri, is lucretur tertiam partem dotis, habeat locum in vxore mortua in domo per uirum conducta. Et videretur dicendum quòd non,
2 quia ille genitiuus viri dominium significat l.2.ff.de relig.& sump.fune.& in l.seruum titij.ff.mand.iuncta j.glo.vbi si dico, Stichus seruus Titii, intelligitur quod spectat ad Titium iure dominii. Hinc est quòd dixit Bart.in prohe.C.col.i.quod si
3 statutum dicit, si quis receperit rem alterius puniatur in tantum, quòd intelligitur uerbum alterius ratione dominii; ergo cum statutum loquatur de vxore mortua in domo viri, debet intelligi de domo, quæ est in dominio viri, & cuius vir sit dominus.
4 Contraria tamen sententia de iure uerior esse uidetur: quia etsi genitiuus de ꝓpria significatione do-
5 minium significet, tamen id procedit nisi communis usus loquēdi sit in contrarium, per id quod habetur in l.liberorum.§.quod tamen ff.de lega.3.& per Barto.in l.labeo.ff.de suppellect.lega.ac Barto.& Dec.in Rubri.ff.de noui oper.nuntiat. ubi
6 dicunt q̄ statutum disponēs si quis acceperit rem alterius uel eam ingressus fuerit puniatur tali pœna, q̄ habebit etiam locum in accipiente rem alterius ratione possessionis propter commuuem usum loquendi, per glo.in l.2.in prin.in uersi.nota argumētum ff.de orig.iur. Quod & uoluit Alex.in rub.de noui ope. nuntia.& in consi.129.col.j.in fin. uolu.2.& in consi.35.col.4.uol.4. Nec mirum quia cōmunis usus loquendi & intelligendi prævalet propriæ significationi.ut per Bar.in cōsi.58.Anarellus,& in cōsi.138.hæc est copia, ad fin.ubi loquitur in statutis & ideo dixit Oldrad.in consil. 168.in 3.dubio,& Barto.in consil. 159.uisa col.j.ipsum commmunem
7 usum loquendi præualere omni regulę, omniq; constitutioni in intelligendis sermonibus. Plus, uoluit Abb.in c.j.col.pen.uersi. ad unum tamen aduertas, extra de iud. q̄ cō-
8 munis usus loquendi in quacunque materia semper præfertur proprio significato, siue id eliciatur ex diffinitione, siue ex ethimologia, siue ex iuris autoritate. quod & deniq; locum habet si statutum dispone-
6 ret, ut ipsa statuta intelligantur ad literam, siue prout iacent. Ita Iaco. Butriga.in j.constitut.digesto.Bal. in l.oēs populi, col.pen.uersi.3.nota, ff.de iust.& iur. Anto.de Butr.in prohe.decreta. & ibi Abb.col.4.& Fely.col.5.uersi.2.amplia.& Alex. in consi.211.in prin.uol.6. Cum ergo secundum communem usum loquendi ubi fit mentio de domo uiri intelligitur de habitatione, ergo sequitur q̄ statutum de lucro dotis

de quo

de quo in quæstione præsenti, verificabitur quoq; quãdo moritur vxor in domo etiam per virum cõducta. Quod autem ita se habeat communis vsus loquendi plusquam manifestum est, quia vt quotidie videm[9] quando dicitur alicui; uadas ad domum Titij uel Sempronij, secundũ communem vsum loquendi, intelligatur tam de domo habitationis, q̃ de alia cuius quis vere sit dominus. & proprie in terminis huius q̃onis ita decidit Camp. in tract. dot. in 5. parte. q. 17.

Quam tamen limitandam existimamus, nisi aliud statutum dispone
10 ret, quòd statuta debeant intelligi nullo addito extrinsecus, seu nullo intrinsecus intellectu: quia tunc nõ intelligitur secundum vsum loquendi, vt voluit Iacob. Butrig. in d pro he. ff. quem ibi sequitur Ant. de Butri. Abb. & Fely. & Roma. in singul. 411. quia sensus cõis loquẽdi est ꝙ intrinsecum, & dicit per hoc Florẽtiæ obtinuisse magnam quæstionẽ. Idem etiam voluit Alex. in d. rubri. de noui ope. nun. col. 12. & Ias. colum. penul.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis vsu non receptum attendi debet, sed contra, vt infra.*

2 *Lex vel statutum per non vsum, vel non desuetudinem non tollitur quod declara ut in nu. 13.*

3 *Tempus non est modus tollendæ uel inducendæ obligationis, quod declara vt in nu. 14.*

4 *Statutum quod nunquam fuit receptum in obseruantiam, nec moribus utentium approbatum, nullas vires habet.*

5 *Reformatio contraria statuto si non fuit vsu recepta non prævalet statuto praticato, tam ante dictam reformationem quàm post.*

6 *Interruptum non dicitur, quod nunquam fuit obseruatum.*

7 *Statuta ecclesiæ tã edita q̃ edenda si quis seruare iurauit, tale iuramentũ nõ extẽditur ad statuta moribus vtẽtiũ non recepta, uel per cõtrariã consuetudinem abrogata etiam quòd fuerint confirmata.*

8 *Lex generalis ubi recipit in usu à certo genere personarum & à certo nõ, non recipientes non p eccãt post multa tempora, nisi in eodem genere personarum à maiori parte fuisse recepta.*

9 *Lex præcepti tollitur moribus non vtentium, nisi lex præcepti induceret ex sui natura peccatum ex contrauentione, ut quia concurrit cum lege diuina.*

10 *Statutum disponens ꝙ non valeat sententia mercatorum diffinitiua nisi omnes quatuor consules intersint, si consuetudo obseruat valere sententiam trium sine quarto, statutũ non est obseruandum.*

11 *Consuetudo indutitur spacio decem annorum, nec in ea inducenda requiritur consensus superioris, & numero. 12.*

15 *Negatiua ꝙ statutum non fuit more vtentium approbatum debet per allegantem probare.*

Quæstio XCIX.

1 PROPONITVR & quæstio, An statutum de lucro dotis vsu non receptum attendi debeat mortua uxo
2 re sine liberis. Et primò videtur dicendum ꝙ sic, quia per non vsum, seu per desuetudinem non tollitur lex, seu statutum l. fi. C. de iure domi. impet. vbi in prin. dicit uetustissimam obseruantiam, quę visitata non

non est a tpe, cuius non extat memoria corrigimus, ergo si Imperator illam correxit adhuc vires habebat: & sic per desuetudine vel nõ vsum erat sublata, qa si sublata fuisset non potuisset amplius tolli. l. nã si sub conditione, in versi. rumpendo. ff. de iniust. & rup. testa. & ita in ducebat d. l. ibi Cy.

Secundò facit. Nam solus tẽpus
5 non est modus tollendæ vel inducẽdæ obligationis. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obli.

Quibus non obstantib. contrariũ verius putamus. Et primò adducit, quod not. doct. cõiter post gl. ibi in c. j. de Treug. & pace. ubi statutum
4 quod nunquam fuit receptũ in obseruantiam, nec moribus vtentium approbatum nullos uires habet.

Secundò facit quod no. Bal. in auten. oẽs peregrini C. cõmu. de succ. vbi dixit ꝙ si facta fuit reformatio contraria statuto; tamen statutum
5 fuit ante & post practicatum, quod statutum est attendendum & obseruandum, cuius reformatio nõ fuerit more utentium approbata, quia nõ
6 dicitur interruptum quod nunquã viguit. quod dictum refert & sequit Fel. in d. c. j. col. 3. in fin. de treug. & pac. Ale. in consi. 6. col. 2. uol. 1. & in consi. 78. col. 2. uol. 6. Gozad. in cõsil. 23. col. 3. Paris in consi. 47. colũ. 5. uolumi. 3. Mars. in consil. 49. numero. 49.

Tertiò prædicta confirmantur ex iis, quæ tradit Ripa in respon. 5. nu.
7 3. in i. par. vbi inquit ꝙ etiam si qs iurauit seruare statuta ecclesiæ edita & edenda, quòd tale iuramentũ non extenditur ad statuta moribus utentiũ non recepta uel per contrariam consuetudinem abrogata, dato etiã quòd ipsa statuta iuerint cõfirmata, quia huiusmodi confirmatio ad statuta non recepta, uel alias abrogata non porrigitur, quia non sunt amplius statuta secundum gl. sing. ubi Bar. & alii in l. si quis prio re ff. ad Treb.

Quartò facit quòd not. Abba. in capitu. cum olim, colum. 2. de cleri.
8 coniuga. vbi dicit quòd vbicunque lex generalis recipitur in vsu a certo genere personarũ, & a certo non recipitur, non recipientes non peccant post multa tempora, nisi in eo dem genere personarũ a maiori parte fuisset recepta, quod dictum tanquam pulcherrimum tradit notandum. Imo etiã vult quòd & lex pręcepti tollatur si moribus vtentium
9 non recipitur, nisi esset lex pręcepti inducẽs ex sui natura peccatum ex contrauentione, vt quia concurrit cum lege diuina, quod pariter subdit notandum.

Quintò accedit quod voluit glo. in l. rem non nouam C. de iudi. ubi illud quod lege cauetur si non est consuetudine receptum & omittatur, non uitiat. Vnde refert ibi Bal. quem sequitur Iaso. se ex ipsa gloss.
10 consuluisse, quòd stante statuto, quòd non valeat sententia mercatorum, nisi omnes quatuor consulẽs interfit in deffinitiua, si consuetudo obseruat ualere trium sententiam sine quarto, ex qua consuetudine est derogatum statuto, non est obseruandum statutum. & inquit Alexand. in consi. 6. colum. 2. uolu.
11 j. & in consi. 18. colum. prima in fi. volumi. 2. satis esse quòd a tempore conditi dicti statuti transiuerint decem anni, quibus non fuerit receptum dictum statutum in obseruantiam. Quod & uoluit Ias. in dict. l. rem non nouam, colum. penultim. Marsil. in citato consil. 49. num. 49. & Gozadin. in allegato consilio 23. colum. tertia, & Aret. in consilio 11. columna tertia. & in consilio. 154. colum.

col.2.in princ. Imò fortius determi nat Alex. in consi.132.colum.2.uol.
12 j. ꝙ tali casu non requiritur scientia superioris ad inducendum consuetudinem contrariam legi: quia absq; ipsa scientia superioris hoc potest ipsa consuetudo, ut per Abb. in dicto cap.j. de treug. & pace. Idem uult Aret. in citato consilio. 254.colum.2.
13 Non obstant cōtraria. Et primò, quòd per non usum seu desuetudinem non tollatur lex, uel statutum: quia secundum Alex. in citato cōsi. 132.col.2. illud procedit quando nihil fieret contra legem, ut quia casus non acciderit: sed quando casus accidit & fit contra legem, uel statutum, tunc per talem non usum bene derogatur statuto c. Ioannes, cū ibi no. per Io. And. de cleri. cōiuga.
14 Secundò non obstat ꝙ tempus solum non est modus tollendę obligationis: quia, respondetur secundum Alex. in ipso consi.132. col.2. ꝙ licet non sufficiat solum tempus: tamen sufficit non obseruantia subditorum cum lapsu temporis. Idem dixit Aret. in citato consi.11. col.3. uersi. nec uidetur. Et sic ex ijs concludēdum est statutum de lucro dotis locum non habere quando non fuit more utentium approbatū nec
15 receptum in obseruantiam: dummen probaretur talis negatiua ab eam allegante, ut per Dec. in consi. 649. col. pen,

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in augumento dotis facto constante matrimonio, & nu.15.*
2 *Argumentum dotis dicitur eadē dos & non noua.*
3 *Donatio inter patrem & filiam sicut valet pro dote, ita etiam si fiat pro augumento dotis.*
4 *Dos est quoddā ius uniuersale recipiens augumentū & diminutionē.*
5 *Priuilegium tacitæ hypotecæ concessum actioni de dote, competit etiam pro augumento dotis.*
6 *Priuilegium tacitæ hypotecæ competens pro augumento dotis, competit etiam cum priuilegio prælationis, de quo in l. assiduis C. qui potio. in ping. habean.*
7 *Dos aucta licite habet omnia priuilegia dotis.*
8 *Stipulatio quæ est stricte intelligenda si facit mentionem de dote trahitur quoque ad augumentū dotis.*
9 *Permissum in principali, censetur ēt permissum in augumento.*
10 *Imperator si concedit castrum cū omni territorio, ac mero & mixto imperio, si postea augeat castro territorium, censetur quoque augere merū & mixtum imperium.*
11 *Pactum factum de lucranda dote trahitur ad ipsius augumentum superueniens post pactum.*
12 *Pacta noua circa augumentum dotis, & donationis propter nuptias fieri possunt, quæ si non fiant iungi debēt veteribus pactis.*
13 *Maritus sicut non dicitur locupletior ex dote propter onera matrimonij, ita nec propter augumentum dotis.*
14 *Interesse licitum sicut debetur respectu dotis promissæ, & non solute in tempore viro sustinenti onera matrimonij, ita etiam pro augumento promisso, & in tempore non soluto.*

Quæstio C.

1 NVNQVID statutum de lucro dotis locum habeat in augumento dotis facto constante matrimonio? (quod fieri potest, ut in l. si constante C. de dona. an. nup. & per

per Paris.late in consi.126.in prin. uol.j)Et uidetur concludẽdum hu iusmodi statutum uires suas porrigere ad tale augumentum. Primò
2 per tex.in l.si proprietati ff.de iur. dot.& ibi Bal.ubi augumentum dotis dicitur eadem dos,& non noua.
3 Secundò facit. Nam sicut donatio inter patrem & filiam pro dote ualet l.Pomponius philadelphus ff. famil.hercisc.per quem tex.no.Bal. in l.fin.§.filiæ ff.de lega.2.ꝙ donatio inter patrem & filiam in potestate,facta cõtemplatione dotis, ab ipso principio irreuocabiliter tenet: Ita etiam ualet si fiat pro augumento ipsius dotis: eo quia idem iudicamus de augumẽto dotis qđ de ipsa dote l.inter socerum.§.pen.
4 ff.de pact.dotal.eo quia augumentum dotis efficitur ipsa dos substantialiter,cum dos sit quoddam uniuersale recipiens augumentum & diminutionem l.quod dicitur ff.de impen.in reb.dota.fac.Bar. & Doc. in rub.ff.solut.matri. in ulti.col.& ita in specie tenet Aret.in l.placet, col.2.uersi.ex glo.ff.de acqui.hære. quem refert & sequitur Ias.in dicta rub.sol.mat.col.fin.& in consi.171. col.5.uol.4.
5 Tertiò confirmatur hæc opinio. Nam priuilegium tacitę hypothecę cõcessum actioni de dote de quo in l.j.§.& ut plenius C.de rei uxo. actio.competit etiam pro augumento dotis,ut est tex.in auten.de ęqua li.dot.ubi per illum text. not. ibi Ang.quòd quamuis priuilegia sint stricte intelligendæ: Tamen priuilegiũ quod datur doti dat̃ ẽt augumento dotis,& ita tenent Ias. in d. rub.col.fi.& Moder.in tract. de pigno.in 4.memb.2.par.nu 46.
6 Quartò accedit,ꝙ etiam priuilegium dictę tacitę hyppothecæ competens pro augumẽto dotis(ut proxime dictum fuit) competit etiam cum priuilegio prælationis, de quo in l.assiduis C.qui potio. in pigno. habean.ut per Ias.& Moder.ubi su-
7 pra.Pro quorum confirmatione facit quod dixit Bal.nouel.in l.j.nu. 46.ff.sol.mat.ꝙ dos aucta licite habet omnia priuilegia dotis.& Bald. sequitur Paris.in allegato cõsi.126. col.2.Idem etiam uoluit Ang.in cõsi.290.col.pen.
8 Quintò adducimus text.in l.etiã C.de iu.dot.ubi stipulatio,quæ stricte est intelligẽda l.quicquid astringendæ ff.de uerb.oblig.si facit mentionem de dote trahitur etiã ad augumentum dotis,quem tex.multũ not.Bald.in 2.notab.& hoc dictum reputat mirandum Aret.in l.si in testamento.ff.de uulg.& pupil.& tex. in d.l.etiam ualde solemnem inquit Ias.in dicta rub.col.fi.
9 Sextò pro ista parte facit. Nam permissum in principali censetur ẽt permissum in augumẽto l.hæredis palã.§.si quid post ff.de testa.Hinc dixit Ang.ĩ §.aliud in aut.de æqua li.dot.ꝙ omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augu-
10 mentum,ex quo infert ad quæstionem,ꝙ si Imperator mihi concedat castrum cum certo territorio,ac cũ mero & mixto imperio,& postmodum augeat territorium non exprimendo ꝙ in augumẽto uult me habere merum & mixtum imperium, nihilominus merum & mixtum imperium trahitur ad augumentum.
11 Septimò corroboratur hæc conclusio.Nã pactum factum de lucranda dote habet locum non solum in eo quod est datũ ab initio, sed etiã pro augumento dotis superuenien te post pactum l.inter socerum.§. cum inter.ff.de pact.dotal. ibi nec separabitur portio dotis, quæ data fuit additamenti causa si postea ni

hil aliud cōueniat. Ita etiam uoluit Cyn. in l. si constante, in 4. notab. C. de do. an nup. ubi inquit ꝙ circa au
12 gumenta dotis & donationis propter nuptias possunt fieri pacta de nouo, quæ si non fiant iungatur ueteribus pactis. Idem dixerunt Cyn. & Bal. in d.l. etiam C. de iure dot. Paul. de Castr in consi. 8. incipien. ad primum secūdum antiquam impressionē. Paris. in citato consi. 126. col. 2. & Do. meus Ruin. in consil. 134. in fi. uol. j.

Octauò facit quod uoluit Bald. nouel. in tract. dot. in 7. par. princip.
13 in 3. specia. ꝙ sicut maritus nō dicit locupletior ex pp onera matrimonii, ita ēt nō dicit locupletior pp augmētum dotis. & Bal. sequitur Paris. ind. consi. 126. ubi etiā uult ꝙ sicut respectu dotis promissæ & sta-
14 tuto tempore non solutæ uiro sustinenti onera matrimonij, debetur licitum interesse, ut plene no. scribē c. salubriter de usur. & doct. in l. in insulam. §. usuras. ff. solu. matrimo. pariter poterit peti respectu augumenti dotis promissæ & non solutæ tempore statuto, cum in eo uigeat eadem ratio, & non debeant prædicta diuerso iure censeri, cum tale augumētū imitetur naturā dotis.
15 Vltimò in terminis lucri dotis, & sic huiusmodi quæstionis ita decidit Abb. in conf. 46. in 2. dubio, uol. j. ubi expresse concludit ꝙ statutū de lucro dotis habet locum in eius augumento, cum sit pars dotis, & & una eadē res non sit diuerso iure censenda, ut in c. cognouimus, 12. quæst. 2. quem referunt & sequunter Camp. in tract. dot. in 5. par. q. 9. Paris. in allegato consi. 126. col. 2. & in consi. 62. col. 3. uol. 4. & Pau. de Castr. in consi. 290. col. 3. in fi. uol. j. Et ideo ab hac sententia tanquam communi recedendum non esse arbitramur, sed illi omnino inhærendum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet si tutor accepit pupillam factam adultam in uxorem cum dote & nume. 5. sed contra nu. 8.*
2 *Matrimonium ubi non est, nec ibi dos esse potest.*
3 *Matrimonium secundum legem ciuilem interdictum est inter tutorem, & pupillam adultam.*
4 *Sicut inter filium tutoris & ipsam pupillam.*
6 *Matrimonium de iure canonico inter tutorē & pupillam ualet & tenet.*
7 *Ius canonicum in matrimonij cōtrahendis præualet iuri ciuili.*

Quæstio CI.

1 QVID si statutū disponat quòd maritus per mortem uxoris lucretur dotem: An habebit locum si tutor accepit pupillam factam adultam cum dote in uxorem? Videtur
2 dicendum quòd non quia: ubi non est matrimonium dos esse non potest l. 3. ff. de iure dot. l. cum multæ. C. de dona. ante nup. Saly. in auten.
3 maximis C. de incest. nup. Sed a lege ciuili interdictum est matrimonium inter tutorem & pupillam factam adultā ut in l. tutor. ff. de sponsal. l. Senatusconsulto l. si quis tutor §. quibus ff. de ritu nuptia. l. fina. de lega. j. Sicut etiam est prohibitum inter filium tutoris & pupillam l. i. C. de interdic. matr. dicta l. Senatusconsulto, & in dicta l. tutor: & per Ange. in consi. 90. in 6. dubio: ergo sequitur ꝙ dos in effectu data non ualet l. si tutor. C. de interdic. matr. ubi condici potest dos ab uxore tu

toris

toris,& per consequens cum dos si ne matrimonio stare nõ possit,operæpretium est dicere ꝙ in ea locum habere non possit statutum de lucro dotis: quia nõ entis nullę sunt qualitates l.eius qui in prouincia ff.si cer.peta.& quia statutum non potest operari nisi super dote, ut ꝑ
5 Pau.de Cast.in l.i.C.si aduer. dot. & in specie,quòd huiusmodi statutum nõ militet in tali uiro, hoc uoluit Bertachi.in reperto suo,in uer bo statutum,de ultimis uoluntatibus,in uersi.71.& Brun.in tracta.de statu.& constitu.in 3.par.in uerbo, lucrum,uersi.statutum ꝙ uir lucretur dotem.

Verum quia a iure canonico huiusmodi leges ciuiles hodie corre-
6 ctę reperiuntur,& disponitur quòd inter eos matrimonium contractũ ualeat & teneat, ut per Gofred.& Ioan.Andr.quos refert Cyn.in l.fi. C.de interdic.matr.Hostien. in tit. qui filij sint legiti.§.qualiter,uersi. si uerò illegitimus,& in titu.de dote post diuor.restitu.§.& qualis sit hæc actio,uersi.excusantur autem. Bar.& Alber.in d.l.i.C.de interdic. mat.& Saly.in l.fi.eo.tit.Alber.in l. qui cõtra.col.2.C.de incest.nup. & Ang.in d.cõ.90.in 6.dubio.& Abb: in Rub.de cogna.lega.& in c.fin.de secun.nup.ac per Aret.in §.illud in
7 sti.de nup.quia ius canonicũ in matrimoniis contrahẽdis præualet iuri ciuili.ut per Doc.ubi supra.Ideo concludẽdum arbitror,ꝙ sicut a lege canonica(quam non dedignãtur leges ciuiles sequi in matrimoniis) permittitur matrimonium inter tutorem & pupillam similiter teneat dotis constitutio,& ideo ꝙ per mortem uxoris maritus potest cõsequi lucrum dotis a lege municipali ordinatum,quicquid dixerit Cy.in d. l.fi.C.de interdic. matri.ubi uoluit iura canonica tantummodo seruanda fore quoad ordines & spiritualia,& iura ciuilia quoad honores & successionẽ,nõ obstante, quod eius opinio reprobata cõperiatur ꝑ Alber.Aret.& alios de quibus supra. & ita si casus accideret teneas in iudicando,quia errare non poteris.

SVMMARIVM.

1 *Statuto de lucranda tota dote ꝑ mortem uxoris sine liberis non uidetur renuntiatum si maritus fecit pactũ de lucrãda dimidia ipsius dotis,sed contra nu.4.& 11.*

2 *Pactum contra legẽ vel statutum ualet,quod declara ut in nu. 13.*

3 *Statutum si disponat quòd filia nupta extra ciuitatem non succedat patri ex testamento vel ab intestato, pactũ factum à filia nupta extra ciuitatẽ de succedẽdo patri,non valet.*

5 *Iuri in sui fauorem introducto quilibet renuntiare potest.*

6 *Lucrum dotis datur in recompensationem onerum matrimonii.*

7 *Ius quando disponit circa effectũ alicuius actus,& ille effectus respicit principaliter & directo ius publicũ tali iuri per pactum renuntiari non potest,alias secus.*

8 *Statuto si cauetur ꝙ filia fęmina nõ succedat ab intestato, si eo tpe quo dotatur,faciat pactum de succedẽdo patri,ualet huiusmodi pactum.*

9 *Statutum si disponat ꝙ vxore prædecedente maritus nihil possit lucrari de dote,tamen ualebit pactum de lucrando certam partem.*

10 *Lucro dotis renuntiatum videtur si maritus promisit totam uel integrã dotem restituere.*

12 *Opinione plures quando in lege uel statuto refferuntur, in dubio vltima censetur approbata.*

Quæstio CII.

1 Lege municipali cautum reperitur, quòd mortua muliere sine liberis dos penes maritũ soluto matrimonio debeat remanere: Maritus fecit pactum cum uxore, quòd lucretur dimidiam, uel tertiã dotis: modo quæritur an ex tali pacto uir censeatur renuntiasse beneficio dictæ legis municipalis. Et uidetur dicendum quòd non, quia tale pactum cum sit contra statutum & le
2 gem non ualet l. quæ contra C. de pact. l. non dubium C. de legi. Hinc uoluit Bar. in l. fi. col. 2. uersi. ꝓ hoc induco, & ibi Bal. col. 3. uers. sed pone. Alex. in l. stipulatio hoc modo
3 concepta, col. pen. de uerbo. oblig. quòd stante statuto quòd filia nupta extra ciuitatem non succedat ex testamẽto uel ab intestato, pactum factum a filia nupta extra ciuitatẽ de succedendo patri, non ualet.
4 Sed his non obstantibus contrarium uerius existimo. Et primo ꝑ
5 regulam quæ habet quòd quilibet potest renũciare iuri suo in eius fauorem introducto l. pen. C. de pact. Sed lex municipalis, quia disponitur maritum lucrari dotem uxoris,
6 absque liberis introducta fuit in fauorem mariti, cum detur huiusmodi lucrum in recompensationẽ onerum matrimonij, ut est gl. communiter recepta in l. si donatur⁹. §. fin. ff. de cõd. cau. data. de cuius ueritate abunde dictum fuit supra q. 4. ergo per pactum potest ei renunciare l. pacisci ff. de pact. Pro cuius confirmatione facit quod uolunt Bar. in l. ius publicum ff. de pact. & Ias. in d. l. pacisci, ubi uolunt quòd quãdo ius disponit circa affectum alicuius actus, & ille effectus respicit principaliter & directo utilitatem publicam, tunc non potest pacto priuatorum mutari: si uero respicit utilitatem priuatam, tunc pactum contra
7 rium bene ualet: quia tunc nihil aliud est renũciare quàm fauori suo per legem inducto, cui quilibet potest renunciare, d. l. pen. C. de pact. Cui sñiæ accedat qđ uoluit Barto. in d. l. fi. col. 2. C. de pact. quem ibi sequuntur. Scriben. & Brun. in tract. exclus. fœmi. in 6. art. princip. in 4. memb. q. 13. ubi expresse inquit ꝙ
8 stante statuto ꝙ filia fœmina non succedat ab intestato, si eo tempore, quo dotatur, faciat pactũ de succedendo patri, ualet huiusmodi pactum, facit etiam quod not. Paul. de Cast. in consi. 440. uol. j. ubi determinat quod stãte statuto quòd maritus nihil possit lucrari de dote mulieris, si maritus & uxor faciant pactum de lucrando dotis partem,
9 ualebit pactum. Præterea facit, nã si aliter diceremus sequeretur ꝙ
10 stante ipso statuto de lucro dotis, si maritus promisisset totam uel integram dotem restituere uxori uel eius hæredibus, ꝙ non censeretur renuntiasse ex ui taciti pacti lucro dotis: & tamẽ communis Doct. sententia est in contrarium, ut latissime scriptum comperitur supra. q. 38. ergo idem dicendum est quando expresse per pactum renũtiatur lucro dotis pro parte, cum minus offendatur dispositio iuris communis, quæ uult quòd per mortẽ uxoris dos reuertatur ad eius hæredes l. 2. cum ibi not. ff. sol. matri.
11 Secundo quòd stãdum sit pacto de quo proxime dictum fuit hoc decidit Alber. de Rosa. in 2. par. stat. q. 57. ubi refert Dy. dicentẽ ita fuisse de facto determinatum, per tex. in l. fi. §. fi. ff. de pact. dotali. quem refert Brun. in tract. de constitu. & statu.

statu.in 3.par.in uerbo lucrum,uersic.54.licet cum male referat Cam. in tracta.dot. in 5.par.q.12. dicens Alber.tenuisse cõtrarium,per tex. in l. conditiones extrinsecus ff. de cond.& demon.quòd caret ueritate, quia si bene aduertatur primo loco dicit Alber. sibi uideri quòd ꝑ dictum pactum sit renunciatum statuto, per l.pupilli debitor. §.soror. ff.solu.deinde subdit in contrarium quòd non præiudicet, allegat dictã l.conditiones. postea inquit quòd prçiudicat, & standum sit pacto; dicit Dyn. determinatum fuisse de facto,& sic uidetur approbare ultimum dictum prout uolunt tex. in l. si idem cum eodem §. si una actio.ff.de iurisd.omn.iudi.& l.bona fides ff. deposi. ubi quando in lege
12 uel statuto referuntur plures opiniones in dubio ultima censetur approbata.

Non obstant allagata in contrarium, quòd pactum contra statutũ
23 est nullũ: quia prout declarat Ias. in d.l.quæ contra, & in d.l. pacisci, illlud procedit quando statutũ expresse prohibet pactum fieri uel si lex non prohibet pactum fieri, tamen aliquid disponit pro solemnitate uel forma, aut illud quod disponit lex principaliter respicit publicam utilitatem, secus si dispositio ipsius legis respicit fauorẽ partis: quia tunc potest fieri pactum in contrarium.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de lucro dotis locum nõ habet in eo,qui matrimonium contraxit cum septuagenaria, sed contra, ut infra.*

2 *Statutum de quo supra,cum sit contra ius commune debet intelligi magis stricte quam sit possibile ut minus lædatur ius commune quã fieri possit & nu.18.ubi declaratur.*

3 *Uxor illa dici non potest proprie, in qua non potest esse donum matrimonij idest proles.*

4 *Uerba statuti sunt proprie intelligenda.*

5 *Priuatio præsupponit habitum.*

6 *In statutis attendere debemus quòd statuentes uerisimiliter respondissent si de illo casu specialiter fuissent interrogati.*

7 *Dos non potest esse sine matrimonio.*

8 *Dona matrimonij sunt tria, scilicet fides,proles,& sacramentum, quorum si alterum desit matrimonium est nullum.*

9 *Puer qui de prçsenti generare nõ potest,speratur tamen in futurum potentia generandi, non potest matrimonium contrahere.*

10 *Materia delinquendi non est danda.*

11 *Statutum de lucro dotis generaliter loquens,generaliter intelligi debet.*

12 *Lucrũ dotis conceditur marito propter onera matrimonij.*

13 *Matrimonium non obstante lege Iulia uel Papia hodie contrahi potest cũ sene maiore quinquaginta annis.*

14 *Uxorem sexagenariam quis accipere potest uel decrepitam.*

15 *Generare qui nõ potest de facili uxorem ducere potest.*

16 *Aetas nec sterilitas non impediunt matrimonium.*

17 *Matrimonium contractum cum sexagenaria,et si cesset potentia procreationis sobolis, dicitur uerum matrimonium.*

18 *Matrimonium ultimo uitæ spiritu contrahi potest. Glo. in l. precibus, in uerbo fideicommissi, in penultima parte. C. de impub. & alijs substitutis est communiter reprobata.*

Quæstio CIII.

1 PULCHRA se offert quæstio. An maritus ex ui statuti disponentis de lucro dotis per mortem uxoris sine filijs locum habeat in eo q matrimonium cum septuagenaria contraxit. Ias. qui refert hanc quęstionem penes se nouā in cons. 115. in primo dubio, uolu. primo tenet quòd non duplici ex capite. Quo-
2 rum primum est, quia tale statutū est contra ius commune. Nam de iure communi maritus non lucratur dotem ut in l. secunda ff. solut: matri. ergo statutum debet intelligi magis stricte quam sit possibile ut minus lædatur ius commune q fieri possit, ut per Bal. in terminis istius statuti in l. 2. in fi. C. de dot. promis. & sic in matrimonio proprio, in quo saltem in habitu & in potentia possit adesse procreatio sobolis licet non in actu, non autē debet extendi ad casum in quo mulier septuagenaria non poterat nedum actu sed nec habitu sobolē procreare, ut not. Salycet. in l. si maior C. de legit. hæred. quia fieret extensio dicti statuti contra decisionem Bal. in dicta l. 2. & ad hoc multum
3 ponderat uerba Inno. in c. laudabilem, de frigid. & malefi. ubi post glo. dicit quòd ubi non potest esse istud donū matrimonij idest ples illa non potest dici proprie uxor. c. omne. 27. quæst. 2. Si ergo non est
4 proprie uxor non habebit statutū loquens de uxore, cum in statutis uerba sint proprie intelligenda l. ille aut ille. §. cum in uerbis, & l. non aliter, de lega. 3.

Secundum quod ponderat est q in statuto dicitur non extantibus filijs & consequenter uult maritū lucrari dotem quando uxor dece-
5 dit sine liberis: Sed hæc uerba non existentibus filijs denotant priuationem: priuatio autem præsupponit habitum l. remittit ff. de iure iuran. l. manumissionis ff. de iust. & iure. Sed hoc non adest nec habitus nec potentia filiorum suscipiendorum propter decrepitam ætatem: ergo cum non conueniant uerba statuti, nec etiam statutum locum habebit l. quod constitutum ff. de milit. testa. & quòd illa uerba sine filijs præsupponant habitum & cōsequenter q requiratur saltem habitus & potentia ad liberos suscipiendos alias non uerificentur, tenet in terminis gl. ordinaria cū qua omnes ibi pertranseunt in l. præcibus, in uerbo fideicommissi. in pen. par. glo. C. de impub. & alijs substi tu. Subdens quòd licet nō uiderit decisionem Doct. in terminis præsentis quæstionis: tamen q si dictæ rationes concludūt in iure, teneāt alij quicquid uelint.

6 Tertio facit. Nam in statutis generalibus debemus attēdere id qđ statuētes uerisimiliter statuissent, si specialiter fuissent interrogati, gl. in l. tale pactū. §. fi. ubi not. omnes ff. de pact. Sed cui dubium q si statuentes de hoc casu interrogati fuissent uerisimiliter respondissent quod non? ergo & nos idem tenere debemus.

7 Vltimo uidetur dicendum q ex quo dos non potest esse sine matrimonio l. cum multæ C. de dona. & istud matrimonium sit nullū q de lucro ipsius dotis minime tractari potest, quod autem sit nullum probatur hoc modo. Nam tria sunt dona matrimonij, fides, proles, & sa-
8 cramentum: quorum si alterū desit matrimonium & nullum c. fi. de cō di. appo si. Sed in sexagenaria deficit

cit donum prolis l. si maior. C. de
9 legit.hæred.ergo matrimoniũ nullum. Præterea puer, qui generare non poteſt de preſenti ſperatur tamen potentia generandi in futurũ, non poteſt contrahere matrimoniũ c.puberes,de deſponſa. impub. ergo multo minus ſenex.
10 Vlterius nõ eſt dãda materia de linquendi l.cõuenire. ff.de pact.dotal.quæ daretur in tali matrimonio in inutilibus confricationibus. Itẽ daretur materia peccandi marito iuueni, ut tradit Porc. inſtit. de nup. col.4.
11 Sed his & alijs ſimilibus, non obſtantibus,contraria ſententia eſt de iure uerior. Et ad ita dicendum primo moueor:quia huiuſmodi ſtatutum loquitur generaliter & indiſtincte diſponit maritũ ſuperſtitem ſine filijs lucrari dotem: unde cum indiſtincte loquatur generaliter intelligẽdum eſt l.de pretio.ff.de publicia.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de acqui.hæredi.
12 Secundo quia ratio onerum,pp quæ conceditur marito tale lucrũ, ut per Doct. in l.ſi donaturus. §.fi. ff.de cond. cau. dat. ubi Iaſ. tradit omnes tranſire cum dicta glo. & in conſi.135.col. pen.in fi.uol.j. licet aliter & male loquatur in dicto cõſil.115.col.2. ita militat in marito ipſius mulieris ſexagenariæ ſicut in alijs & longe grauioribus: Igitur & in eo locũ habere debet diſpoſitio ſtatuti loquẽtis de lucro dotis, ut not.in l.4.§.toties ff.de dã.infe.

Tertio facit. Nã licet lege Iulia uel Papia prohibitum eſſet contrahi matrimoniũ cum maſculo maiore annis quinquaginta,quia deficiebat cauſa liberorum, propter quã fiũt nuptiæ ut per gl.in l. ſancimus
13 C. de nupt,tamen hodie cum ſene muliere & maiore quinquaginta annis poteſt contrahi matrimoniũ, ut in d.l.ſancimus,ubi eſt caſus clarus & apertus, qui corrigit dictam legem Iuliam & Papiam. & ideo
14 not.ibi Bal.quòd poteſt quis accipere uxorem ſexagenariam uel decrepitæ ætatis conſtitutam. Idem probatur in l. ſed etſi queſitum, in prin. iuncta glo.j.ff. de libe. & poſthu.& ibi Iaſ.ubi inquit, quod ille
15 qui non poteſt facile generare ut ſenex uel decrepitus poteſt uxorẽ
16 ducere. Nam ætas ne c ſterilitas nõ impediunt matrimonium,quia impotentia coeundi accidẽ taliter cauſata non impedit ualiditatem matrimonij.& de hoc eſt etiam glo.in cap.nuptiarum 27.q.j.& in c.2.ubi Doct.de frigid.& malefi.

Non obſtant allegata in contrarium. Et primo quòd ſtatutum de lucro dotis tanquam ſtricti iuris ſtricte debet intelligi, & ſic de matrimonio uero in quo ſaltem in habitu & potentia poſſit adeſſe pro-
17 creatio ſobolis,& ſic donum matrimonij: quia reſpondetur quòd matrimonium contractum cum ſexagenaria & decrepita eſt uerũ matrimoniũ dato ꝙ non ſit potentia procreationis ſobolis,ut eſt tex.in d.l. ſancimus, ꝑ quẽ in ſpecie ita dixit Paris in conſ.29.col.j.uol.2. Quod & probat̃ per Bal. in d.l. ſancimus, ubi dicit ꝙ licet olim eſſet prohibitum hoc matrimonium cum ſexagenaria uel decrepita contrahere propter defectum liberorum: tamẽ quod Iuſtinianus Imperator hodie decreuit huiuſmodi matrimonium non eſſe prohibitum cum contrahatur principaliter per ſe ipſum,quia per ſacramentum: & ſic ſequitur ꝙ
18 ſunt ueræ nuptiæ,& ipſi dicũtur uere uir & uxor, adeo ꝙ ſtatutum,qđ ſtricte debet intellligi, uerificat̃ in uero matrimonio quamuis non de

tur potentia procreationis filiorũ. & ideo nõ militat argumentũ Iaſ. & per conſequẽs quod dicit Inno. in allegato c. laudabilem,quia eius opinio iure non ſubſiſtit, ut patet ex ſupra relatis. Pro cuius cõfirmatione facit quod not.glo. in uerbo in quibuſdam, in cap.nuptiarũ 27. quæſt. j. ubi glo. dicit quòd licet ꝑ frigidum non poſſit contrahi matrimonium cum ibi eſſe nõ poſſint tria dona matrimonij, uel re, uel ſpe, ut in c. omne 27. quæſt. 2. Tamen quòd de ſene non eſt ſic, quia nemo eſt adeo ſenex quin aliquando calere poſſit natura uel artificio: & ideo poteſt contrahere matrimonium licet non poſſit habere filios: quia ſufficit quòd prolem nõ euitet c. ſolet 32. q. 2. Sic enim generare dicitur ex quo non euitat prolem, & aptus eſt ad coeundum. Idem dixit Ioan. And.in regula ſine culpa, de regu.iur.in mercuria. ubi tradit quòd licet in matrimonio ſint tria dona .ſ. fides. proles, & ſacramentum,ut in dicto ca.omne & iſtæ ſint tres principales cauſæ quare contrahitur matrimoniũ, quòd tamen ubi non eſſet ſpes ſobolis poteſt eſſe matrimonium,pura in ualde ſene, uel in conſtituto in articulo mortis, qui poteſt contrahere matrimonium, quia etiam ultra bona, de quibus ſupra,eſt humanitatis ſolatium,ut in ualde ſenibus per tex.in dicto cap. nuptiarũ, & in dicto capit.2.de frigid. & maleſi. & Ioan. And.ſequitur Iaſ.in l. j.colum. 12. uerſi.adde quod in ſimili.ff. ſolut. matrimo. & cum hac parte pertranſit Alber. de Roſa. in l.cum quis,colum.antepenul. uerſic circa tertium C.de natural. lib. Cui aſſentit etiam Bal.in cap.quẽadmodum, in fin. de iure iuran. ubi inquit ꝙ in matrimonio duo ſunt ſubſtantiua matrimonij, ſcilicet conſenſus certus, & ſacramentum ideſt quòd non ſit hæreticus: & tria ſunt adiectiua ſcilicet caſtitas coniugalis,proles & dos: q̃ uocat adiectiua, quæ non canonizant matrimoniũ,ſed ei accidunt:q̃a matrimoniũ põt eſſe cũ meretrice dicto c.quemadmodũ,& cum ſterili.

16 l.aſſiduis C.qui potio.in pigno.habean. & ſine ſpe prolis, & ideo põt contrahi ultimo uitæ ſpiritu,prout hanc eſſe communẽ tradit Paris in dicto conſil.29. col.j. & ſic conſtat ex ijs quòd iſtud eſt uerum matrimonium ueræq; nuptiæ,&ipſi uere dicuntur uir & uxor, ita quòd ſtatutum de lucro dotis uerificatur in uero matrimonio.

Secundo non obſtat quòd ponderanda ſunt illa uerba ſine filijs,q̃ debent intelligi de eo qui potuit liberos ſuſcipere per glo. in dicta l. precibus. quia non dicitur decedere ſine liberis,qui non potuit liberos habere quia reſpondet idẽ Iaſ. proprie in ſtatuto deferente lucrũ dotis marito uxore præmoriente ſine filijs in conſi.135.col.fin.uol.

20 j.quòd illa glo.eſt falſa & communiter reprobata:quia eſt cõtra text. in c.ſi pater,de teſta.in 6.& contra tex.in l.centurio.ff.de uulga. & pupilla.ubi Barto.in 5.colum. reprobat illam glo.cum aliis concordantibus ibi traditis per Moder. & ita eam reprobant Moder. in d.l.precibus. Idem etiam tenet in materia de qua agitur Paul. de Caſtr. in cõſil. 123. ſecundum antiquam impreſſionem, colum.i.per dicta iura ſupra relata, ubi conditio ſi deceſſerit ſine liberis uerificatur etiam in illo qui liberos habere non poteſt: & ſic tollitur aliud fundamentum Iaſ. de quo ſupra.

Pariter nõ obſtat tertiũ argumẽ tum

tum quod sumitur ex not. per glo. & Docto.in d.l.tale pactū §.fi. quia huiusmodi fundamentum retorquetur ꝙ imò statuentes si interrogati fuissent de huiusmodi casu utique respondissent maritū debere lucrari dotem cū militet ratio in eo propter quam tale lucrum cōceditur, uidelicet onera matrimonii, quæ maiora solent fieri in senibus,& decrepitis quam iuuenibus.

Vltimò non obstāt no. per Porc. ubi supra.quia loquitur in sene qui coire non potest, non autem in eo, qui coire potest licet cum difficultate ut idemmet se ipsum declarat. Vnde concludēdo teneas quòd maritus post mortem uxoris sexagenariç,vel decrepitæ,ita lucrabitur dotem statutam a lege municipali sicut si prædecederet uxor iuuenis sine filiis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis uerificatur in marito qui accepit uxorem cum dote,cum qua tamen non potuit emittere semen licet haberet uirgam erectam.*

2 *Procreatio filiorum non semper requiritur in matrimonio: quia sufficit, quòd non euitetur proles.*

3 *Matrimonium ubi non est,nec lucrum dotis esse potest.*

4 *Impedimentum omne uiri,uel uxoris, quod facto humano siue corporali periculo remoueri non potest reddit quem inhabilem ad contrahendū matrimonium, & dirimit contractum: aliàs secus ut numero 5.*

6 *Impedimentum superueniens post contractum matrimonium, cui reparari non potest, non soluit matrimonium.*

Quæstio CIIII.

1 Nova excitatur quæstio. Ma-
ritus duxit mulierem in uxorem,
cum qua non potuit emittere semē
licet habere uirgam erectam, quç il
luc ad tres annos mortua est sine
liberis: Dubitatum fuit an maritus
per mortem ipsius mulieris conse-
qui ualeat lucrum dotis, de quo in
lege municipali. Et prima frontè
uidebatur dicendum ꝙ sic, quia in-
ter eos fuit matrimonium ut est gl.
in c.hi qui.32.q.7. ubi dicit ꝙ si q̄s
habet uirgam erectam siue resoluat
sperma siue non ꝙ ibi est matrimo
nium,quia talis satisfacit mulieri si
cut mulier satisfacit uiro,siue resol
3 uat siue non: Nā semper non requi-
ritur ꝙ in matrimonio sit filiorum
procreatio, quia sufficit ꝙ non eui-
tet prolem c.solet.32.q.2. Cum er-
go detur matrimonium dotisq; cō-
stitutio, & maritus passus fuerit o-
nera matrimonii quorum contem-
platione ei a statuto lucrum conce-
ditur ut sępissimè s. in q.4. & aliis
quampluribus qōnibus post glo.cō
muniter receptam in l.si donaturus
§.fi.ff. de cond. cau.da. dictum fuit
sequitur ꝙ ex ui ipsius legis muni-
cipalis tale lucrum ualeat consequi
maritus.

Verum quia Abb.in c.2.de frigi.
& malefi.tenuit ꝙ talis habens uir-
gam erectam, & qui nō potest emit
tere semen, non possit contrahere
matrimonium, subdens glo.in d.c.
hi qui cōmuniter reprobatam:Ideo
3 uideretur dicendum ꝙ cum non sit
matrimoniū nec dos, quæ sine ma-
trimonio esse nō potest l.cum mul-
tæ.C.de donat.ante nup. ꝙ pariter
cessare deberet lucrum dotis.

Ego quidem pro ueritate huius quçstionis distinguendum esse existimo;

ſtimo uidelicet quòd ſi tale impedimentum eſt huius qualitatis, quòd ope medicorum ſine corporali periculo non poteſt remoueri ꝙ tunc impeditur matrimonium contrahendum, & contractum dirimitur per tex.i c.fraternitatis.de frigi.& maleſi.ubi Abb.in 2.col. in uerſic. not. inquit eſſe ibi regulam ſatis notandam in materia matrimoniali oēm impedimentum uiri uel mulieris, quod facto humano ſine corporali periculo remoueri non poteſt reddit quē inhabilē ad contrahendum matrimonium. Quod & uoluit Hoſtien.in tit.de frigi.& maleſi. in §.ꝗ impotentia,in i.col. in uerſi. fœmina autem, dicens ꝙ tale impedimētum impedit, & dirimit matrimonium, & iſto caſu tenendum arbitror, ꝙ cum hmōi matrimonium uiribus non ſubſiſtat, ꝙ maritus tale lucrum delatum a ſtatuto non poterit conſequi,& ita poteſt procedere dictum Abb.in d.ca.2. de frigid. & malefic.

5 Si uerò impedimentum naturale, uel accidentale ope medicorum ſine graui periculo corporali poteſt reparari, & tunc teneo quòd ualet matrimonium cum non impediat tale impedimeutum matrimonium contrahendum nec dirimat contractum, ut in d.c.fraternitatis, & per Abb.ibi.& Hoſt.ubi ſupra,& per cōſequens ſi non ſtetit per maritum quo minus tale impedimetum ope medicorum remoueretur:quòd maritus per mortem ipſius uxoris lucrabitur dotem.

6 Si uerò ſuperuenit impedimentum poſt contractum matrimoniū cui reparari nō poſſit & tunc intrepidè tenendum eſt cum matrimonium uoluerit,ꝙ nullo ſuperueniēte impedimento tolli poteſt ut eſt text.in d.c.hi qui, ubi ii qui matrimonium iam contraxerunt, & uni ex duobus dementia,aut furor,aut aliqua infirmitas acceſſerit, ob hāc infirmitatem & cauſam coniugium talium ſolui non poteſt, & ſubdit tex.ſimiliter ſciēdum eſt de ijs, qui ab aduerſariis excæcātur,aut membris mutilantur, aut a Barbaris exſecti fuerint,& per Abb. in ca.3. de frigid.& maleſi. quod ſimiliter maritus cōſequi debeat lucrum quod ei deferē uirtute legis ſtatutariæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſi diſponatur quòd mulier habens filios non poſſit diſponere de bonis ſuis niſi de quarta parte bonorum, & alio quòd uxori præmoriente in ſecundo matrimonio ſine liberis ex eo maritus lucretur dimidiā dotis, ſi mulier dedit omnia bona ſua in dotē, maritus ex ui dicti ſtatuti ut ſupra non lucrabitur dimidiam dotis. Sed contra nume.9. & 20.*

2 *Statutum prohibens mulieri alienationem bonorum ſuorum ultra quartā quamuis ſit durum & odioſum, ac contra æquitatem naturalem & ciuilem obſeruandum uenit quod declara ut in nu. 22. & 23.*

3 *Alienationis appellatione uenit omnis actus per quem transfertur dominium.*

4 *Dare rem in dotem eſt alienare.*

5 *Statutum generaliter loquens generaliter obſeruandum eſt etiam quo ad caſus priuilegiatos quando in illo caſu ſpecialiter non reperitur habere priuilegium.*

6 *Diſpoſitio generalis omnes etiā alios caſus includit licet maior ratio ſit in uno caſu quam in alio.*

7 *Diſpoſitio generalis includit etiam caſum dotis.*

Sta-

8 *Statutum disponēs q instrumenta publica non probent nisi reperiātur in memoralibus registrata nō habet locum in instrumentis dotalibus.*

9 *Prohibitio alienationis facta in ultima uolūtate, quæ est fauorabilis, nō impedit dationem dotis saltem congruam conditioni personarum.*

10 *Dispositum in statutis illud habetur quod uerisimiliter fuisset statutum si statuentes fuissent interrogati*

11 *Argumentum de alimentis ad dotem secundum communem ualet.*

12 *Dispositio legis generalis locum non habet in causa alimentorum.*

13 *Alimentorum fauore extincta præstatione legati in minus, solēni uolūtate relicti obligatur hæres in futurum.*

14 *Statutum disponens, q in contractibus mulierum adhibeatur certa solemnitas non habet locum in promissione ex causa dotis.*

15 *Statutum loquens per uerba uniuersalia non comprehendit causam dotis.*

16 *Statuto si caueatur q ei cui competit ius agendi, petendi, uel officium iudicis implorandi quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque causa præsumatur solutum uel satisfactum, si steterit per quindecim annos q debitum non petierit in iudicio uel extra tale statutum non includit causam dotis.*

17 *Statutum uetans probationem certæ summæ fieri non posse per testes, sed per instrumenta restringi debet ut locum non habeat in dotem probanda.*

18 *Dispositio l. omnes, & l. bene a Zenone, C. de quadr. præscrip. locū non habet in rebus dotalibus uenditis.*

19 *Item locum non habet in quarta debita uxori inopi uigore autē. præterea C. un. uir. & uxor.*

21 *Statutum prohibens mulieri alienationem nō est intelligendum in alienatione ex causa dotis.*

Quæstio CV.

1 EXCITATVR dubium. Stat statutum disponens, quòd mulier habens filios non possit disponere de bonis suis nisi de quarta parte bonorum. Alio quoque statuto disponitur quòd uxore præmoriente in secundo matrimonio sine liberis ex eo, maritus lucretur dimidiam dotis. Pone modo quòd mulier dederit in dotem omnia bona sua, An ualeat ipsa dotis datio, ita quòd ea præmoriente sine liberis, ut suprà maritus consequi habeat beneficio dicti ultimi statuti dimidiam dictæ dotis. Prima quidem facie uideretur dicēdum, quòd nō propter prohibitionem dictæ legis municipalis prohibentis mulieri alienationem

2 bonorum suorum ultra quartam, quæ lex, quamuis dura, & odiosa sit ac contra æquitatem naturalem, & ciuilem, obseruāda uenit ut per Ancha. in consi. 38. col. 2. Socy. in cōsil. 48. col. 2. uol. 1. & in consi. 93. col. 7. eod. uolu.

3 Secundò dictum statutum utitur uerbo alienare, & appellatione alienationis uenit omnis actus per quē dominium transfertur l. j. cum glo. C. de fun. dota. l. alienatū, ff. de uerbo. signifi. notant Alex. in consi. 41. col. fi. uol. 6. & in consi. 95. col. fin. eo. uolu. & in consi. 29. col. 5. uol. 7. Sed dare in dotem est alienare, quia

4 maritus efficitur dominus rei dotalis l. doce. C. de rei uendi. ergo sequitur quòd huiusmodi alienatio ultra quartam per uxorem fieri nō potuit, adeò quòd per mortem eius maritus ultrà ipsam quartam aliquid

aliquid lucrari possit.

5 Tertio facit. Nam statutum generaliter loquēs generaliter debet intelligi, & obseruandum est etiam quo ad casus priuilegiatos quando in ipso casu specialiter non reperitur habere priuilegium,ut est text. notab.secundum Bald.ibi in l.fraudem §.fi.ff.de testa. milit. & similiter facit. Nam dispositio gnalis oēs
6 alios etiam casus includit licet maior ratio sit in uno casu, q̄ in alio l. j.§. quod autē ff.de alea.l.fi.§. uxori,ff.de auro,& arg.leg. notat Dec.
7 in consi.5.col.j.ergo uidetur dicendum ꝙ generalis dispositio statuti prohibentis ipsam alienationem ultra quartam habeat locum etiam in cā dotis, ex quo ī tali materia cā dotis non reperitur priuilegiata.

Nec habet obstare si dicatur, ꝙ imò dispositio gnalis non includit causam dotis fauore ipsarum dotiū, ut scribit Saly.in l.fi.C. de iure dot. ubi uoluit per illum tex. ex quo in eo dicitur, ꝙ donatio causa dotis nō indiget insinuatione,quod alias
8 erat secus notandum esse bonum argumentum,ut statutum gnaliter disponens ꝙ instrumenta publica nō probent nisi reperiantur in memorialibus registrata, locum nō habere in instrumētis dotalibus fauore dotium,quia respondetur ꝙ Saly. non inquit ꝙ in dispositione generalis statuti non includitur causa dotis.quia male loqueretur, sed loquitur in casu particulari ꝯm terminos illius l.fi.in princ. ubi habetur, ut diximus, ꝙ in causa dotis non requiritur insinuatio. Vnde arguit Saly.ꝙ si statutum gnaliter disponat, ꝙ instrumentum debeat registrari siue insinuari, hoc non habebit locum in instrumento dotali, quia illa gnalitas restringitur ad terminos iuris cōis ꝯm ꝙ causa dotis reperitur specialiter priuilegiata, ut insinuari non debeat Saly.declarat Dec.in l.3.C.un.lib.col. 2.ī l.j.nu. 11.de reg.iur.in c.sedes.co.4.de rescrip.in consi.5.col.2.in consi.301. col.3.in consi.496.col. 3. & in con. 536.col.4 Ripa in l.j.nu. 15.ff sol. matri.rub. Alexan.in consi.166. in fin.Gozad.in consi.97.col.2. Socy. iun.in consi.12.col.3.uol.2.

Quibus tamen non obstantibus teneas, quòd imò stante forma dicti primi statuti potuit ipsa mulier se ipsam dotare de bonis suis, adeò ꝙ ea præmoriente uir uigore secundi statuti poterit lucrari dimidiam dictæ dotis.quod demonstratur.Nam
9 prohibitio alienationis facta in ultima uoluntate,quę est fauorabilis, non impedit dationem dotis saltem congruam conditioni personarum, & hoc propter publicam utilitatē, quæ priuatæ præfertur, ut est text. ubi notant omnes in aut.res quæ C.cōmu.de leg. ergo multominus habet, uel debet impedire dispositio statutaria,quæ cum sit minus fauorabilis, sed stricti iuris odiosa, & exorbitans a iure communi l.j. C. de sacrosan.eccl. ita Anch.in d cōs. 380.col j. & in consil. 381. quę est subscriptio D.Francisci, restringenda uenit l.quicquid astringendæ ff. de uerb.obliga.

10 Secūdò.Nam in statutis illud habetur pro dispositio quod uerisimiliter fuisset statutum si statuentes cogitassent, uel fuissent interrogati,ita notant glo. & Docto.in l.tale pactum §.fi.ff.de pact.& quæ glo.secundū Bal.ibi in 2.nota.est optima, & menti tenēda.Sed cui dubium,ꝙ statuētes si fuissent interrogati, an prętextu dicti primi statuti uoluissent impedire alienationē bonorū suorum ultra quartam partem mulieri ne posset cōguè dotari, & maritari?

ritari? utique dixissent quòd non. Igitur pro dispositio haberi debet', quòd tale statutum] causam dotis includere noluerit per nota. in d. §.fina.& per Ias.in consi.171.colu. 2.uolum. 4.

11 Tertio probatur hæc sententia. Nam valet argumentum de alimentis ad dotem secundum Cyn. in l.in omni.C.de admi.tut. Cyn.& Bal.in l.si mater.C. de iure dot.Bar.in l.fi. ff.de ijs quib. vt indig. Bal. Paul.& Imol.in l.i.ff.sol.matri.& D.meum Rui in consi.194.col 2.volu.i.& in consil. 199. nume.9. volumi. 2. vbi attestatur hanc esse communem opinionem: Sed dispositio legis generalis non habet locum in causa alimentorum, vt est tex. in l. libertis quos posthumus ff.de alim. & ciba. leg. ubi generalis diminutio legatorum facta per testatorem non refertur ad legata alimentorum eorum fauore.& quem tex.pro singulari allegat Roma.in autent. similiter.col. 2.C.ad l.falcid. ergo nec in causa dotis.Quod & confirmatur secundum D.meum Rui.ubi supra ex dictis per Bart. in disput. sua incip. mulier habens & c. & in l.certis annis C.de pac. ac in l. cum de in rem uerso ff. de usur. ubi inquit ꝙ sicut fauore alimentorum extincta præ-
13 statione legati in minus solemni uoluntate relicti obligatur hæres in futurum l. i. C. de fideicom.ita etiã erit fauore dotis, ut ẽt uoluit Butr. in c. peruenit, de censi. & Roma.in l.si uero.§.de uiro ff.sol.matr.

Quarto hoc firmatur autoritate Saly.in d.l. final. C. de iur. dot. per quam uoluit D. meus Rui. in citato consi.194.colu.2.ꝙ statutum di-
14 sponens ꝙ in contractibus mulierũ adhibeatur certa solemnitas fauore dotium non includitur promissio facta ex causa dotis, nec in dubio illã dicitur comprehendere.Idem dixit in consi.195.col.2.cum seq.eo. volu. vbi inquit vnum etiam quod est fortius, quòd etiam si statutum lo-
15 queretur per verba vniuersalia adhuc nõ esset prohibita restrictio dotis, ne mulier remaneret incongruè dotata:quia eius non tantum interest sed & Reipublicæ,arg l.si quis in graui.§. se vtrum,ad Sylleia.

Accedit quoque quod not. Socy. iun.in subscriptione cõsi.26.D.mei
16 Rui.nu.26.volu.3.vbi concludit ꝙ stante statuto, ꝙ ei cui competitius agendi,petendi,vel officium iudicis implorandi,quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque causa præsumatur solutum, vel satisfactũ, si steterit per quindecim dies ꝙ debitum non petierit in iudicio vel extra:tale statutum nõ includit causam dotis speciali priuilegio ipsius dotis, & ideo subdit quòd incõgruè dotata non obstante tali statuto poterit petere supplementum dotis, per decisionem Saly.vbi supra.Quã etiam sequitur Bal.nouel.in tra.do. in 6.par.priuil.48.D.Fran.de Pepis in consil.75.inter consi. Socy. in 4.
17 vol.Mars.in consi.442.in fi.& in rubr.C.de prob.nu.62.vbi dicit quòd statutum vetans probationem certæ summæ fieri nõ posse per testes, sed per instrumenta,debet restringi & limitari,vt non procedat nec habeat locum in dote probanda excedente dictam summam, quoniam talis dos per testes probari poterit nõ obstante dicto statuto, & hoc propter fauorem dotis,& ipsam vti cõmunem sequendam fore in consulẽdo & iudicãdo dixit Necusan.in tracta.de pigno.in i. memb.3. par.car. 164.colum.4.

Confirmatur etiam ista cõclusio ex not.per Bal.in consil.359.vol.3.
18 vbi vult ꝙ dispositio l.oẽs l.bene a Zenone

Zenone C.de quadr.præscrip exclu dens ius vel hypothecam habentes in bonis venditis per fiscum non habeat locum in rebus dotalibus venditis,etsi dictæ leges generaliter loquantur. Et Bal.sequútur Necus.vbi supra,& socy.in consi.46.col.2.ver si.sexto respondeo,vol.4.& in cons. 121.col.5.vol. eo. vbi etiam voluit
19 ꝙ sicut hmôi l.omnes,& bene a Zenone,non habent locũ in quarta debita vxori inopi vigore autẽ.præterea.C.vnde vir & vxor.quæ loco dotis subrogatur ne vxor mẽdicare cogatur:nec pariter statuta generaliter loquentia,quæ specificè contrarium non disponerent, cũ recipiant interpretationẽ passiuam a iure cõi l.i.§.lex falcidia ff.ad l.falcid. & maximè ne mulier indebite damnum patitur,arg.gl in l.fi.§.in computatione C.de iure deliberan.
20 Quinto in terminis qõnis nostræ est decisio Pet de Anc.in citato consi.380.vbi expresse decidit mulierẽ ipsam citra impedimentum statuti posse dare in dotem marito bona q̃ transcendant quartam partem,& virum ea præmoriente posse similiter lucrari dimidiam dotis ꝭm formam
21 statuti de lucro dotis, eo quia tale statutum prohibẽs talem alienationem non est intelligendum in muliere quæ ipsam alienationem fecit pro se ipsa dotanda, quia hic intellectus esset iniquus, & impedit liberã licentiam contrahendi matrimoniũ si non liceret mulieri secundo nubere volenti dare bona sua in dotẽ ꝓpter filios quos haberet ex primo matrimonio, qm̃ cessaret præcipua causa fauoris,quæ mulieribus debetur ex dotibus vt nubere possint, d. l.i.§.l.mat.& l.i.de iure dot.

Nec habet obstare ꝭm eum si dicatur, ꝙ mulieri reseruatur quarta pars bonorum disponenda arbitrio eius,quia non tollitur quin restringatur libera contrahendi matrimonij licentia : cum non sit verisimile sub hac minuscula parte incitari homines condignã conditionis ad matrimoniũ,qui anhelant ad ipsum matrimonium contrahere sub maioris dotis contentu . ergo dicta lex municipalis non est intelligẽda in hoc casu, arg.l. siue generalis.§.iste, de iure dot.& vt mulier in contrahẽdo matrimonio nõ deficiat ob dotis cõdignæ carentia . & ideo inquir Anchar. quòd cùm suprascripta interpretatio sit restrictiua tum ex causa dotis tum ex præcipuo fauore debite dato mulieribus vt cum dotib. nubere possint,tum ne pro minuscula parte lex ipsa statutaria inducat contra ipsas mulieres graue damnũ & iacturam generalem, in omnẽ casum contra naturalem æquitatẽ, & regulas iuris cõis:ꝙ dicta lex muni-
22 cipalis debet procedere in alijs alienationib.& dispõnib.mulierũ,arg.l. si serui,cũ ibi not.ꝑ Doc.ff. de nox.

Accedat etiam ꝭm eum ꝑdictis q̃dam consideratio absurditatis reductiua,quæ nedum in lege, sed in omni dispõne euitanda est. Pone.n. ꝙ mulier habens quadraginta in bonis,& filios ex præcedenti matrimonio,& nubens secũdo viro det quartam.i.decem in dotem,& ex ipso secũdo suscipiens filios iterum nubat nõ dabit in dotem nisi quartã quartæ,& hoc quasi ad nihilum veniret : quod esset omnino absurdum. & cũ Anc.concordat D.Fran.in cons.seq. & Aymo.Craue.in consil.215.col.1. versi.alibi. Idem vult Socy.licet de Anc. mentionem non faciat in consi.85.col.3.in fi.vol.1.

23 Non obstant modo notata in cõtrarium videlicet primum & secundum argumentum . quia illa procedunt in alijs alienationibus & dispositio-

sitionibus mulierum, vt per Anch. in citato consilio 380.

Nec pariter quicquam facit tertium argumentum, cum illud non habeat locum in causa dotis vt patet ex rationibus, & autoritatibus supra citatis, & ad fundamēta Dec. in dicto consil. 5. ubi latius loquitur quam in alijs responde, vt per Necus. vbi supra, ubi sigillatim confutat argumenta ipsius. & ita teneas, quia ista sentētia in hoc casu est magis æqua, cū faueat mulierib⁹ vt facilius ualeāt matrimoniū contrahere, & maritos condignos reperire.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem vxoris sine liberis locum habet in desponsata per verba sola de præsenti, & nu. 18. ubi est magis cōis, sed contra nu. 19. et 33. vbi magis cōis: sed declara vt numero. 36. 38. 39. & 40. ac 42.*

2 *Maritus & vxor vere dicuntur post contractum matrimonium per verba de præsenti.*

3 *Copula non est matrimonium sed vsus & effectus matrimonij.*

4 *Defloratio virginitatis non facit cōiugium, sed actio coniugalis.*

5 *Sponsus uel sponsa proprie non dicuntur post contractum matrimonium per verba de presenti, licet non sit secuta copula carnalis.*

6 *Titulus C. vn. vir. & vxor locū habet in sola desponsata per verba de præsenti.*

7 *Donatio inter sponsum, & sponsam de præsenti non ualet.*

8 *Mater quæ transiuit ad secundas nuptias sicut non potest esse tutrix filiorum, ita etiam quando contraxit sponsalia de presenti.*

9 *Dos promissa constitui per ignobilā nobili vxori ab hæredibus viri ei debetur si matrimonium contractum fuit per verba de præsenti, quamuis non fuerit secuta copula nec ducta ad domum uiri.*

10 *Statutum excludens maritatus à successione excludit etiam maritatas p verba de præsenti.*

11 *Constitutio domus sapientiæ disponēs q coniugati non admittantur in ipsa domo, militat in coniugatis per verba de presenti.*

12 *Mulier forum viri sortitur per sola verba de præsenti.*

13 *Lucrum viro defertur propter onera matrimonij, & nu. 30.*

14 *Sponsa de præsenti habet priuilegiū prælationis de quo in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. hab.*

15 *Sponsa de præsenti adeo est destinata per parentes in domum viri quod debet eum sequi quocunque honeste uadit.*

16 *Rea destinata ad locum perinde est ac si esset in loco.*

17 *Cingendus de proximo pro iam cincto habetur.*

20 *Matrimonij appellatione intelligitur de consumato.*

21 *Matrimonium per sponsalia initiatur & per carnis copulam confirmatur.*

22 *Maritus & vxor secundum communem vsum loquendi, qui etiam in statutis correctorijs attenditur, intelligitur consumato matrimonio.*

23 *Interpretatio in omni materia restringibili & odiosa semper debet fieri secundum communē vsum loquēdi.*

24 *Verba statutorum debent capi in proprio & potentiori significatu.*

25 *Statutum de lucro dotis per mortem uxoris sine liberis videtur sensisse de ea, quæ erat in statu & potentia tempore obitus sui faciendi filios, sed contra ut infra.*

26 *Verba statuti vbi non adaptantur ad casum*

casum occurrentem, dispositio ipsius statuti cessat.

27 *Dictio in denotat intrinsicitatem, & perfectionem actus.*

28 *Facta in ripa fluminis non dicuntur facta in fluminis.*

29 *Statutum puniens insultum facientē in domo non punit insultum facientem in porticu.*

30 *Statutum loquens de nupta nō intelligitur de sponsata p uerba de præsenti.*

31 *Statutum quòd vxore præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem cum sit pœnale ex quo diminuit patrimonium, debe intelligi de vxore cognita, quod declara ut in nu. 40.*

32 *Ablatiui absoluti important conditionem.*

34 *Declaratio Corn. ... consi. 248. uol. 2. impugnatur.*

35 *Glo. in l. precibus C. de impub. & aliis substi. in uerbo fideicommissi ibi, & quia illud verbum sine liberis communiter reprobatur.*

36 *Matrimonium de proximo consumādum habetur pro consumato.*

37 *Statutum disponens quòd uxore decedente in matrimonio copulata, vir lucretur dotem, locum habet in non copulata si stetit per uxorem quominus copularetur. et è contrario si stetit per maritum, ut nu. 45.*

43 *Mulier sicut nihil lucratur quando non sustinet onus dādę dotis, ita nec uir quid consequi debet ex ui statuti uel pacti de lucro dotis si non sustinet onera matrimonij.*

44 *Maritus non sustinens onera matrimonij quemadmodum non lucratur fructus dotis, ita nec & proprietatem ipsius dotis.*

Quæstio CVI.

1 Dubium & quidem maximum oritur, An statutum disponēs ꝙ uxore præmoriente in matrimonio sine liberis maritus lucretur dotem habeat locum si sponsa de præsenti moriatur antequam fuerit cognita uel ducta ad domū uiri. Duæ reperiuntur opiniones quarum prima est ꝙ sic, & hoc suadetur infra-
2 scriptis fundamentis, quia post matrimonium contractum per uerba de præsenti inter aliquos, ij dicuntur & sunt ueri maritus & uxor, ut per Bel. in cōsi. 24. col. j. uol. j. post Præposi. in rub. de sponsal. col. 2. & Ro. in l. j. col. 3. C. unde uir & uxor, & hanc esse proprie uxorem dixerunt Bal. in l. solet §. quæ uirum ff. de ijs qui not. infa. & Paul. de Cast. in l. si ante, in fin. ff. solut. matr. Pro quo facit tex. in l. nuptias ff. de reg.
3 iur. ubi nuptias non concubitus sed consensus facit. Item copula nō est matrimonium, sed vsus & effectus matrimonij. l. nuptura ff. de iu. dot. facit etiam tex. in c. cū initiatur 27.
4 q. 2. ubi defloratio uirginitatis non facit coniugium sed actio coniugalis, cum coniūgitur uiro coniugiū est. Hinc uoluit Abb. in rub. de spō-
5 sal. ꝙ post contractum matrimoniū per uerba de præsenti & ante copulam carnalem proprie non dicūtur sponsus uel sponsa, sed maritus & uxor, quia spōsus dicitur quasi promissus & sponsa quasi promissa, sed post contractum matrimonium est adimpleta ꝑmissio, & ideo dicitur coniugata & uxor.
6 Secundò facit. Nam titulus unde uir & uxor habet locum non solum in uxore traducta & cognita sed ēt in sponsa sola de præsenti, ut ꝑ Bal. in l. j. C. unde uir & uxo. col. fina. & Cur. iun ibi col. 2. qui dicit hanc esse communem opinionem hoc etiā tradit ipse Cur. in auten. præterea, col. j. eo. tit. Idem uoluit Belt. in d. conf. 24. col. j. Do. Fran. de Pepis in auten

auten.pręterea,in 2.col.C.unde uir
& uxo.quod dictum tāquam nouū
menti tenendū referūt Mod.in rub.
de don.inter uir.& uxo.§.55.col.3.
Tertiò per tex.in l.pen.in prin.
ff.de dona.inter uir.& uxo.Nam Se
7 natus prohibet donationem inter
uirum & uxorem, & ratio motiua
fuit, ne mutuo amore se spolient.
quæ ratio maxime uiget quādo ma
trimonium est consumatum, & ta-
men antequam cōsumatum sit uel
ad domum ducta, locum habet ꝓhibitio : nec curandum est secundū
ipsam legem deductione uel de ta-
bularum dotis confectione. Idem
uoluit gl.in uerbo concubinæ, in l.
3.ff.eo.titu.
8 Quartò facit.Nam sicut mater q̄
mortuo patre transiuit ad secundas
nuptias non potest esse tutrix filio-
rum primi uiri l.omnē, ad Tertul.
ita etiam quando contraxit sponsa-
lia de præsenti.ita singulariter di-
xit Specu.in tit.de tuto.§.nunc di-
cēdum,uersi.item excipitur. quem
referunt & sequuntur Moder. post
alios per eos citatos in d.rubri.de
dona.inter uir.& uxor.§.55.col.3.
9 Quintò accedit qd' uoluit Affli.
decis.61.ubi inquit fuisse uotatum
ꝙ dos promissa cōstitui per uirum
ignobilem uxori nobili debetur ab
hæredibus uiri, si matrimoniū fuit
solum contractum per uerba de prę
senti quamuis non fuerit secuta co
pula carnalis nec ipsa uxor ducta
ad domum uiri.
Sextò adducit qd' uoluit Brun.
in tracta. exclus.fœmi.in 6.articul.
10 principa.in 4.memb.q.19.ubi con
cludit quòd statutum excludēs ma-
ritatas a successione etiam excludit
eas, quæ sunt maritata per uerba
de præsenti, licet non fuerint car-
naliter cognitę & traductæ. Quod
& placuit Nat.in tract.de stat.excl.
fœmi.in 2.q.prin.uersi.5.quæro fa-
cit etiam quod inquit Bald.in cōsi.
11 46.uol.5.ubi uoluit quòd constitu
tio domus sapientiæ, quæ cauetur
ꝙ coniugati non possint esse in do-
mo prædicta,locum habet inconiu-
gato ꝑ uerba de præsenti licet ma-
trimonium nō fuerit carnaliter cō
sumatum,per l.nuptias, de re[illegible]
& l.cum ancillis C.de inc[illegible] nup.
12 Septimò facit.Nam cōt[illegible]o ma
trimonio statim mulier sortitur fo-
rum viri,etiam antequam ducatur
ad domum viri:ut est glo.ordina.in
l.ea quæ la 2.ff.ad munic. & in l.cū
te.C.de do.an.nup. no.Ale. in l.cū
quædam puella ff.de iurisd.om.iud.
& Do.meus Ruin.in co[illegible].58. col.
2.volumin.3
Octauo pro hac opinione videt̄
esse casus in l.deo nobis C. dé epis.
& cleric.in uer. & hoc tātummodo
lucri nomine ubi id quod maritus
habet lucrari per mortem vxoris lu
cratur etiam per ingressum mona-
sterii, & sic antequam carnalis co-
pula præcesserit.Vnde dicit ibi Bal.
esse casum ꝙ ad lucrandam dotem
non requiritur copula,quia ille ver
sic.remanet incorrectus ante copu
lam carnalem, quia post non posset
separari coniugium nec essentiali-
ter,nec quo ad seruitiū si vnus, uel
let ingredi monasterium altero nō
cōsentiente, qd' dicit mēti tenēdū.
Nono adducitur ratio statuti &
eius mēs,quæ fuit vnica licet in eo
13 non dicatur,videlicet, ut remune-
retur maritus propter onera matri
monii,quę sustinet l. pro oneribus
C.de iur.dot.Sed maritus etiā an-
tequam cognoscat carnaliter, vel
ducat vxorem ad domum sustinet
multas expensas & onera ut in ue-
stibus, iocalibus & aliis ornamen-
tis muliebribus. Igitur cum mens
dicti statuti habeat locum : ergo &

statuti dispositio.l.cũ mulier,cũ ibi not.sol.mat. Itẽ statuẽtes si fuisset de hoc interrogati uerisimile est ꝙ etiam in hoc casu idem statuissent: ergo habetur pro statuto, ut not. gl.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.

14 Decimo pro ista parte facit tex. in l.2.§ fi.ff.de priuil.cred.ubi spõsa de presenti habet priuilegiũ ut præferatur creditoribus licet matrimonium non fuerit consumatum, & gloss.ibi concludit quòd habeat priuilegiũ, l.assiduis C. qui potio. in pigno. habe.

Vndecimo in materia etiam pœnali & odiosa sufficit ad pœnam introducendam qualitercunque matrimonium contractum sit l.uxori. §.diuus ff.de adul.

15 Duodecimo sponsa de præsenti est destinata per parentes in domo uiri in tantum ꝙ debet enim sequi quo uadit,honeste: Tamen,ut not. Cy.& Doct.in l.liberti libertæque.

16 C.de oper.liber.not.Bart,in l.mæuia.§.fi.ff.de annu.lega.sed res destinata ad locum perinde est, ac si esset in loco l.fiendi.§.fin. l.granaria ff.de actio.emp.quoniam qui de proximo est cingẽdus pro iam cinc-

17 cto habetur l.pen. ubi Bar. & Bal. de mili.testa.Item traductio ad domum est facilis cum pẽdeat solum ex uoluntate uiri l.si nõ sint.§. ꝗd ergo ff.de auro & argen. lega.

Penultimo probatur ista sententia in l.cui fuerit ff. de cond. & demon. ubi legatum factũ alicui sub conditione si mulier nupsisset in familia statim locũ habet quando ducta est licet in cubiculũ mariti non dum uenerit. Nec habet obstare si dicatur ꝙ ille tex.requirat ꝙ saltem inducta fuerit in domum mariti,ut ibi in tex.in uerbo ducta:quia dicit ibi Paul.de Cast. ꝙ id debet intelligi secundum glo,in dicto uerbo ducta, quando non constabat matrimonium esse contractum per uerba de præsenti, quia si est ducta tanquam uxor præsumuntur uerba interuenisse, sed si posset constare, ista ductio non est necessaria. & subdit Paul. de Cast. ad ipsam glo. faciendam esse unam longam manum.

18 Vltimo hæc pars affirmatiua ꝓbatur autoritate Bar.in l.nihil ff.rerum amota.Bal.in l.solet.§.quæ uirum ff.de ijs qui notan.infam.Pau. de Cast. in l. si donaturus.§. fin.ff. de cond.cau.data,in l.si ante,in fin. & in l.si marito. §.i. ff.solu. matri. & in d l. cui fuerit, ubi attestatur hanc esse communem in l. i. col. i. C.unde uir & uxor,in l. nõ fine C. de bon. que libe.& in cons.155.uolu.i.Ang.in §.fuerat, col.19.instit. de actio. ubi inquit ꝙ hæc opinio seruatur in practica,Matthesil. notab.74.Corn.in d.l.non fine, tradit hanc esse receptam Doct. sententiam,& inquit Lancel.Dec.in dicta l. si ante hanc partem communẽ & in practica seruandam.Idem etiam uoluit Ias. in d.l.si donaturus. §.fi, col fi.& in consi.115.col.i.uol.i. & in consi.58.col.2.uol.eo.ubi refert hanc esse magis communem prout etiam dixit in cõsi.135.in 2.dubio, uol.2. cũ ea quoque pertrãsit Dec. in cõsi.260.col.fi. Brun.in tract.ex clu.fœmi.in 6.arti.princip.in 4.mẽbro,q.19.& eam seruari in practica inquit Camp.in tracta.dot.in 5.parte, q.19. Cui sententiæ quoque assentit Affl.decis.61.Moder. in repeti.Rubri.de don. inter uir. & uxor. §.53.col.2. & eam etiam esse communẽ citat.Cur.iun.in d.l.j. C.unde uir & uxo. & ab ea uti cõmuni, in iudicando non fore recedendum tradit Beltr.in d.consi.24.colum.i. & eam quoque sequuntur Io. de

Amic.

Amic.in consi.67. col.2. Do. meus Ruin.in consil.58.col.2. uol.3. Nicol. de Vbal. in tract. de successio. ab intest in 4. parte, col.2.& in repe.c. Raynutius, de testa. Io.Lupi, in trac. de matri. & legi.in i.parte, col.i.& quod ita teneatur communiter dixit quoque Bald. nouel. in tract.dot.in 6.parte specia.37.in fi. & Moder.in tracta.de cõsuetu. Burdigal.in titulo de locato.§.6.

19 Altera & secunda opinio est secundum nonnullos Doct. ꝙ statutũ de quo tractatur non habeat locũ in sponsa de præsenti non cognita
20 nec traducta. Et pro ista opinione stringunt fundamenta quæ sequuntur. Et primo quia appellatione matrimonij & coniugum intelligitur de matrimonio consumato & de iis qui matrimonium consumauerunt, ut est tex. in c. ex publico, ubi Abb.in 2.col.de conuers coniuga.& in consi.i.col.2.uol.i.& Fely. in c. tertio loco : de præsumpt.col. 2.& in Rubr.de sponsal.col.3.Nam ante talem consumationem iura appellant sponsum & sponsam & non maritum & uxorem, ita Anch.in cõsi.21.col.3.initiatur enim matrimo
21 nium per spõsalia, & per carnis copulam confirmatur c.statutũ.§. sed sciendum 27.q.2.Idem uoluit Dec. in d.l.nuptias de reg. iur. & late in consi.540.col.2.

22 Secundo quia ex communi usu loquẽdi, qui etiam in statutis exorbitantibus & correctoriis attenditur, ut per Matthesil. in notab. 96. & per Bar. in l.i. ff. de suis & legit. ubi dicit quòd communis usus loquendi præualet proprietati uerborum l.liberorum.§.quod tamen cassius ff.de lega.3.& per Dec.in con-
23 sil.472. colum.secunda ubi tradit quòd in omni materia restringibili & odiosa semper debet fieri interpretatio secundum communem usum loquendi, maritus & uxor intelligitur consumato matrimonio, ut per Abb.in rub. de sponsal. & in dicto c.ex publico, col.2. & in c. si inter, & in c.fi.sponsa.duo. Fely. in dicta rub. de sponsal. & in citato c. tertio loco. Anch.in allegato consi. 21.& Dec.in ipso consi.540. col.2.

24 Tertio. Nam uerba statutorũ debent capi in proprio significatu, argu.l.3.§.hæc uerba.ff.d nego.gest. & in potentiori significatu intelligi, ut l. quæritur ff. de statu homi. Sed ex proprio & potentiori significatu appellatione matrimonii nõ uenit matrimonium de pręsenti, ut est glo. in c.cum initiatur 27. q. 2. Hinc dicunt theologi inter Mariã & Ioseph fuisse matrimonium quãtum ad sanctificationem nõ autem quo ad significationem.

Quarto per tex.in l.uxores, cum l.seq.& l.liberorũ ff.de iis qui not. infa. ubi appellatione uiri uel mariti uidetur compræhendi ille qui cognouit eius uxorem carnaliter, de cuius seminis ꝑturbatione dubitatur, quia infra anuũ maritari non potest. Illa autẽ quæ nõ fuit cognita statim potest remaritari: quia illa ratio perturbationis seminis tũc cessat, & sic nõ proprie dicitur ille maritus cum eam nõ cognouerit. Igitur nõ compræhenditur a statuto, maxime exorbitanti, in quo uerba (ut dixi) proprie debẽt intelligi.

Quinto facit etiam text.in §.sed si uxor, in fi.instit.de nup. ubi sponsa patris mei non cognita non dicitur mihi nouerca nec sponsa filii mei non cognita non dicitur mihi nurus.

25 Sexto ponderandum est ꝙ statutum loquitur de uxore decedente sine filiis: ex quibus uerbis statuentes uidentur sensisse de uxore quæ

erat in statu & potentia tẽpore obitus sui faciendi filios:hæc enim uerba sine filijs includunt in se priuationẽ filiorum & includunt in se habilitatem & potentiam actus seu habitudinis filiorum. Cum ergo tempore obitus nõ erat in statu nec in potentia faciẽdi filios: Igitur sequitur ꝙ uirtute hmôi statuti non debet uir habere lucrum, & hoc fundamento utitur Bal. in consil. 290. uol.j.col.j. ubi inquit similem considerationem facere gl.in l. præcib. C.de impub.& aliis substi. Idem dixit Abb. in consil.j.colu.3. uolu.j. Corn.in cõs.248.col.4.uol.2. Dec. in consi.577.in prin.& Paris in cõsil. 62.col.3.uol.4.

26 Septimo pro ista parte adducitur. ubi uerba statuti non adaptantur ad casum occurrentem, cessat ipsius dispositio.l.3.§.prætor,& ibi Bar.ff.de dam.in fec. c.indemnitatibus,in fi.de ellec.in 6.Sed uerba statutorum requirunt ꝙ uxor decesserit in matrimonio,& ista non dicitur decessisse in matrimonio propter dictionem, In,quæ denotat in

27 trinsicitatem & perfectionẽ actus l.prima §.ne quid ff.ne quid in flu. publ.ubi Bart. uult ꝙ factum in ripa

28 non dicitur factum in flumine,

29 Hinc est quòd statutum puniens insultum facientem in domo nõ punit insultum facientem in porticu, ut per Bald. in rubri. solu. matri. colum.i.

O ctauo accedit quod dixit Anc. in repet.c.i.car.45.uersi.queror de

30 quæstione,de constitu. ubi inquit ꝙ statutum loquens de nupta non intelligitur de desponsata per uerba de præsenti. Subdens se una cũ domino Anto. consuluisse ꝙ stante statuto ꝙ filia nupta siue maritata nõ ueniat ad successionem, filia desponsata per uerba de presenti non excludetur: quia nõ dicitur nupta. & Anch. sequitur Paris. in citato consi.62.col.4.

Nono quia mens statuti conferẽtis marito lucrum dotis fuit ad occurrendum expensis factis per maritum in ducẽda uxore, ut per Bal. in citato consi.290.col.fin.& in cõsil.i.Abb.ultra ea quæ dixi supra in q. 4. Sed in sponsa de presenti quæ nondum traducta est cessat expensa, ergo & lucrum cessare debet, arg.l.scio ff.de triti.uin.& ole.lega.

31 Decimo facit quod uoluit Abb. in conf.i.col.2.uolu.i.ubi uoluit ꝙ huiusmodi statutum cum sit pœnale ex quo diminuit patrimonium alicuius debet intelligi de muliere cognita decedente in matrimonio alias sequerentur multa inconuenentia. Primo quòd uir illicite & nulla causa subsistente lucraretur dotem licet matrimoniũ non consumauerit nec sponsam ad domum duxerit. Item hæredes puellæ paterentur maximum damnum si statuti intelligeretur de desponsata ꝑ uerba de præsenti nec traducta nec cognita. Item præiudicatur iuri communi: quia soluto matrimonio dos debet redire ad mulierem uel eius hæredes c.i.de dote post diuor. restitu. Item est odiosum tale statutum: quia (ut dixi) priuat hæredem uxotis: Igitur appellatione matrimonii non ueniunt sponsalia de præsenti glo. in clem. i.de sponsal.

32 Vndecimo quia statutum loquitur de uxore præmortua: sed ablatiui absolute positi important conditionem si uxor sit præmortua. Sed ista non est uxor, ergo deficit cõditio.ita in proposito arguit Bal. in l.non fine C.de bon.quæ libe.

33 Vltimo hanc partem tenuit Bal. in d.l.non fine C.de bon. quæ libe.

&

& in consi.290.uol.i.& in cõs.467. uolum 4. Saly. in l.cum te C. de dona. ante nup. Anch. in c.i. de sponsal. Abb. in d.c.ex publico, & in c. tertio loco, de præsump. & in citato consi.1. Cuma. in l.de diuisione, & in l.si cum dotem.§.transgrediamur, solu. matr. Fely. in rubri. de sponsal. col.3. Socy. in l.cui fuerit ff. de conditio. & demon. ubi dicit ꝙ non uidet quomodo sit communis opinio pro parte affirmatiua ut tradit ibi Paul. de Cast. & in hanc partem inclinare cõsuetudinem dixit Practi. Papien. in forma libel. quomodo. uxor agit ad dot. in 5. col. hanc etiam partẽ tenuit Corn. in consi.248.col.4.uol.2. Marsi. in l. i.in prin.ff.ad l.Cornel.de siccar. in cõsi.61.col.3.& in singula.suo 106. ubi inquit hanc esse communẽ opinionem. Idem uoluit Dec. in consi. 67.col.fi.& in consi. 560.col.fi. ubi attestatur contra Bart. in d.l. nihil esse communem opinionem. Idem Dec. in consi.577.col.i.& hanc sententiam tanquam magis communem, magisquàm obseruatam & cõsuetudine roboratam sequitur Paris. in allegato consil. 62. col.4. & eam quoque magis communem fatetur Io. Brunel. in trac. de sponsal. in i.conclusio.col.7.

34 Quid dicendum in hoc conflictu scribentium Corn. in allegato consil. 248. col. 4. dicit has opiniones modo infrascripto concordari posse uidelicet ut opinio Bar. possit ꝓcedere ubi in statuto non est facta mentio de liberis, alias quòd procedit opinio negatiua quasi illa ratio onerum sola sine alia coniectura non sufficiat ad restringẽdum dictum statutum. Sed ista distinctio non uidetur esse uera, quia illa uerba sine liberis uidentur etiã uerificari in ea quæ liberos habere non potuit, ut est tex. ubi not. Doc. in c. si pater, de test. in 6.& in l.centurio ff. de uulg. & pupil. ubi conditio si decesserit sine liberis locum habet in eo qui liberos habere non põt. & ita per dicta iura uoluit in terminis huius statuti. Paul. de Cast. in d. cons. 155. uolu.i. quẽ refert & sequitur Ias. in consil.135. in col.3. in fi. uol. i. nec fundamentũ fieri potest de dicta gl. in l.precibus, quam Bal. allegauit in citato consi.290. & de qua supra in 6 arg. partis negatiuę,

35 qa illa gl. est fere ab omnibus reꝓbata, ut inquit Caccialup. in ipsa l. precibus, col.21. uers. tertia cõclusio, ubi quoque tradit Doctores ita tenere in d.l. centurio, & similiter ipsam falsam & a Doctorib. cõmuniter nõ receptam loquendo proprie in casu huius statuti dixit Ias. in citato cons.135.col.pen. in fi.

Præterea quòd sola ratio onerũ sufficiat, esto quòd statutum faceret mentionẽ de liberis hoc tenuit Ang. in §.fuerat, col.17. insti. de actio. Fulgos. in l.deo nobis C. de episco. & cle. Abb. in consi.79. uol.2. Moder. in dicta repet. rubri. de dona. inter uir. & uxo.§.55.col.3. qđ & uoluit ipse Corn. in allegato cõsil.248. col.4. ubi inquit secundum Angel. ibi per eum allegatum sufficere solam rationem onerum dato quòd non militet secunda ratio liberorum, subdens istud etiam esse de mente Saly. in dicta l.cum te C. de donat. an. nup. qui, etsi plures rationes assignet, non propterea uelle uidetur ꝙ requiratur concursus omniũ: imo in uersi.6.8. & 10. uult quòd ratio onerum tanquam potissima attẽdi debeat prout uoluit & Ripa in Rubric. ff. solut. matrimo. col. antepenul.

36 Ego autem fœdere distinctionis puto alio medio has sentẽtias sibi

inuicem aduersantes posse concordari: uidelicet ut prima opinio Bar. affirmatiua possit habere locū ubi maritus traduxit uxorem ad domum, sed eam non cognouit. ut per Socy. in consi. 223. col. pen. quia ex quo matrimonium est de proximo
37 consumandum habetur pro consumato, arg. l. pe. ff. de milit. testa. Idē tradit ipse Socy. in cōs. 8. col. j. uol. 3. Abb. in consi. 79. col. 2. uol. 3. Ias. in consi. 135. uol. 2. quia in traductione fiunt multæ expensę in uestibus, iocalibus, conuiuiis & aliis rebus. quod & uoluit Salyc. in d. l. cū te. Hoc sentit & Bal. in d. l. non sine, col. 2. C. de bon. quæ libe. ibi qa ante dictionem uir nō sustinet onera, quasi secus uelit quando fit traductio ad domum, cum eo tempore fiant expensæ & supportentur onera matrimonii.

38 Secūdo & melius ut ipsa opinio Bar. locum habeat si maritus non traduxit eam nec cognouit, si tamē cœpit onera matrimonii sustinere in faciendo uestes & in emendo ornamenta muliebria alicuius ualoris, ita uelle uidetur Bal. in d. consi. 296. in fi. uol. 2. dum dicit finaliter mihi uidetur iustior opinio ꝙ non lucretur deficiente causa intrinseca & finali quæ cū sit naturalis ipsi contractui naturaliter inest ab utraque parte & perinde debet haberi ac si foret expressa, ergo a contrario uult ꝙ si non deficiat causa intrinseca ꝙ lucretur: & aduerte quia Bal. loquitur de causa intrinseca onerum. Sed expræsse hoc uoluit Ange. in d. §. fuerat, col. 17. ubi inquit ꝙ hæc sententia Bart. seruaretur in practica si maritus ante mortē uxoris cœperit sustinere onera matrimonii in uestib. & aliis ut docet experiētia Subdens ꝙ etsi expensa & damnū mariti non sit tm̄ quantū esset lucrū dotis: Tamen ꝙ ipse maritus lucrū dotis habere debet prout statutum disponit, arg. l. creditor. §. inter maritum ff. manda. Sicut ecōtra posset contingere quòd dotis fructus uel ipsa dos non sufficerent ad onera matrimonii incohādi seu iam incohati & carnali copula consumati. & Angel. sequuntur Camp. in tract. dot. in 5. par. quæst. 13. Moder. in dicta rubric. de dona. inter uir. & uxo. §. 55. col. 4. Idem uoluit Cuma. in l. si cum dotem. §. transgrediamur ff. solu. matri. quem sequitur Alexan. in consi. 129. colum. 2. in fi. uol. 7. & hoc propter dictam rationem onerum & expensarum, in quibus fundata est mens statuti. Hanc etiam partem amplectuntur Ripa in dicta rubr. solu. matri. col. antepen. Rubeus Alexan. in consil. 19. col. 2. & hoc etiam admittere uidentur tenentes partem negatiuā, qui se fundant in hoc ad ita tenendum. quia ante copulā maritus non sustinuit onera sentientes aliud esse dicendum si cœpisset maritus onera sustinere.

39 Tertio locum etiam habet ipsa opinio Bar. & ratio statuti non fundaret in oneribus matrimonii sed in alia, uidelicet ut magis inuitentur homines ad contrahendum matrimonium, & mulieres facilius reperiant maritos, ut per Paulus de Castr. in consi. 155. uolu. j. & in cōsi. 149. col. j. in fi. uel etiam si fundaretur in ipsa ratione onerum: tamē a cōsuetudine aliter interpretatum esset statutum, ut per Bald. in citato consi. 290. in fi. quem sequitur Cor. in allegato consi. 248. col. 4.

10 Item & quartò ubi per maritum non staret, sed per uxorem quominus sustineret onera matrimonii, ut
41 per Bald. in l. non fine, colum. 2. C. de bon. quæ liber. ubi inquit quòd

stante

ſtante ſtatuto ꝙ uxore decedēte in matrimonio copulata uir lucretur dotem ꝙ eam non lucrabitur quando matrimonium non fuit cōſumatum niſi ſtetiſſet per mulierem: q͡a tunc ſecus.& Bal.ſequitur Paul. de Caſt.in conſi.155.circa fi.uol.j.Pro quo dicit facere tex. in l. in executione,in fi.ff.de ver.obli.l.ſi rem §. fi.ff.de præſcri.uerb.l.iure ciuili ff. de condi.& demonſt.& cum Bald. etiam tranſit Alexan.in citato conſil.129.col.i.uol.7.Idē uoluit Bald. in conſi.110.volu.2.ubi dicit quòd ſi ſtetit per uxorem quominus duceretur,vt puta quia voluit potius ingredi monaſterium quàm conſumare matrimoniū. l.deo nobis. C. de epiſco.& cleric.vbi alia occaſione noluit adherere uiro ſine culpa ipſius uiri quòd tunc lucratur dotē Bal.in conſi 467. uol.4. Pro cuius confirmatione faciunt quæ infra dicentur in fine huius quæſtionis.

42 Si vero maritus nulla ſuſtinuit onera vel modica de quibus nō curatur,argu.l.ſcio.ff.de reſti. in inte. & per Aret.in d §.fuerat, col. 17.& Abb.in conſi.i col.4.uolu.i.& tunc procedit pars negatiua quòd uir nō lucratur dotem: ut per Bal. in autē. dos data,col.i.C.de dona.ant. nup. ubi dicit ibi eſſe optimum argumētum quod ſicut mulier nihil lucrat̃ quando non ſuſtinet onus dotis dā-

43 dæ,ita econtra uir non debet lucrari dotem ſi onera matrimonii non ſupportat,ſiue loquamur in lucro pacti ſiue ſtatuti. & Bald. ſequitur Alexand.in conſi. 122.colum.2.uolumi.7.dicit Iaſ.in l. non tantum . C.de legat.opinionem Barto. in d.

44 l.nihil eſſe falſam ubi uir nulla ſuſtinuit onera.& pro iſta parte etiā facit, quia ſi non lucratur fructus dotis uir tali caſu:quando non ſuffert onera quod eſt quid leue minus debet lucrari ipſam dotem quod eſt quid maius,ut inquit Bal.in citato conſil.290.in princi dicens ꝙ ſicut ius cōe diſponens ſimpliciter quòd maritus lucretur fructus dotis intelligit̃ poſt onera ſupportata, ita ſtatutum quod loquitur de ipſa proprietate debet intelligi ita quia eſt eadem ratio interpretandi ſtatutū per not.per glo.in l.ſi ante.ff.ſolut. matr.Ita etiam uoluit Bal.in conſi. 110.uol.2.ubi dixit ꝙ iſtud ſtatutū habet tacitā finalē rationem onerū, qua ceſſante ceſſat lucrū ſicut diximus in fructibus dotis. l.dotis fructus.ff.de iur.dot.& l.ſi ante.l de diuiſione ff.ſo.mat.& l pe.§ an in patrem.ff.quod falſo tuto. ubi hoc uidetur expreſſum & in conſi.467.uolu.4.Hoc etiam uult Salyc.in d.l cū te,col.2.uer.8.& Ange.in d. §. fuerat.col.16. uerſi.quartò quamuis leges dicāt:ubi inquit quòd ſicut uir tale caſu non lucratur fructus dotis quod eſt quid leue minus debet lucrari proprietatem quod eſt quid maius auten.ſed quæ C. de pac.cō uen.cum clarum ſit ſtatutum recipere interpretationem paſſiuam. l. 1.§.lex falcidia ubi Bart.& alii.ff.ad l.falc.& ſicut una lex interpretatur aliam,ita ſtatutum interpretabitur & ſupplebitur a iure.& cū hac parte quòd ſi uir nulla ſuſtinuit onera quòd non lucretur dotem pertranſeunt Camp.& Rubeus Alex.in locis ſupra relatis.& Aret.in l.ſi ante,

45 col.fina.ff.ſolu mat. Cui accedunt quę dixit Bal.in allega.conſi. 110. uolens,quòd ubi per maritum ſtetiſſet quominus uxorem cognoſceret uel traduceret & onera matrimonii ſuſtineret quòd non lucretur dotem prout idem uoluit idem Bal.in conſi.relato. 290 col. i. in fi. & Socyn.in conſi.8. colum. fi.uerſ. poſtremò non omitto , uol.3.Ripa in di-

in dicta rub.solu.mat.col.antpe. in princ.quia qui recusat onera matrimonij sustinere non potest petere dotem l fi.§.utranque C.de dot.ꝓmiss. ergo nec lucrum. Hoc etiam tradit idem Bald.in consi.199. col. 2.uer.item cum vir, uolu.3.ubi ꝓprie dicit ꝙ cum uir non possit petere dotem nisi ducat uxorem. vel per eum non stet, similiter nec lucrum dotis pręsertim si stetit per absentiam eius l.promittendo ff.de iur.dot. quia non debet commoda matrimonii sentire qui nō̄n duxit vxorem & non sentit in commoda l.manifestissimi.§.sed cum in secunda uota C.de fur.& dicitur,secundū eum, stare per maritum quando se sponte absentauit arg.l.2.C.de spō sal.l.ex placito C.de rer. permu. & ita hanc distinctionem serua,tam in consulendo q̃ in iudicãdo:q.a firmiter teneo ꝙ non poteris errare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum habet in desponsata per verba de præsenti non cognita nec traducta si coniunctus mariti cœpit onera matrimonij sustinere in emendo iocalia, & vestes & cætera.*

2 *Expensæ factæ per coniunctum viri in eius vxore contemplatione mariti factæ præsumuntur.*

Quæstio CVII.

1 Qvia in quæstione præcedenti dictum fuit ꝙ si maritus cœpit sustinere onera matrimonii & facere multas expensas in desponsata de præsenti non cognita neque traducta quòd lucratur dotem, quæritur an requiratur quòd dictæ expensæ fiant per ipsum maritum uel sufficiat si coniunctus mariti eas fecerit. Non insudando in uerbis tene quòd sufficit coniunctum fecisse expensas ut in terminis decidit Alex. in consi.129.colum.2. volu.7. quia

2 secundum eum huiusmodi expensæ factæ per coniunctum præsumūtur esse factæ contemplatione mariti, & perinde habetur ac si a marito factę essent per l.sed si plures. §.in arrogato,ubi Bar.& alii ff.de uulgar. & pupilla.Idem voluit per nota.in d.§.in arrogato Corn.in consi.149 ver.3.& insuper,vol.i.pro qua opinione faciunt quæ supra diximus in q.67.q.non repeto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de uxore in matrimonio copulata locum non habet in desponsata per uerba de præsenti, ꝙ limita vt nu.4.*

2 *Copula in materia matrimonij ponitur pro coniunctione actuali non pro habituali.*

3 *Legatum factum Bertę si Titio copulabitur locum non habet si contraxerit matrimonium per uerba de præsenti non secuta copula carnali.*

Quæstio CVIII.

1 Qvid si statutū loqueretur de uxore præmoriente in matrimonio copulata,An locum habeat in matrimonio celebrato per uerba de p̄senti,& concludēdo firmiter teneas quòd non, ut dixit Bald.in l.non sine C.de bon.quæ liber.quia ista adiectio copulata,ut aliquid operetur,exigit ꝙ matrimonium sit carnaliter consumatum. Nam copula ponitur pro cōiunctione actuali nō pro habituali loquendo in materia matrimonii, licet substantia cōsensus non

ſus non ſtet in copula.& Bal.ibi ſeq tur Paul. dicens hoc menti perpetuo tenendum,necnon & Cor. tradens copulam in matrimonio communiter ſumi pro carnali.Socyn.in conſil.8.col.i.uol.3.Aret.in l.ſi ante col.pe.ſolu.matr.Ale.in conſi. 129. col.i.uolumi.7.Leo.in conſil.58.colum.i.uolu.i.& in conſi. 135.col. 2. & 3.eod.uolumi.Ripa in rub. ſolu. matrimo.col.antepen.Paris in conſil.62.col.5.in prin. volumi.4 Hoc etiam tenuit Bald. in c. capellanus, de feriis:quia matrimonium copulatum dicitur quando eſt conſumatum per copulam carnalem & non ante, quia fruſtra de copula ſtatutū feciſſet mentionem,arg.l.ſancimus C.pe nupt.quem refert & ſequitur Fely.in rub.de ſponſal. colū.2.& in c.tertio loco.colum.i.de præſump. Hanc quoque partem conſulendo tenuit Bal.in conſil.199.in 2.dubio

3 volu.3.ubi etiam dicit quòd ſi teſtator legat Bertæ decem ſub cōditio tione,ſi Seio per matrimonium copulabitur:quòd non habebit locum legatum in nupta de præſenti niſi fuerit carnaliter cognita vel ducta quia ſtatutum,& teſtamentum videtur de effectu matrimonii cogitaſſe Id etiam conſuluit Bal.in conſi.228 volumi.3.

4 Limita tamen hanc concluſionē procedere niſi ſtatutum aliter diſponeret uel niſi ſtetiſſet per mulierem quin carnaliter cognita fuiſſet,vt per Bald.in d.l. non ſine,col. 2.quem ſequitur Alex.in citato cōſil.129.col.i.uol.7.& per ea quæ diximus in q.præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis per mortem uxoris ductæ locum habet in deſponſatam per uerba de præſenti, ſed contra nu.4.& 8.*

2 *Deſponſata per verba de præſenti dicitur ducta quod declara ut nu.12.*

3 *Verba ducere vxorem nihil aliud ſignificant quam contrahere matrimonium.*

5 *Verba ſtatutorum, quæ ſunt exorbitantia & contraria iuri communi, ſtricte ſunt intelligenda & non extendenda quaſi ius irregulare & anormalum.*

6 *Statutum contra ius cōmune loquens de contractu non comprehendit contractum improprium.*

7 *Verbum ducere vel ducta ſignificat ire de loco ad locum.*

9 *Interpretatio illa in dubio capienda eſt per quam minus læditur diſpoſitio iuris communis.*

10 *Verba ſtatutorū debent intelligi ſecundum cōem vſum loquendi.*

11 *Verba in omni diſpoſitione ſunt accipienda ſecundum uulgarem & communem vſum loquendi.*

13 *Verbum unum quando poteſt habere duplicem ſenſum ſeu ſignificationē illa capi debet ſignificatio, per quā minus lęditur & corrigitur ius cōmune,etiam ſi ſit impropria.*

14 *Verbum,quod poteſt intelligi large et ſtricte in materia ſtricta, debet intelligi ſtricte.*

Quæſtio CIX.

1 QVAERITVR etiam.An ſtatutum diſponens, quòd uxore ducta prmoriente uir lucretur dotem,locum habeat in deſpōſata per uerba de præſenti.Socy.in conſi.223.colū.

2 2 uidetur decidere ꝙ ſic,quia ſtatutum requirit ſimpliciter quòd ſit ducta, quo caſu illa dicitur ſpōſa ducta,quæ eſt deſponſata per uerba de præſenti ut uidetur probare tex.in c.debitum,de biga. ubi deſponſata

per uerba de præsenti dicitur ducta & ille tex. generaliter loquitur siue sit traducta mulier ad domum uiri siue non. Imò potius uidetur loqui in non ducta ad domum cum tunc præsumatur cognita. ut no. Bal. in l. deo nobis, col. 4. de epis. & cleri c. nullum. 30. q & in c. 1. 31. q. i. Secus autem si statutum diceret si marit⁹ duxerit ad domum uxorem p text. in l. mulierem, & in l. pen. ff. de do. inter uir. & uxor. Quod confirmat secundum eum per text. in §. ergo non omnes, & in §. fratris, instit. de nup. in quibus Imperator prohibet uxores ducere quasdam personas ꝓhibitas. Quod uerbum ducere nihil
3 aliud significat quam in matrimonium contrahere, non autem significat ductionem ad domum. allegat etiam rubricã de eo qui dux. in uxo. quam pollu. per adult. Facit ẽt ultra eũ tex. in c. de illis, de sponsal. in uerbo ducturos.

4 Quibus non obstantib. contraria sententia de iure uerior esse uidet. Et primò considerandum est quòd huiusmodi statutum loquitur de uxore ducta, ergo non debet extendi ad alium casum, & sic in desponsata per uerba de præsenti: argu. l. si uero. §. de uiro, so. ma. cum in ea nõ cadat illa qualitas ducta, quę tamẽ requiritur a statuto & est necessaria arg. gl. cõe approbatæ in c. notifica sti. 23. q. 5. quam ad hoc dicit mẽti tenendã. Abb. in c. abbas. qđ me. cã.

5 Secundò facit. Nam uerba statutorum, quæ sunt exorbitãtia & correctoria ius cõis stricte sunt intelligenda & non extendenda quasi ius irregulare & anormalum, ut dicit Bald. in consi. 411. uolu. 3. in fi. quẽ sequitur Dec. in consi. 334. colũ. 2. & in cõsi. 444. col. 2. & in consi. 484 colum. 2. Item & intelligi debent proprie & nõ improprie l. 3. § hæc uerba ff. de neg. gest. ubi Bar. Hinc dixit D. meus Ruin. in consil. 114. col. fi. uol. i ꝙ statutum contra ius commune loquens de contractu nõ comprehendit contractum impro-
6 prium, sed huiusmodi statutum, & correctorium iuris communis stricteq; ac proprie debet intelligi ut la tissime dixi supra q. 2. ergo cũ stricte & proprie uerbum ducta nõ uerificetur in desponsata per uerba de præsenti, sequitur quòd in ea nõ uerificabitur statutum per mortem illius si ducta nõ repiat, quia verbum ducere uel ducta significat ire de loco ad locũ ut uult Socy. in consi. 8.
7 ubi ꝓprie loquẽdo in terminis hui⁹ q̃onis concludit quòd statutum loquens de uxore ducta non habet locum in desponsata per uerba de p̃-
8 senti, & ita refert consuluisse Bald. in indi uiduo quando statutum loq. tur de uxore ducta in consil. quod incipit; quęritur: quod est in consil. 467. uol. 4. subdens hanc conclusionem carere probabili dubitatione. & quòd uerbum ducere significet motum de loco ad locum satis suadetur ex not. per Bal. in consi. 164. in 2. uolumi.

9 Tertiò accedit, quia in dubio capienda est illa interpretatio per q̃ minus lædatur dispositio iuris cõmunis l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Socy. in consi. 31. in princip. Sed minus læditur dispositio iuris cõis qua disponitur quòd soluto matrimonio dos reuertatur ad mulierẽ uel eius heredes l. 2. in pri. solu. mat. l. dos a patre. §. eo. ti. si intelligatur uerbũ ducta de ducta ad domum quàm de sponsata per uerba de præsenti, sic ut statutum non haberet locum nisi in uno casu haberet locum in duobus casibus, uidelicet in ducta ad domum & in desponsata per uerba de præsenti.

10 Quar-

10 Quartò, uerba statutorum debẽt intelligi secundum cõem vsum loquendi l.cum delanionis.§.asinam. ff.de fund.instruc.Ale.in consi.140 col.2.uol.5.vbi inquit quòd in om
11 ni dispositione verba secundũ uulgarem & cõem vsum loquẽdi & intelligendi accipienda sunt l. sciendum.§.illud.ff.de edil.edic. c.ex literis,de sponsal.Idem tenuit Socy. in consi.37.colũ.4.& in consi.102. col.2.& in consi.123.colũ.2. vol.4. Dec.in consi.610.col.fi.& in consi. 685.col.2.Sed vulgares,quando aliquis ducit vxorem ad domũ,solent dicere,talis duxit uxorem, ergo statutum stante dicto cõmuni vsu non potest verificari nisi in uxore deducta ad domum.

Non obstãt modò, quæ ex aduerso allegata fuerũt,quia admitto qđ
12 etiam verbum ducta accipitur pro desponsata per verba de præsenti, Sed largo modo: quo casu sequitur quod dixit Abb.in c. cum dilectus, de consue.prope finem. vbi voluit, ꝙ quando vnum uerbum potest habere duplicem sensum & significa-
13 tionem,quòd illa debet capi per q̃ minus lęditur & corrigitur ius cõmune etiam si sit impropria,sed intelligendo uerbum ducta de traducta ad domum minus corrigitur ius
14 commune vt supra dixi. Item respondetur quòd ubi uerbum potest intelligi large, & strictè in materia stricta,debet intelligi strictè, ut per Matthesil.in notabil.194. quem sequitur Socyn.in consil.116.colum. 5.Alexan.in consil.52.colum.2.uolumi.j.& in consi.142.col.fina. volumi.5.Sed ut prædixi hic tractatur de statuto quod strictè debet intelligi,ergo verbum ducta non debet intelligi largo modo,& sic in desponsata uerba de præsenti sed strictè & sic in vere ducta ad domum.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis an ueniat per maritũ cum fratribus communicandũ, quatuor recitantur opiniones & exinde nonnullæ sequuntur declarationes ex quibus clare resultat ueritas huius quæstionis.*

Quæstio CX.

AN lucrum dotis quod facit maritus ex forma statuti sit præcipuũ ipsius mariti,An uero communicandum ueniat cum fratribus. In ista
1 qõne uariæ reperiũtur opiniones. Nam Dyn.in l.si cum dotem. §.trãsgrediamur.ff.sol.mat.dicit quòd huiusmodi lucrum est protectitium, quia prouenit ex re patris idest ex oneribus matrimonii quæ subit pater,quia ipse alimentat nurum & ad onera matrimonii tenetur, ergo uenit communicandum casum fratribus.& Dyn.sequitur Cyn.in l.2.familia.herciscun. & ista fuit opinio gl.in l.dotem ff.de casteren. pecul. in uerbo confertur, quæ dicit, aut vxor decessit uiuo patre mariti, & talis dos communicabitur omnibus filiis,aut decessit post mortem eius & tunc lucrum erit præcipuum ipsius filii: nec alijs fratribus tenebitur cõicare.Sed hanc opinionem reprobat Bar.ĩ d.l.dotẽ,& in d.§.trãsgrediamur,& Doc.in l.i. C.de bon. quæ lib.Quo ad primum caput qñ uxor decessit viuo socero,q̃ a quicquid lucratur filius ex dote etiam uiuo patre dicitur aduentitium l.i. C.de bon.quæ liber. Ideo non est conferendum.
2 Secunda fuit opinio Bar.in tract. de duob.fratr.in 5.par.q.pen. arti. princ.ubi distinguit hoc modo.Aut pater sustinuit onera matrimonij & tunc

& tunc lucrum dotis dicitur profe-ctitium, aut ipse filius sustinuit ipsa onera, & tunc lucrum dicitur aduétitium & sic ipsi filio quæritur: aut uterq; pro parte sustinuit onera matrimonij, & pro parte ambob. quæritur & communicatur cum fratribus, arg. l. sed & si quis. §. j. & §. ꝙ si ex re ff. de stipu. seruo. & l. secũdum naturam ff. de reg. iur. & hãc distinctionem approbat ibi Bal. & in d. l. 2. C. famil. hercis. Rom. in auten. ex testamẽto C. de colla. & in cõs. 406. col. 2. ubi inquit hanc opi. esse uerissimam & probari per tex. singularẽ iuncta gl. in l. quod si eo tẽpore ff. pro socio, ubi dicitur ꝙ lucrum dotis proueniens uni ex socijs omniũ bonorum communicari debet etiã aliis si illi onera matrimonii sustinuerunt. Ecce ergo ꝙ ibi ad cõsiderandum cuius sit dotis lucrum consideratur penes quẽ sint matrimonij onera. Item quia ubi nulla sunt matrimonii onera nulla est dotis cõstitutio & consequenter nullum dotis lucrum cadit ut dicit tex. in l. Iulianus, & in l. si pater mulieris in fi. ff. de iur. dot. Idem etiã uoluit Abb. in consi. 79. col. 2. uol. 2. Barb. in cõsi. 37. col. 18. uol. 2. Petr. de Vbal. in tract. societa. in 5. par. princip. q. 12. Bolog. in consi. 7. Marsi. in sing. suo 264. ubi inquit istud dictum tanquã singulare menti tenendum, quia passim uidit Bononiæ & alibi seruari contrarium ab idiotis & ignorantibus. Dec. in consi. 67. col. pen. dicit ꝙ pro ista opi. est ratio. Nam quãdo pater habet onera matrimonij lucratur fructus dotis, quia dos & fructus onera matrimonii sequuntur l. dotis fructus, in princ. l. si pater mulieris, in fi. ff. de iur. dot. & de patre est specialiter tex. in l. pater pro filia, in prin. ff. de excep. doli. Sicut ergo pater lucratur fructus quando sustinet onera: ita ergo debet lucrari dotem, & istam consequentiã de fructibus dotis ad lucrum ipsius dicit facere Bal. in l. si donaturus, in §. fi. in 3. notab. ff. de cond. cau. data. & pro qua consequẽtia adducit ẽt ipse tex. in l. actione. §. fi. cum l. seq. ff. pro socio. Nam in §. fin. dicitur ꝙ societas diuiditur si unus ex sociis erat maritus, dos uxoris suæ præcipua sibi debet assignari: quia ipse est subiturus onera matrimonij: ꝑ-suppoņitur ergo ibi ꝙ durãte societate fructus dotis acquirebantur societati, cum ipsa societas onera matrimonii sustineret. postea in l. seq. continuando eũdem casum dicitur ꝙ si tempore quo societas diuiditur dos in eo casu sit ut debeat lucrari, hoc lucrum societati, acquiritur & inter socios æqualiter diuiditur. & sic qua ratione societas lucratur fructus dotis quando onera matrimonii sustinuit, ut d. §. fin. pari ratione debet habere lucrum dotis.

3 Tertia quoq; fuit opi. Bar. in d. §. transgrediamur ꝙ tale lucrum tanquam aduentitium pręcipuũ sit mariti, & ꝙ communicandum non sit cũ fratrib. per tex. in l. fi. C. de colla. Idem tenuit Bar. in d. l. i. C. de bon. quæ lib. e. quem sequuntur ibi Saly. Flor. Ang. Cor. & Fulgo. qui subdit ꝙ in scholis & in iudiciis securior est sentẽtia Bar. quàm Dyni & Cy. de qua supra. & ita etiam ibi tenuit Alex. in addit. ad Bar. Hoc idem dixit Paul. de Castr. in d. l. 2. C. famil. hercisc. & Saly. qui attestatur ꝙ ita communiter tenetur. Cui sententię assentit Bal. in l. si donaturus. §. fin. col. i. ff. de cõdi. cã. data, & in l. actione. §. fi. ff. ꝓ socio. & hãc esse cõmunẽ firmat Flor. in l. si filia §. si filius, in 4. col. ff. famil. hercis. quem sequitur Aret. in §. fuerat, col. 19. uers. quæro de alia quæstione quotidiana,

na, Insti. de act. ubi dixit istud perpetuo menti tenendum. & quam partem tradit Bal. nouel. in tracta. dot. in 6. par. speciali, 37. magis communem & in puncto iuris magis sustentabilem. & eā ēt amplectitur Camp. in tract. dot. in 5. par. q. 7. Cor. in cōsil. 149. col. 2. uolu. 1. Ias. in addit. ad Porc. in §. i. Institu. per quas perso. nob. acqui. Corn. in auten. ex testamēto C. de Coll. & Moder. in tract. de consue. Burdegal. in §. 6. ubi scribunt ꝙ in eodem Senatu olim ita latum fuit arrestum. & Crot. in l. frater a fratre, col. 24. ff. de cōd. indeb.

4 Quarta & ultima fuit sententia Bar. in d. l. dotem ff. de castren. pec. qui distinguit hoc modo, aut statutum deferēs lucrum dotis dicit qd' uir lucretur, & hoc casu lucrum erit præcipuum filii cum disponat circa personam uiri: aut dicit ꝙ qui recepit dotem lucretur eam, & tunc pater filii qui recepit dotem lucrabitur eam, & sic post eius mortem filiis communicabitur: quia uerba statuti in eo uerificātur non in persona filii. & Bar. sequuntur Paul. de Cast. & Saly. in d. l. 2. C. fami. hercis. Alex. in d. §. transgrediamur, in fin. Camp. & Crot. ubi supra.

Ego quidem pro ueritate huius quæstionis puto considerandos esse aliquos casus. Quorum primus est, aut nos loquimur secundum iura antiqua, & tunc uera est opinio Dyni & Cyni ꝙ hoc lucrum inter fratres uenit communicandum tanquam profectitium, quod patri pleno iure acquirebatur. & in hoc non dissentiunt inter se scribentes.

Secundus casus est, secundum hodierna tempora, & tūc lucrū quod facit filius tanquam aduentitiū fratribus non uenit communicandum per dictam l. fi. C. de colla. prout in hoc capite etiā uoluit Raph. Cuma. & Alex. in d. §. transgrediamur: nec uis faciēda est ꝙ pater sustinuit onera prout uoluit Bart. in d. tracta. de duob. fratri. qui a aduertendum censeo ꝙ ex quo pater habet fructus dotis, qui dantur pro oneribus matrimonii ut l. dotis fructus. ff. de iu. dot. ꝙ ipse astringitur ad ipsa onera sustinēda, ut per Do. meum Rui. in cōsi. 144. in prin. & col. 4. in prin. uol. 5. unde per eum compensandi sunt fructus dotis cum ipsis oneribus ut per Alex. in d. §. transgrediamur, & Pau. ac Saly. in d. l. 2. C. fam. hercis. Aret. in d. §. fuerat, & Camp. ubi supra. Nec pariter habenda est consideratio Ro. in d. consi. 406. ꝙ ubi nulla sūt onera matrimonii nulla est dotis constitutio, & consequēter nullum lucrum dotis: quoniam responderi potest dictum Rom. ꝓcedere ubi is qui onera matrimonii nō sustinet esset obligatus ex dispositiōe legis ea sustinere ut uult Bal. in autē. dos data C. de don. an. nup. Secus autem ubi fructus dotis lege sic disponente, prout in casu, de quo tractatur, debent esse penes alium prout est penes patrem ut in l. 2. & 3. C. de bon. quę libe. & tunc non ꝓcedat nec habeat locum opinio Ro.

Tertius casus est quando statutū disponeret quod uir lucretur dotē, & mouetur ex alia ratione quā onerum matrimonii, & tunc huiusmodi lucrum pręcipuum erit ipsius uiri per ea quæ supradixit in quæst. 103. in 4. memb. distinctionis.

Quartus casus est quando mortuo patre lucratus fuisset dotē maritus per mortem uxoris, quia similiter lucrum dotis erit præcipuum ipsius uiri l. 2. C. famil. hercis. ubi not. Doct. & in hoc non discordant Scriben. in locis supra citatis.

Vltimus casus est quando statutū diceret quòd lucretur dotē qui eam recipit,

recipit,& tunc si socer recepit dotẽ eam lucrabitur,& post mortem ei communicabitur filijs: quia uerba statuti in eo uerificantur non in persona filij: & ideo cum non conueniant ipsa uerba statuti in filio qui dotem non recepit minus cõuenıet dispositio ipsius statuti l. hoc accusare.§.omnibus.de accusa.ita Paul. & Saly.in allegata l.2 C.famil.hercis.Ale.in d.§.trãsgrediamur, Cãp. ubi supra,quia per istam distinctionem dicit Alex. ꝙ modificatur opinio Barto.in d.§.transgrediamur,& hãc partẽ cõiter receptã esse dixit Crot. in d.l.frater a fratre,col. 24. & ideo si casus tibi euenerit sequere hanc distinctionem quæ communis est,quia non poteris in iudicando errare.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis non tenetur maritus cõmunicare cum socijs omnium bonorum,sed contra secundum communem nu.1.& 7.*

2 *Societas quando simpliciter contrahitur non communicantur lucra quæ proueniũt ex dispositione legis quod declara ut nu.8.*

3 *Lucrum dotis quod consequitur maritus ex ui statuti quòd uxore præmoriẽte maritus lucretur dotem est personale,quod declara ut nu 9.*

5 *Hæreditas legatum & donatum ac quacunque ratione acquisitum communicari debent in societate omniũ bonorum.*

6 *Actio iniuriarum datur ad uindictam.*

Quæstio CXI.

1 QVAESTIO offertur. An dos quam lucratur maritus ex ui statuti per mortem uxoris communicari debeat cum socijs omnium bonorum.

2 Et primò uideretur dicendum ꝙ non,quia quando societas simpliciter contrahitur non debent communicari lucra,quæ non proueniũt ex contractu,sed ex legis dispositione l. coire societatem l.nec adiecit ff.pro socio.

3 Secundò ex eo quod not.Bart.in l.dotem,de castrẽ.pecul.ubi inquit ꝙ quando statutum respicit personam uiri,puta quia dicat ꝙ præmoriente uxore uir lucretur dotẽ,tunc semper maritus præcipuam habebit dotem,& sic lucrum istud est ꝑsonale.ita etiam arguit Bal.in cõsi. 284.uol.5 ubi dicit ꝙ istud lucrum est ꝑsonale sicut est ipsa dos l.si maritus ff.fami.hercis.l.si id quod ego ff.de duobus reis.

4 His tamen non obstantibus contraria sentẽtia est de iure uerior, & a Doctoribus communiter recepta.
5 quæ primò probatur per tex.in l.3. §.j.ff.pro socio,ubi dicitur ꝙ in societate omnium bonorum communicari debet hæreditas,legatum, & quod donatum est, aut quacunque ratione acquisitũ,ergo lucrum qd ex dispositione legis socio acquiritur communicandum erit. Ad idem est text.in l.si fratres §.si inter fratres uoluntarium iunctis glo.in uerbo stipendis, & in uerbo salaria.ff. eod.tit.ubi in societate omniũ bonorum ueniunt ex quacunq; causa acquisita,siue ex stipendijs, siue ex salarijs.facit etiã tex.in l.si fratres. § socium ff.eo.tit.ubi Neratius ait socium omnium bonorum uniuersa in societate conferre debere. & ideo dicit quòd si unus sociorum. habet actionem ex iniuria sibi uel filio illata estimatio talis iniuriæ societati applicatur, cum omnia sint communia.& tamen talis actio iniuriarum

6 iuriarum non ueniret in collatione quia datur ad uindictã l.3.§.si emãcipatus ff.de colla.bono.ex quo datur intelligi quòd potentius est ius societatis quam collationis,cum in societate etiam ueniãt quæ competunt ad uindictam,& personæ coherent ut est actio iniuriarũ, & tamen ista non conferuntur,ut per Dec in consi.66.col.2.in fin .

Secundò principaliter ꝓ ista opinione est tex.iuncta gl.in l.quòd si eo tempore ff.eo.tit.ubi formaliter dicitur,quòd si eo tempore quo diuiditur societas ĩ ea causa dos sit ut certum sit eam uel partẽ eius reddi non oportere,ut puta,dicit glòss.in dicto uerbo oportere, uel ꝓpter pactum interpositum uel aliã causam diuidere eam inter socios iudex debet,ergo idem si ex statuto non debet reddi.

7 Tertiò ita in terminis consuluit Bal.in allegato consi.284 . per tex. in d.l.quòd si eo tempore,& in d.§. si inter fratres uoluntarium,& etiã per rationem dicit hoc patere quia hęc societas est omniũm bonorum & lucrorum & generalis ac generalissima omnia in se continens & cõprehendens,& quia ubi contrahẽtes non distinguunt sed gerunt se pro uniuersalibus socii,& ità se tractant & uocant, nec nos distinguere uel restringere debemus, & subdit in hoc non esse dubitãdum,cum sit casus l.quòd si eo tempore . Idem tenuit idem Bal.in l.actione.§.fin.ff. pro socio.Ang.in consi.60.Rom.in consil.406.col.2.& in consil.471.in prin.Alexã.in l.si cum dotem,in §. transgrediamur,col.fi.sol.mat.dum respondet ad dictam l.actione.§.fin. cum l.seq.Camp.in tract.dot . in 5. par.q.7.Alex.in consi.87.col.j.uol. 4 Bolog.in consi.7.ac ultimo loco, Dec.in consi.66.col.2.& in consil. 67.colum.3 .

8 Non obstat tex.in l.coire societatem,& in l.nec adiecit : quia respondetur quòd illi tex.loquuntur in simplici societate non autem in societate omnium bonorum.Ita dicit glo.in d.l.3.§.cum specialiter,& in d.§.si inter fratres uoluntarium, in uerbo initium .

Pariter non obstat quòd huiusmodi lucrum sit personale & tantũ respiciat personam mariti : quia respondet Dec.in citato cõsi.66.col. 3.quòd licet uerum sit quòd tale lucrum dotis prædictæ respiciat tantum personam mariti , quantum ad acquisitionem quia maritus ipse solus est qui lucratur dotem : tamen quod demum post ipsam acquisitionem debet communicari sociis ex quo omnia undecunq; acquisita inter ipsos socios ueniant communicanda.Nam actio iniuriarum coheret personæ & respicit personam iniuriati,& tamẽ ut supradictum fuit communicatur bene uerum est qđ tale lucrum ipso iure societati non acquiritur,sed iudicio societatis debet communicari l.si quis societatem,pro socio .

F I N I S.